MECKLENBURGISCHES URKUNDENBUCH

Digitized by Google



Digitized by Google

THE UNIVERSITY OF MICHIGAN · LIBRARIES ·

MEKLENBURGISCHES
URKUNDENBUCH

HERAUSGEGEBEN
VON
DEM VEREIN FÜR MEKLENBURGISCHE GESCHICHTE
UND ALTERTHUMSKUNDE.

VIII. BAND.

1329 — 1336.

SCHWERIN, 1873.
IN COMMISSION DER STILLER'SCHEN HOFBUCHHANDLUNG.

Digitized by Google

DD
801
.M32
M48

v. 8

Gedruckt in der Hofbuchdruckerei von Dr. F. W. Bärensprung.

Digitized by Google

0931904-190

Verzeichniss der eingedruckten Siegelholzschnitte.

I. Geistliche Siegel.

a. Bischofssiegel.

I. Ein Ratzeburgisches.

Volrath, Bischof 1335—1355. Grosses Siegel . . . . . Nr. 5693.

II. Schwerinsche.

Johann (Gans), Bischof 1322—1331. Secretsiegel . . . . . Nr. 5040.
Anm. Das grosse Siegel des Bischofs Johann ist abgebildet in Bd. VII, zu Nr. 4514.
Ludolf (von Bülow), Bischof 1331—1339. Grosses Siegel . . . . . Nr. 5333.
Secretsiegel . . . . . Nr. 5333.

b. Klostersiegel.

Wanzka . . . . . Nr. 5171.

c. Privatsiegel.

Otto von Grönau, Domherr und Pfarrer zu Ratzeburg . . . . . Nr. 5581.

II. Weltliche Siegel.

a. Meklenburgische Fürstensiegel.

α. Linie Meklenburg.

Albrecht, Fürst [1348 Herzog] von Meklenburg.
Erstes grosses (schildförmiges Vormundschafts-) Siegel . . . . . Nr. 5056.
Zweites grosses (rundes) Siegel . . . . . Nr. 5676.
Erstes Secretsiegel . . . . . Nr. 5268.
Mechthild, Schwester des Fürsten Albrecht, Herzogin von Braunschweig-Lüneburg . . Nr. 5500.

Digitized by Google

β. Linie Werle.

Johann III., Fürst von Werle. Grosses Siegel . . . . . Nr. 5461.
Secretsiegel . . . . . Nr. 5335.

b. Schwerinsche Grafensiegel.

Heinrich, Graf von Schwerin. Kleines, rundes Siegel . . . . . Nr. 5175.

Anm. Das grosse, runde Siegel des Grafen Heinrich III. mit dem schreitenden Pferde ist abgebildet in Bd. IV, zu Nr. 2525, ein kleineres Helmsiegel desselben ebendaselbst zu Nr. 2599.

Beata, Tochter des Grafen Gunzels VI. von Schwerin, Gemahlin Herzog Albrechts IV. von Sachsen-Lauenburg . . . . . Nr. 5687.

c. Stadtsiegel.

Grevesmühlen. Drittes Siegel . . . . . Nr. 5652.

Anm. Das erste Stadtsiegel von Grevesmühlen ist abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1385, das zweite in Bd. III, zu Nr. 1692.

d. Privatsiegel.

Heinrich von Barnekow, Ritter . . . . . Nr. 5412.
Johann Bermann . . . . . Nr. 5420.
Dargeslav, Knappe . . . . . Nr. 5399.
Johann vom Hagen . . . . . Nr. 5456.
Nicolaus Hahn, Knappe . . . . . Nr. 5544.
Nicolaus Hahn, auf Kuchelmiss 1379 . . . . . Nr. 5544.
Andreas Lasche, Bürgermeister zu Wismar . . . . . Nr. 5499.
Günther von Levetzow, Knappe . . . . . Nr. 5014.
Detlev Negendank, Ritter . . . . . Nr. 5102.
Pritzbuer (Priscebur de Karghow) . . . . . Nr. 5386.
Johann Reschinkel, Knappe . . . . . Nr. 5396.
Johann von Rieben . . . . . Nr. 5482.
Heinrich von Ricquerstorp, Bürgermeister zu Wismar. (Hausmarke.) . . . . . Nr. 5499.
Johann Rodekogel, Bürgermeister zu Wismar . . . . . Nr. 5499.
Konrad vom See, Knappe . . . . . Nr. 5396.
Hermann Voss, Knappe . . . . . Nr. 5161.
Johann Wise, Rathmann zu Wismar . . . . . Nr. 5499.
Johann von Wotenicke . . . . . Nr. 5570.
Burchard Wulf . . . . . Nr. 5544.
Bolte von Zepelin . . . . . Nr. 5277.

Digitized by Google

1329. **5009.**

Marquard, Bischof von Ratzeburg, und Erich, Herzog von Sachsen-Lauenburg, bestätigen eine Vicarei in der Kirche zu Büchen, die von den Juraten gestiftet ist.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. — — Nos Marquardus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus, necnon Ericus eadem gracia Saxonie, Westvalie et Angarie dux recognoscimus coram omnibus in hiis scriptis, quod quidam deputati, electi seu iurati ecclesie beate virginis thor Boken, bonum, utile ipsius ecclesie pretendentes, quandam de novo vicariam de deposito oblatarum ibidem elemosinarum institu[er]unt cum consensu nostro atque ipsius plebani ac omnium singulorum, quorum interest, in hunc modum: — —. Vt autem huiusmodi vicarie institutio ac rerum preordinatarum consistentia inviolabiliter perseveret, nos Marquardus episcopus et Ericus dux, patronus dei gracia, presens scriptum nostrorum sigillorum munimine fecimus roborari. Datum et actum anno domini M° CCC° vicesimo nono.

Nach Boehmer, Observat. juris canonici, S. 233.

1329. **5010.**

Hildemarus von Dartzow vorkaufft Heinrich Vrowendorp zwo Hufen im Dorffe Grebitze[1] vor 12½ Mk. silbers. Datum 1329.

Nach (Clandrians) Curtz. Extr. der Briefe des Klosters Eldena, Nr. 40. — Das Original vermisste schon der Archivar Chemnitz. — ([1] Gr. jetzt Grebs.)

1329. **5011.**

Eyn brief vber lx huefe im houe, sso domals Bruger besessen, im Dorpffe Beckentin, mit aller gerechtigkeit aussen vnd bynnen, vorkaufft vor IX marck Stendelsch. Die hebung ist, als der hoff von alters gethan hat. Der Vorkeuffer ist gewesen Tidtke Pinnow, der keuffer Arnoldus Peltzer. Jst datirt Anno etc. 1329.

Digitized by Google

Nach dem aus dem 16. Jahrh. stammenden „Register der Siegel vnd briefe zur kirchen vnd kalande zw Grabow gehorich", Nr. III, im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. unten zum J. 1339 die Stiftung des Heil.-Geist-Lehens zu Grabow mit 9 Hufen in Bekentin.

(1329.) Wismar. 5012.

Der Rath zu Wismar nimmt Johann Brandenburg als Prävener und Vorsteher zu St. Jacob an.

Anno domini M. CCC. XXIX. susceperunt consules Wismarienses Johannem Brandenborch in perpetuum prebendarium et prouisorem domus sancti Jacobi, ita quod unus per consules sibi adiungatur ad prouidendum ipsam curiam et bona curie, qui facient annuatim computacionem pro consilio consulum. Dictus Brandenborch potens manebit suis propriis, quamdiu viuit; post mortem suam omnia, que habet, ad dictam domum deuoluentur.

Nach dem Abdrucke in Schröders P. M. S. 1095. Schröder modificirte jedoch ohne Zweifel den Eingang dieser Eintragung des Stadtbuchs, welcher gelautet haben wird: Consules susceperunt Johannem etc.

1329. Jan. 7. 5013.

Johann, Bischof von Schwerin, bestätigt und ordnet auf Bitte des Pfarrers Gottfried an der Georgenkirche in Parchim eine Vicarei in der Nicolaicapelle vor dem Thore der Stadt, wozu der Rath und der Bürger Heinrich von Evzin (von Augzin) daselbst Güter zu Stralendorf und Gischow gegeben haben.

Johannes dei gracia Swerinensis ecclesie episcopus omnibus presencia visuris seu audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Tenore presencium cunctis fidem christianam colentibus ad perpetuam rei memoriam innotescat, quod constitutus in nostra presencia discretus vir dominus Godfridus, rector ecclesie sancti Georgii in Parchym, certificauit nos de quadam littera, sigillo nobilis viri domini Nycolay quondam domini de Werle sigillata, super donacione proprietatis quorundam bonorum infrascriptorum confecta, in nulla sui parte viciata, cuius tenor de verbo ad verbum per omnia erat talis: *[Hier folgt Nr. 3287.]* Deinde produxit et exhibuit nobis quandam aliam litteram, sigillo nobilis viri domini Johannis de Werle domini sigillatam, similiter confectam super donacione proprietatis quorundam aliorum bonorum infrascriptorum, non rasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte viciatam, que erat per omnia tenoris infrascripti: *[Hier folgt Nr. 4010.]* Cum igitur pretacti . . consules et Hinricus de Eusyn, ciuis in

Digitized by Google

Parchym, sint proprietatem ipsorum bonorum secundum modum premissum adepti legitime, prefatus dominus Godfridus, mandatum ad hoc habens speciale, eorundem nomine a nobis humiliter ac suppliciter requisiuit, quod in capella sancti Nycolay extra muros dicti opidi Parchym vnum simplex beneficium seu vicariam instaurare, confirmare, eadem quoque bona sub protectionem potestatis ecclesiastice recipere dignaremur, in hunc modum videlicet, quod de ipso beneficio per nos instaurato et confirmato nulli imperpetuum[1] nisi clerico actu in sacerdocio constituto, aut qui sit abilis et teneatur infra primum annum pacifice possessionis eiusdem beneficii ad statum et ordinem sacerdocii sub pena iuris, ac si curatum esset beneficium, promoueri, et idem beneficiatus, si delictum notabile et manifestum perpetrauerit, quod absit, per rectorem ecclesie sancti Georgii in Parchym, qui pro tempore fuerit, pena suspensionis ab ingressu ecclesie vel percepcione fructuum beneficii vel alia condigna, quam nos aut aliquis successorum nostrorum arbitrati fuerimus aut decreuerimus, puniatur. Nos igitur pium zelum deuocionis ipsorum pensantes nostrisque temporibus aucmentum cultus diuini desiderantes, iustis eorum precibus annuimus ac in capella sancti Nycolai extra muros opidi Parchym vnum simplex beneficium seu vicariam in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus, autoritate ordinaria confirmamus bonaque predicta, in litteris superius recitatis expressa, in protectionem potestatis ecclesiastice recipimus et ipsi vicario nomine dotis perpetue applicamus, omnia premissa et premissorum singula secundum prefatorum consulum seu ciuium in Parchym desiderium in tenore prehabito approbantes. Preterea, vt bona in protectionem ecclesiastice potestatis recepta ad vsum debitum conseruentur, adicimus firmiter inhibentes, ne clericus, qui eidem beneficio pro tempore prefuerit, ligna seu rubeta ipsius per aliquem abusum destruat, sed eis vtatur modo vtili et honesto. Annuimus eciam et liberaliter ad peticionem dictorum fundatorum concedimus, vt honorabilis vir dominus Borchardus, prepositus ecclesie Güstrowensis, ac post ipsius obitum rector ecclesie sancti Georgii in Parchim, qui pro tempore fuerit, ius patronatus seu autoritatem presentandi perpetuo retineant, vt per hoc ceteri ad aucmentandum thesaurum ecclesiasticum facilius inclinentur. Ceterum, vt liberalitas sic gratuite circa huiusmodi beneficium per nos facta non tantum in vno loco, sed in pluribus aucmentum diuini cultus generet, censemus et precipimus, vt sacerdos, qui pro tempore eidem vicarie prefuerit, rectori ecclesie sancti Georgii pretacto congruum et decentem honorem impendat, ac cum ipso in maioribus festiuitatibus cum religione congruente in ipsa ecclesia sancti Georgii diuino officio intersit reuerenter; missas eciam suas tempori secundum statuta canonum congruentes, quas omni die, nisi iusto impedimento detentus fuerit, continuabit, talibus horis celebrare debet, vt ex hoc plebano sancti Georgii nullum preiudicium censeatur prouenire, ac generaliter nichil, quod eidem plebano preiudiciabile quomodolibet esse poterit, attemptabit. Jn quorum omnium testimonium sigillum nostrum, vt prescripta robur

Digitized by Google

perpetue firmitatis obtineant, vna cum sigillo consulum in Parchym presentibus dux[i]mus apponendum. Actum et datum anno domini M° CCC° XX. nono, in crastino epyphanie domini.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. ([1] Es fehlt das Verbum prouideatur.) An der Urkunde hängt nur das zu Nr. 4514 abgebildete Siegel des Bischofs Johann. In dem zweiten Einschnitt sitzt auch ein eingeknoteter Pergamentstreifen, woran aber allem Anscheine nach niemals ein Siegel gehangen hat.

1329. Jan. 7. Rostock. 5014.

Johann und Vicke Moltke, Brüder, verkaufen der Stadt Rostock das Dorf Kassebohm.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris Johannes et Vicko fratres dicti Moltike, filii Vickonis Moltiken militis, salutem in domino sempiternam. Ut rebus gestis firmior fides adhibeatur, expedit scripturam fieri, que contineat testimonium veritatis. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, lucide tenore presencium protestantes, nos bona deliberacione prehabita, cum consensu nostrorum heredum et amicorum nostrorum consilio vendidisse racionabiliter ac cum omnibus, quorum interest vel interesse poterit, coram viro nobili, domino nostro domino Hinrico Magnopolensi, Stargardie ac Rozstok domino, sponte et legitime resignasse honorabilibus viris consulibus et vniuersitati ciuitatis Rozstok villam nostram Kersebom integram pro numerata pecunia nobis persoluta, prout dicta villa in longum et latum infra suas iacet distinctiones, cum tota proprietate et perpetua libertate, cum omni iudicio maiore, videlicet manus et colli, atque minore, cum omnibus precariis, cum redditibus, fructibus et vtilitatibus, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, rubetis, cespitibus, paludibus, aquis aquarumue decursibus, viis, semitis, exitibus et reditibus, cum omnibus prouentibus, attinenciis et coadiacenciis vniuersis ac eo iure, quo progenitores nostri et nos ipsa bona ab antiquo dinoscimur habuisse et liberius possedisse, liberam ab omni seruicio et molestacione temporibus perpetuis possidendam, nobis nichil iuris in sepedicta villa et in omnibus bonis suis reseruantes. Verumptamen pro warandia diei et anni secundum consuetudinem et iura terre hii viri strennui, amici nostri, scilicet Nicolaus Moltike, Johannes de Plesse, Thideric Clawe, Nicolaus de Axekow, milites, Johannes, Vicko et Otto fratres, filii Conradi Moltiken militis, Vicko et Thidericus, filii Thiderici Moltiken militis, Euert et Otto, filii Johannis Moltiken militis, ac Guntherus de Lewessowe, armigeri, vna nobiscum manu coniuncta ac fide prestita compromiserunt. Testes huius rei sunt: Wypertus Lutzowe, Georgius Hazecop, Bertoldus Pren, Hinric Barnekow, Johannes de

Digitized by Google

Bulow, milites, dominus Rotgherus, plebanus ecclesie beate virginis in Rozstok, ac Conradus Pren, marscalcus, et alii quam plures fide digni. Vt autem hec racionabilis empcio supradicta firma permaneat et eterna, tunc presentes litteras inde confectas cum nostris sigillis et omnium nostrorum compromissorum predictorum sigillis firmiter [fecimus] roborari. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° vicesimo nono, in crastino epyphanie domini.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock.

Eingeschnitten sind 14 Löcher, in denen an Pergamentbändern jetzt noch folgende Siegel hangen:

1) schildförmig, mit 3 Birkhähnen (= Nr. 4847); Umschrift:

✠ S' . IOhANNIS . MOLTaKaN . Da . SaRITaWaLDa .

2) ebenso; Umschrift:

✠ S' . FRaDaRICI . MOLTaKaN .

3) ebenso; Umschrift:

✠ S' . [R]ICOLAI . MOLTaKa . MILITIS

4) schildförmig, mit einem Stier; Umschrift:

✠ S' . IOhTIS . D' . PLaSSa . IVRIORIS . MILITIS .

5) schildförmig, mit einer rechtsgekehrten Vogelklaue; Umschrift:

✠ S' . ThIDaMANVS . CLAVVa ✲

7) schildförmig, mit 3 Birkhähnen, grosses Siegel; Umschrift:

✠ S' . IOhANNIS . MOLTaKa ✲ ✲

8) ebenso, kleines Siegel; Umschrift:

✠ S' . FIaKONIS . MOLTIKaN

9) ebenso; Umschrift:

✠ S' . OTTORIS ✠ MOLTaKaN .

10) grosses, rundes Siegel: in einem stehenden Schilde 3 Birkhähne; Umschrift:

✠ S' . VICKO . MOLTIKaN . FILII . DIDaRICI .

11) grosses Siegel, ebenso; Umschrift:

✲ S' . TIDaR' . MOLTI' . FILI. DIDa.

(= Nr. 4848, Sgl. 3);

13) schildförmig, mit 3 Birkhähnen; Umschrift:

✠ S' . OTTONI' . MOLTaKI .

14) das auf Kosten des weil. Ministers von Levetzow auf Lelkendorf hieneben abgebildete runde Siegel: ein stehender Schild mit einem „Kerzenrechen“ (vgl. die Note in Bd. VI, zu Nr. 3654, Sgl. 5, und die Abbildung daselbst), mit 2 Reihen Inschrift:

aussen:

✠ S CVNTaRI . Da . LaW[VZ]OWa . Da

innen:

WILLaRShAMaN + +

Digitized by Google

Dasselbe Siegel, aber mit defecter Umschrift, hängt auch an einer Urkunde vom 23. Novbr. 1339. Den Stempel dieses Siegels besitzt seit Langem der Verein für mekl. Gesch. (Jahrb. XVII, 1852, S. 405). Er ward zu Klewerhof (früher Klewe) bei Dargun gefunden. Die Familie von Levetzow hat 1361 Willershagen verkauft, Klewe besass sie sicher 1371.
— Gedruckt in Rudloffs Urk.-Lieferung Nr. CXXIX. p. 383. — Vgl. Nr. 4847 und 5015.

1329. Jan. 13. Sternberg. 5015.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestätigt den Verkauf des Dorfes Kassebohm durch die Brüder Johann und Vicke Moltke an die Stadt Rostock.

Hinricus dei gracia Magnopolensis, Stargardie ac Rozstok dominus vniuersis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Ad habendam rerum gestarum perpetuam memoriam scripturarum et testium vtentes subsidiis, notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, tenore presencium lucide protestantes, quod dilecti nobis fideles nostri vasalli Johannes et Vicko fratres dicti Moltike, filii Vickonis Moltiken militis, in presencia nostra constituti sponte recognouerunt, se cum consensu heredum suorum et amicorum consilio racionabiliter vendidisse coram nobis, cum omnibus, quorum interest vel interesse poterit, legitime resignando, viris honorabilibus dilectis nobis consulibus et vniuersitati ciuitatis nostre Rozstok villam suam totam Kersebom dictam pro numerata pecunia ipsis persoluta, prout ipsa villa in longum et latum infra suas iacet distinctiones, cum integra proprietate et perpetua libertate, cum omni iudicio maiori, videlicet manus et colli, atque minore, cum omnibus precariis, cum redditibus, fructibus et vtilitatibus, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, rubetis, paludibus, cespitibus, aquis aquarumve decursibus, viis, semitis, exitibus et reditibus, cum omnibus proventibus, attinenciis et coadiacenciis vniuersis, liberam ab omni seruicio, ac eo iure, quo progenitores nostri ac predicti Johannes et Vicko eorumque parentes ipsa bona ab antiquo dinoscuntur habuisse et liberius possedisse. Nos vero, dictum empcionis contractum gratum et ratum habentes, prehabito maturo nostrorum consiliariorum consilio porrigimus presentibus et conferimus nostris consulibus et vniuersitati supradictis, ipsorum meritis et beneficiis exigentibus, prenominatam villam Kersebom integram cum omnibus suis premissis articulis, cum libertate iurisdictionis, iudicii et iuris Lubicensis, temporibus perpetuis libere et pacifice possidendam et in vsus suos pro suo beneplacito conuertendam, ita quod in eadem villa Kersebom et per cunctos suos terminos, sicut in sua ciuitate Rozstok sepedicta vel in suis proprietatibus singulis, iurisdictione, iudicio et iure frui debeant eternaliter Lubicensi, nobis nichil iuris et iurisdictionis in bonis eiusdem ville Kersebom sepedictis reseruantes. Testes huius rei sunt: Wypertus Lutzowe, Georgius Hazencop,

Digitized by Google

Johannes de Plesse, Thidericus Clawe, Nicolaus de Axekow, milites, dominus Rotgherus (noster) cappellanus noster, ac Conradus Pren, noster marscalcus, et alii quam plures fide digni. Vt autem hec supradicta racionabilis empcio et concessio per nos facta a nobis et a nostris successoribus non corrumpantur, tunc presentes litteras inde confectas nostri sigilli appensione fecimus firmiter roborari in euidens testimonium veritatis. Datum Sterneberch, anno domini millesimo triscentesimo vicesimo nono, in octaua epyphanie domini nostri Jhesu Cristi.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An einer Schnur von grüner und rother Seide hängt des Fürsten Heinrich (zu Nr. 2806 abgebildetes) Siegel. — Gedruckt in den Rostocker Nachr. 1753, Stück 42 und 43, p. 166 ff. — Vgl. Nr. 5014.

1329. Jan. 13. Sternberg. 5016.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, schenkt dem Kloster Ribnitz, wie er es schon im J. 1324 gethan hat, zur Erbauung des Klosters den fürstlichen Hof in Ribnitz, mit der Erlaubniss, vom Kloster aus zwei Kammern über und drei Kandle durch die Stadtmauer anzulegen, und schenkt dem Kloster ferner 4 Hufen in dem Walde Möritz mit der Weidegerechtigkeit bis zur Ostsee und mit der Erlaubniss hier einen Hof anzulegen.

Hinricus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in domino sempiternam. Quisquis examen finalis iudicii fideli mente pertractat, tali reuera necessitate constringitur, ut, quod in se minus esse cognoscit, aliorum recompensare meritis cupiat, quatenus in conspectu tremendi iudicis culpabilis non existat. Noscat igitur felix nacio presencium et deuota posteritas futurorum, quod nos pro anime nostre salute illustriumque dominarum consortum nostrarum, Beatricis videlicet, filie quondam incliti principis Alberti marchionis Brandeburgensis, et Anne, illustris principis Alberti ducis Saxonie, felicis recordacionis, necnon et dilecte in Christo nostre coniugis Agnetis, filie Guntheri comitis Lindowensis, adhuc superstitis, atque liberorum nostrorum et progenitorum salutari remedio nunc presencium auctoritate donamus, sicut olim anno domini M° CCC° XXIIII° predicta consorte nostra Anna adhuc superstite recolimus nos dedisse, ad honorem dei ac beatissime virginis Marie sancteque virginis Clare reverenciam dominabus ordinis eiusdem virginis Clare ad edificandum monasterium secundum dicti ordinis instituta curiam nostram in Rybeniz cum suis attinenciis et terminis universis atque cum omni iure et quolibet commodo, sicut eadem a nobis et a nostris

Digitized by Google

predecessoribus [est] ab antiquo possessa, nihil iuris in ipsa nobis et nostris heredibus penitus reservantes. Damus insuper, sicut dedimus, dominabus eisdem pro sua et fratrum necessitate, qui earum curam gerere et ipsis ecclesiastica sacramenta ministrare debebunt, ius edificandi duas cameras ultra murum ciuitatis et usque supra medium fossati protensas, in quocunque loco ipsis nunc vel in posterum magis fuerit opportunum; similiter et tres canales pro libitu per dictum murum habendi concedimus facultatem. Preterea damus et appropriamus dominabus predictis in parte nemoris nostri Rybeniz, que Muryz communiter appellatur, quatuor mansos bene mensurandos et lignis plenos, sic quod spatia, que predictis mansis coincident, siue sint spacia cespitum uel graminum seu salicum aut simplex mor, in mensuracione predictorum mansorum minime computentur, sed cum mansis in dominium et proprietatem transeant dominarum, et cum hoc, quidquid est uersus mare in pratis et pascuis ab utroque fine lignorum usque ad aquam linealiter per directum, et poterunt pro alendis pecoribus ibidem pro suo beneplacito eciam curiam collocare. Ne autem nostra donacio omnium premissorum a quoquam tam pio priuetur effectu, presentes nostri appensione sigilli mandauimus litteras communiri. Testes horum sunt: Wypertus de Lutzowe, Johannes de Plesse, Thidericus Clawe, milites, dominus Rutgerus plebanus beate uirginis in Rozstok, Antonius de Plesse, Meynardus, Johannes de Primzlauia, nostri notarii, et alii plures clerici et layci fide digni. Datum Sterneberg, anno domini millesimo trecentesimo XXIX°, in octaua epyphanie domini.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt des Fürsten Siegel aus rothem Wachs. — Gedruckt ist die Urkunde in Rudloffs Urk.-Lieferung II, Nr. CXXX, A; vgl. Rostocker Wöchentl. Nachr. 1823, S. 161. — Vgl. Nr. 5017.

1329. Jan. 17. Sternberg. 5017.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestätigt dem von ihm neu gestifteten St. Clarenkloster zu Ribnitz alle demselben von ihm verliehenen Besitzungen und Gerechtigkeiten.

Hinricus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rostok[c]ensis dominus vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem et geste rei agnoscere veritatem. Ut de nonnullis, que nuper monasterio dominarum ordinis sancte Clare in Rybbenitz, per nos gracia super[na][1] fauente fundato, sub certis litterarum tenoribus graciose donauimus et de maturo consilio rite contulimus, nichil omnino reuocetur in dubium, aut, si [pernici]oso rerum faciente, quod absit, euentu predicte littere nusquam in posterum apparer[ent], prefatum [nichilominus] monasterium virtute presencium saluum semper et indempne permaneat, vniuersa d[ona]ta[2], in signum r[a]tificacionis[3] omnimode serui[tura] presenti

ser[ie][4], cum aliquorum adiectione dux(er)imus annotanda. Jn primis itaque predicto monasterio seu personis ad idem pro tempore assumendis donauimus et presencium auctoritate donamus pro loco inhabitacionis perpetue curiam nostram in Rybbenitz cum suis terminis et attinenciis vniuersis atque cum omni iure et quolibet commodo, sicut a nobis et a nostris predecessoribus est ab antiquo possessa, ita quod ipse domine pro se et fratribus, qui earum curam gerere debent, habebunt ius edificandi duas cameras supra medium fossati ciuitatis protensas et tres canales per murum eiusdem, in quocunque loco ipsis nunc uel in posterum magis fuerit oportunum. Porro predictis adicimus, quod inter curiam ipsam et dicte ciuitatis murum debet relinqui transitus cum duobus osti[o]lis[5], non aperiendis, nisi ciuitati articul[u]s manifest[e] necessitat[is][6] incumbat. Donauimus eciam et nunc presencium auctoritate donamus eisdem in nemore nostro Můritz wlgariter nuncupato porcionem a circumiacentibus pratis et miricis ceterisque lignis cumulorum proiectione distinctam, et cum hoc, quicquid est uersus mare ab extremorum utroque usque ad aquam linealiter per directum. Jnsuper dedimus et auctoritate presencium damus dominabus predictis ius patronatus duarum ecclesiarum parrochialium, Rybbenitz scilicet et Zwan, ita quod easdem suo monasterio incorporandas plene relinquimus, sicut reliquimus; uel, si aliter visum fuerit dominabus ipsis de dictis ecclesiis disponendum, plenam concedimus sicut concessimus facultatem. Preterea, sicut donauimus, ita et nunc donamus dominabus premissis terram Zwant[wustr]ow cum omni proprietate et vniuerso fructu, iudicio quoque maiore et minori, manus et colli, sine precariis et absque ullis seruiciis a nobis uel a nostris heredibus seu successoribus uel per nos nostrosque heredes et successores de iure petendis aut gracia, non obstante cuiuslibet necessitatis articulo, libere in perpetuum possidenda[m]. Ceterum dedimus et nunc damus predictis dominabus villam Derhaghen et curiam adiacentem cum eiusdem curie equicia seu grege equorum stůt wlgariter appellato, cum vtriusque, tam ville scilicet quam curie, pertinenciis et prouentibus omnibus, cum iudicio quoque totali et simplici, cum eadem libertate perpetuo possidendas, qua predictam terram Zwantw[ustr]ow eedem domine optinere noscuntur. Censum quoque sex marcarum vsualium denariorum, quarum quatuor soluuntur de duobus mansis in Rybbenitz, relique vero due de duobus molendinis, que vento mouentur ibidem, huic donacioni nostre dux(er)imus apponendum. Ad hoc presencium auctoritate donamus monasterio seu dominabus supradictis ambo molendina, que aquarum decursu mouentur in Rybbenitz, cum omni libertate, proprietate et dominio, fructu, prouentibus et rebus omnibus molendinis nunc adiacentibus, absque ullo seruicio temporibus perpetuis possidenda, ita tamen, quod infra terminum quinquennii, in festo sancti Johannis baptiste proxime preterito inchoati, predicte domine molendina ipsa ab hiis, quibus obligata sunt, redimere seu reemere tenebuntur, sicut nuper nos ipsi placitauimus et consules in Rostok libro sue ciuitatis

Digitized by Google

idem inscribendum nobis firmiter promiserunt. Item contulimus et nunc conferimus dominabus prefatis tres mansos cum tribus quartalibus in villa Bochorst cum omni proprietate, iure et libertate ac fructu, absque ullo seruicio et precariis possidendos, ita quod post decessum domini Hinrici Cůltzowen sacerdotis predicti mansi cum quindecim marcarum redditibus deuoluentur iure perpetuo ad easdem. Postremo sepedictis dominabus conferimus in hiis scriptis spacium, quod inter ligna ciuitatis Rybbenitz et porcionem lignorum dominabus ipsis per nos, ut premittitur, deputatam situm est, stremel communiter appellatum (est), necnon et pratum iuxta pontem, qui Cobrůgghe dicitur, situm, quod olim spectabat ad curiam nostram in Rybbenitz, vnde adhuc Houewisch wlgariter appellatur, iure perpetuo libere possidenda. Jn huius igitur innouate donacionis, plenarie ratificacionis omnium premissorum per nos facte euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Sterneberg, anno domini M° CCC° XXIX°, feria tercia ante festum Agnetis virginis et martiris.

Nach dem Diplomatar. Ribnitz. fragm. Wismar. Im Anfange der Urkunde sind mehrere unleserliche Stellen, Lücken und auch Versehen. Das Diplom. hat: [1]superue oder superne — [2]deuota — [3]rectificacionis — [4]screet — [5]ostialis — [6]articulis manifesti necessitati. — Vgl. Nr. 4556, 4568, 4960, 5002, 5007, 5016, 5020—5022, und auch 1330, Decbr. 31.

1329. Jan. 20. Schwerin. 5018.

Johann, Bischof von Schwerin, stiftet eine kleine Präbende in der Collegiatkirche zu Bützow mit den bischöflichen Zehnten aus Oettelin, zunächst für seinen verdienten Protonotar Albert von Braunschweig, und die Capitel von Schwerin und Bützow geben dazu ihre Einwilligung.

In nomine domini. Amen. Vniuersis presencia visuris uel eciam audituris Johannes dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus ad perpetuam rei memoriam. Licet secundum iuris exigenciam cunctis teneamur benefacere, magis tamen illorum intendimus profectui, qui nobis vinculo familiaritatis astricti se laboribus et periculis pro nostris et ecclesie nostre vtilitatibus exponunt beniuolos et constantes. Hinc est, quod, cum, prohibente importuna multitudine impetrancium, occupante beneficia ecclesiastica, quorum ad nos spectat presentacio seu collacio, dum vacauerint, Albertum de Brunswich, clericum Halberstadensis dyocesis, in minoribus ordinibus constitutum, nostrum prothonotarium, quem in nostris et ecclesie nostre negociis et profectibus docente rei experiencia vigilem et diligentem inuenimus, nequeamus, prout desideramus et tenemur, congrue promouere, ne tamen ipsius fidelitas omnino irremunerata permaneat, intendentes ipsi tanquam bene merito per viam specialem et generosam eo modo, quo pronunc possumus,

Digitized by Google

prouidere, requisitis et obtentis consilio et consensu honorabilium virorum dominorum Hermanni prepositi, Johannis decani tociusque ecclesie nostre Zwerinensis capituli et similiter Thiderici decani et capituli ecclesie Butzowensis, vnam prebendam minorem et prebendale beneficium ecclesiasticum, duraturum perpetuis temporibus, in ipsa ecclesia Butzowensi inuocato Christi nomine instauramus, auctoritate ordinaria confirmamus, ipsique omnes decimales redditus in Ottelin de mensa nostra episcopali pendentes, discreto viro domino Gherardo, eiusdem ecclesie canonico, possidendos et percipiendos temporibus sue vite iusto titulo et debito modo dimissos, sed nunc per ipsum zelo caritatiui affectus et deuocionis accensum nobis deliberato animo et libere in hunc finem, quem nos similiter cum ipso pretendimus, resignantes, fructuum nomine et dotis perpetue applicamus; ipsamque prebendam minorem et prebendale beneficium modo premisso per nos adhibita sollempnitate debita instauratum, canonice confirmatum, rite et racionabiliter dotatum ac canonicatum in ecclesia Butzowensi prefato Alberto de Brunswich, nostro prothonotario, confirmamus, volentes, ut eidem Alberto et cuicunque in futuris temporibus eadem prebenda et prebendale beneficium collatum fuerit, quod fore et manere decernimus gradum ineuitabilem processus ad priores siue maiores prebendas in ipsa ecclesia Butzowensi, ad prebendam maiorem, que preuia seniorum opcione uacauerit, progressus pateat et ascensus. Adicimus insuper et volumus, quod, quamdiu sepedictus Albertus et similiter quilibet suorum successorum in eadem prebenda minori aliquam de prebendis maioribus ibidem consequutus non fuerit, licet vocem in capitulo et stallum in choro plene et integraliter habeat, ad personalem residenciam, ultra quam commodum sibi fuerit, nullatenus sit astrictus. Volumus tamen, cum de mente iuris beneficium quodlibet ecclesiasticum sit propter debitum officium institutum, ut ad chori officium et seruicium teneatur, ita videlicet, quod terciam uel quartam ebdomadam epistolarem secundum antiquam ipsius ecclesie consuetudinem per se uel per alium officiet, nec plus quam aliquis de pocioribus siue senioribus vicariis eiusdem ecclesie Butzowensis, eciamsi residens fuerit, percipiat de memoriis defunctorum et distribucionibus aliis, quocunque eciam nomine censeantur, nisi decanus et capitulum sepedicte ecclesie Butzowensis circa ipsum de chori officio et distribucionum percepcione aliter generose et fauorabiliter duxerint faciendum. Quod si fecerint siue non fecerint, promouebit tamen profectum et honorem Butzowensis ecclesie pro totis suis viribus. sicut quilibet Butzowensis ecclesie canonicus in ingressu suo ad hoc astringitur per proprium iuramentum. Jn quorum omnium singulorum et premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Et nos Hermannus prepositus, Johannes decanus et capitulum ecclesie Zwerinensis, Thidericus decanus et capitulum ecclesie Butzowensis in recognicionem et signum consensus, ad hec omnia et singula libere, spontanee et cum deliberacione, ut premittitur, prestiti, sigilla ecclesiarum nostrarum loco subscripcionis singulorum

Digitized by Google

presentibus duximus apponenda. Et ego Gherardus canonicus ecclesie Butzowensis in testimonium resignacionis et renunciacionis, quas feci ad promouendum et consequendum finem premissum, litteris presentibus meum sigillum apposui requisitus. Datum et actum Zwerin, anno domini M° CCC° XX. nono, presentibus viris honorabilibus: Hermanno preposito, Johanne decano, Hinrico thesaurario, Hinrico scolastico, Marquardo cantore, Ludolfo de Bulow, Nicolao de Stralendorp, Stephano Stephani, canonicis ecclesie Zwerinensis; Georgio Hasencop, Georgio de Hydzacker et Martino Preen, militibus, Conrado de Plesse, famulo, et pluribus aliis fide dignis, in die Fabiani et Sebastiani beatorum martirum.

Aus dem Diplomatarium eccles. Butzow. fol. XXV^{b}, Nr. XXIX. — Gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 445. — Vgl. 1337, Febr. 16.

1329. Jan. (20). 5019.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, macht sein Testament.

Eine Urkunde, welche des Fürsten Testament enthielte, ist nicht auf uns gekommen. Es berichtet aber Kirchberg, Cap. 171 (v. Westph. 169):

Von dem testamente vnd dem tode hern Hinriches von Mekiluborg. CLXXI.

[D]y czid von Mekilnborg Hinrich
recht als eyn lewe mudiglich
gelebit hatte syne tage,
bevyel mit eynre krangheit phlage,
dy waz genant quartanea.
Synen rad besante her darna
geyn Sterrenberg; nach irme rade
syn testament her saste drade.
Von erst soulden sy mit gantzir craft
syne kind vursten yn vormuntschaft,
so daz sy synre gebornen frunde
keyme stadeten zn eyme vormunde,
daz her syne kint soulde virstan;
darmyd daz testament hub an.
Vordan liez her mit guder witze
in synen hof zu Rybenitze
durch God vil gude kunster
buwin balt eyn munster;
eyn frawinclostir wart da here
in Godes vnd sante Claren ere;
daz clostir liez her darvm bnwen,
vm synre sele heyl irnuwen,
wan her hatte nbir al syn lant
vil cziuse genomen vnvirwant
den phaffen vnd den leyen da.
Syn eldeste tochtir Anna
wart da selbis clostirfrowe.
Vnd gab darzu Swantewsterowe
mit allir zubehorunge nn.
Daz clostir vorsten saste her zn
von Lubike den custer,
der waz dy czid syn bichtiger.
Nach des fraw Anna kortzir vard
des clostirs abbatisse ward.
Darnach gab geyn Doberan,
da her syne bygraft wolde han,
eyn cleynode, waz von gonlde,
von ko°stenrichem soulde,
daz waz eyn pratzsche kostenlich
geworcht von goulde richlich,
getziret luttir, reyne
von goulde vnd von gesteyne,
daz waz wert dryhundirt marke,
von lodigem silber starke;
eynen guldenen koph gab her yn da,
der weyg fnnf mark gouldes ja,
daruz man soulde machen gar
czwene keliche uf daz altar,
daz in iren mu°nstere here
sted yn santi Benedictis ere.
Salmon, der kleyne Jude, behielt
denselbin koph vnd syn ouch wielt;
daz waz dy czid so gelegin
von hern Wyprecht Luszowen wegin.
Vnd gab ouch eynen hengist starkin
dem clostere von hundirt markin

Digitized by Google

silbers, den behielt gerichte
eynre, den hiez Wedige Slichte,
von des von Mekilnborg scholt wegen.
Vor saste her vm der sele phlegen,
daz man daz bndekorn nummer me
solde geeyschin recht als [e]
vbir syne lant vnd syn herschaft;
daz bewalch her by der sele craft,
syn nachkomen solden syn nemen nicht
vm synre sele heyles phlicht.
Da her daz testament gemachte
vnd gantz vnd gar also betrachte,
da waz gemeynlich alle syn rad
in der geynwortikeyde stad,
da waz ouch geynwortig mere
von Lnbike syn bichtigere,
der der prouincien custir waz
der mynre brudire sundir haz,
da waz gemeyn ouch by bereyd
zu Sterrenberg dy phafheyd.
Do her alle ding hatte so beramt,
do ted man im daz heilge ampt.
Darnach kurtz starb her sundir wan
vnd wart begrabin zn Doberan
erbariglicher vnd reynre
wan synre vnrvarn y dykeynre;
da waren by der bygraft enden
syne vetteren al, dy von Wenden,
do man schreib dritzenhundirt jar
vnd nnyn vnd czwenczig uffinbar,
daz waz yn dem eylften kalendas
Februarii des manden las.

Es fragt sich sehr, ob die letztwilligen Verfügungen des Fürsten zu einer Urkunde zusammengefasst waren. Hätte Kirchberg eine solche vor sich gehabt, so würde er der Prinzessin Beatrix nicht den nnrichtigen Namen Anna gegeben haben; und überdies liegen für das Kloster Ribnitz ja die drei Urkunden vom 20. Januar 1329 (Nr. 5020—5022) vor. Wahrscheinlich giebt Kirchberg die Verfügungen für Ribnitz nnr nach Mittheilungen aus diesem Kloster, und ebenso die Bestimmnngen über die Vormnndschaft aus einer andern Urkunde, nnd wiederum das Vermächtniss für Doberan auch aus einem besonderen, für dieses Kloster gegebenen Briefe.

Genauer berichtet Detmar zum J. 1329 über die vom Fürsten Heinrich verordnete Vormundschaft:

„Twe sone he let, iung van iaren, den satte he vormundere sine riddere, den he wol be-
„lovede, unde darto de ratmanne van Rostok unde van der Wismer."

(Vgl. 1329, März 18.)

Die Aufnahme seiner Tochter ins Kloster Ribnitz (Nr. 5022) befahl der Fürst „vniuersis et singulis suis fidelibus predictarum terrarum (Meklenburg, Stargard und Rostock) prouisioni preficiendis".

Die Urkunde für Doberan, aus welcher Kirchberg wahrscheinlich auch entnahm, dass der (in Nr. 5021 genannte) Custos Thidericus de Studiz und die Sternberger Geistlichkeit um den Fürsten Heinrich in seinen letzten Tagen waren, ist ihrem Wortlaute nach nicht erhalten. Was Marschalk Thurius auf der in Nr. 5023, 2 mitgetheilten Inschrift davon sagt, kann er aus Kirchbergs Chronik entnommen haben.

1329. Jan. 20. Sternberg. 5020.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, verleihet dem Kloster Ribnitz den Raum zwischen dem Holze der Stadt Ribnitz und dem Walde Möritz und die fürstliche Hofwiese an der Kuhbrücke bei der Stadt Ribnitz für 200 Mk. Lüb. Pf., welche der weiland Ritter Dethlev Wulf von dem Fürsten zu fordern und dem Kloster in Ribnitz vermacht hat.

Hinricus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstoc dominus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem et diligenter attendere infrascripta. Constitutus olim in ultimis, honestus miles et strennuus Detleuus Lupus bone memorie ducentas marcas Lubicensium denariorum mona-

Digitized by Google

sterio[1] dominarum ordinis sancte Clare in Ribeniz construendo racionabiliter assignauit, quas eidem militi soluere tenebamur. Nos itaque prefato monasterio, ut tenemur, satisfacere de premisso legato uolentes, eidem damus et presencium auctoritate conferimus spacium, quod inter nemus ciuitatis Ribeniz et Muriz ips[i] monasterio dudum collatam situm est, necnon et pratum iuxta pontem, qui wlgariter dicitur Kobrugge, situm, quod olim spectabat ad nostram curiam in Ribeniz, unde adhuc Houewisch[2] communiter appellatur, cum omni iure. proprietate et fructu perpetuo utraque tempore possidenda. Jn cuius rei euidenciam sigillo nostro presentes fecimus communiri. Testes sunt: Thidericus Clawe, Eghardus Hardenacke, milites, dominus Rutgherus, plebanus ecclesie beate Marie in Rozstoc, Conradus Preen, Hermannus de Helpede, famuli, et alii fide digni. Datum Sternebergh, anno domini M°CCC°XXIX°, in die sanctorum martirum Fabiani et Sebastiani.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das in der untern Spitze abgebrochene Siegel des Fürsten Heinrich aus rothem Wachs (abgebildet zu Nr. 2806). — Das Diplomatarium des Klosters im Privatbesitze zu Wismar hat: [1] in monasterio. — [2] hoywisch. — Gedruckt in Slaggerts Chron. Rib. bei v. Westphalen, Mon. IV, p. 855; Schröder, P. M. S. 1094.

1329. Jan. 20. Sternberg. 5021.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, weist dem Kloster Ribnitz aus der Orbör der Stadt Rostock 1000 Mk. Lüb. als Kaufpreis für das Fischland und 1000 Mk. Rost. Pf. zur Einlösung der Mühlen in Ribnitz an.

Hinricus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus vniuersis, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Ad vestram cupimus presencium tenore deduci noticiam, quod nos discreto viro fratri Thiderico de Studiz, nunc custodi Lubicensi et procuratori monasterii ordinis sancte Clare per nos in Rybbeniz instaurati, ac eiusdem in ipso procuracionis officio successoribus assignauimus et auctoritate presencium assignamus redditus nostros in Rozstok, de quibus centum et sexaginta marcas vsualium denariorum in festo pasche et nonaginta marcas in festo beati Michahelis singulis annis dicte ciuitatis Rozstok consules nobis soluere sunt astricti; volentes, ut, postquam Hinrici de Barnecowe militis et Razstorp famuli terminus percipiendi dictos redditus exspirauit, prefatus frater Thidericus uel successores ipsius eosdem redditus tamdiu percipiant, quovsque terram Zwantwostrowe per nos emptam pro mille marcis Lubicensium denariorum persoluant atque molendina in Rybbeniz, que predicto monasterio donauimus, redimere valeant, pro mille marcis Rozstocensium denariorum obligata. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Thidericus Clawe, Eghardus Hardenacke,

Digitized by Google

milites, dominus Rotgherus, plebanus beate virginis in Rozstok, Hinricus noster notarius, magister, Albertus de Dewiz, Conradus Preen, Hinricus Bonensac, Hermannus de Helpede, armigeri, et alii fide digni. Datum Sternebergh, anno domini M° CCC° XXIX°, in die sanctorum martirum Fabiani et Sebastiani.

Nach dem im Archive des Klosters Ribnitz im Original aufbewahrten Vidimus des Bischofs Heinrich von Lübek, d. d. „Lubek, anno domini M° CCC° XXXIIII°, XVI° kalendas Nouembris" (= Octbr. 17), von dessen Pergamentstreifen jedoch das Siegel abgefallen ist. — Vgl. über Zwantwustrow Nr. 3641, 4964 und 5001, und über die Mühlen zu Ribnitz Nr. 3393, 4450 und 5001. — Gedruckt in den Beil. zu den Wöchentlichen Rostocker Nachr. 1823, Stück 45, S. 180.

1329. Jan. 20. Sternberg. 5022.

Heinrich, Fürst von Meklenburg, bestimmt, dass seine Tochter Beatrix in das von ihm gestiftete Clarenkloster zu Ribnitz zugleich mit den übrigen Nonnen eingeführt werden soll, und giebt ihr einen standesgemässen Antheil von den nach Lübek verpfändeten Gütern als Aussteuer für das Kloster mit.

Hinricus dei gracia Megapolensis, Stargardie et Rozstoc dominus vniversis et singulis suis fidelibus predictarum terrarum prouisioni preficiendis salutem et studiose perficere presentibus annotata. Graue salutis dispendium is subire recta racione colligitur, qui uotum deo et sanctis emissum pro posse non implet, cum nec ille a diuina offensa immunis existat, qui promissum homini factum temere negligit adimplere. Nos itaque saluti nostre consulere et uotum, quod cum dilecta olim nostra coniuge beate memorie, Anna videlicet, filia ducis Saxonie, de filia nostra Beatrice monasterio dominarum ordinis sancte Clare, per nos deo auctore fundato in Ribeniz, absque ulla retractacione tradenda prehabita diligenti deliberacione emisimus, deo omnipotenti et beate Marie virgini ac predicte beate uirgini Clare, prout nostra presens corporalis permittit infirmitas, reddere seu persoluere cupientes, eandem filiam nostram prefato monasterio et ordini presenti serie deputamus, volentes et uobis omnibus et singulis sub debito nobis prestite fidelitatis arcius iniungentes, quatinus, cum prefati ordinis domine vel sorores ad dictum monasterium fuerint introducende, sine dilacione simul cum eis ipsam filiam nostram introduci fideliter procuretis, tradentes eidem de pignoribus nostris in Lubec obligatis secundum status sui decenciam congruam pro dicti monasterii subsidio porcionem; et si quid de predictis pignoribus residuum fuerit, reliquis nostris liberis reservetis. Premissa autem omnia et singula petimus per uos cum omni diligentia et tam fideliter effectui mancipari, sicut anime nostre salutem diligitis et sicut de eis coram districto iudice iustam reddere cupitis racionem. Verum, licet hec viua uoce uobis intendamus deo donante committere,

Digitized by Google

si tamen aliter eodem deo disponente contingeret, predicta ob hoc uobis iniungere presenti scripto curauimus, nostri sigilli munimine roborari[1]. Testes premissorum sunt: Thidericus Clawe, Eghardus Hardenacke, milites, Conradus Preen, Hinricus Bonensac, Hermannus de Helpede, famuli, dominus Rutgherus plebanus ecclesie sancte Marie in Rozstoc, Hinricus noster notarius, et alii fide digni. Datum et actum Sternebergh, anno domini M° CCC° XXIX°, in die sanctorum Fabiani et Sebastiani martirum.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. [1]Lies: roborate.) An einem Pergamentstreifen hängt des Fürsten Siegel aus ungeläutertem Wachs. — Gedruckt ist die Urkunde in Rudloffs Urk.-Lieferung II, Nr. CXXX, B. Vgl. die Urkunden Nr. 3429 und 3430.

1329. Jan. 21. (Sternberg.) 5023.

Heinrich II., Fürst von Meklenburg, stirbt.

1. anno : mil|leno : tricen|tenoq; : vice|noueno ⊛ ||
natus : vt : | est : ille : que' | predixere : | sibille :
Dicta | : die : magne : | proch:hin : de | fungitur : | agne
mychil||burgh : prin|ceps : que' : trif|tis : obisse : dolt | : plebs :
huic : || genitrix : crifti | : succurrat : ne : | nece : trifti : |
Demonis : arcetur :|ſ : iuſtis | : gratuletur : amen |

= Anno milleno tricentenoque vice[n]noveno [1],
natus ut est ille, quem praedixere Sibyllae
dicta, die magnae proh! Hin. defungitur Agnae,
Mychilburgh princeps, quem tristis obisse dolet plebs.
Huic genitrix Christi succurrat, ne nece tristi
daemonis arc[t]etur [2], sed iustis congratuletur. Amen.

Ziegelinschrift auf dem Grabe des Fürsten Heinrich II. im hohen Chor der Klosterkirche zu Doberan, welches in Jahrb. XXIII, zu S. 334 flgd. in einem Kupferstiche abgebildet ist. Die Grabplatte ist mosaikartig von Ziegeln ins Oblongum in den Fussboden eingelegt; zwei grosse Ziegel zeigen des Fürsten Schild und Helm. Die Einfassung bilden 24 Ziegel von 8" Länge, 3" Breite und 1½" Dicke (Jahrb. IX, 428), auf welchen die obige Inschrift steht, so dass die Buchstaben, wie auf Steinplatten, bis zu der Oberfläche aus dem vertieften Grunde hervorragen. [1]Da die Buchstaben des dritten Steins (welchen Lisch erst bei dem Aufräumen wiederfand): „tenoque vice-" nicht gut in das Versmass des ersten Leoninischen Hexameters passen, so entscheiden sich Professor Wiggert und Lisch (Jahrb. XIX, S. 338) für: „tricen . vicenque noveno," ähnlich wie Marschalk Thurius (wohl nur nach Conjectur, weil der Stein fehlte) den Vers (tricen . vicen . atque noveno) wiedergegeben hat, und Lisch vermuthet, dass dieser Ziegel ursprünglich nicht hierher gehört habe. („Vicenque" würde freilich den Raum kaum füllen.) — [2]Quast liest **artetur,** Lisch dagegen **arcetur** und nimmt einen Fehler des Formschneiders (c für ct oder für t) an.

2. Hinricus dei gratia Magnopolensis, Rostockcensis et Stargardie dns. Ø a° dni. M. CCC. XXV. XI. kalendas Februarii.

Nach einer im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Abschrift des Necrologiums im Doberaner Kreuzgangsfenster (gedruckt in Jahrb. I, zu S. 136). Diese Abschrift aus dem Anfange des 16. Jahrh.

Digitized by Google

giebt die Jahreszahl ohne Zweifel verstümmelt st. M.CCC.XXVIIII. Dagegen ist „XI. kalendas Februarii“, obwohl damit nicht der 21. Januar (Agnetentag,, sondern der 22. Januar bezeichnet wird, nicht als ein Fehler der Abschrift anzusehen, da Kirchberg (s. oben Nr. 5019) dasselbe Datum hat. Bei Kirchberg kann dasselbe aber dem Zusammenhange nach ebenso gut auf die Beisetzung zu Doberan, als auf den Sterbetag bezogen werden. — Merkwürdig ist, dass der herzogliche Rath Dr. Marschalk Thurius (im ersten Viertheil des 16. Jahrh.) als den Todestag den 21. Januar (ob nach dem Necrologium des Klosters? oder nach der ihm bekannten Grabschrift?) bezeichnete, und doch die Nachricht von der Schenkung ans Kloster anscheinend aus Kirchbergs Chronik (s. Nr. 5019) entnahm, als er folgende Inschrift verfasste und kunstreich in Gold auf eine Holztafel schreiben liess:

> Anno Domini MCCCXXIX ipso die | Beatae Agnetis Virginis in oppido | Sterneberg obiit illustris Princeps | Dominus Hinricus cognomento | Leo, Dux Megapolensis, nec non | Stargardiae et Rostock terrarum | Dominus, in hoc Monasterio Dob-|bran sepultus. Hic assignavit eidem | monasterio in extremis suis fibulam au-|ream valentem trecentas marcas argen-|ti. Jtem Cyphum aureum haben-|tem quinque marcas in pondere. Jtem | dextrarium valentem centum marcas | argenti. Cuius anima cum anima-|bus progenitorum suorum ac omni-|um fidelium defunctorum per piam | misericordiam Dei requiescat in pace. | Amen.

(Das Original dieser Inschrift fand Lisch im J. 1860 in der Doberaner Kirche bei dem Abbruche der alten Orgel von 1608, als altes Brett zu einer Bekleidung gegen Staub benutzt; eine damit übereinstimmende Copie in der Kirche ward zuletzt 1750 renovirt.)

3. In deme iare Cristi M.CCC.XXIX., in sunte Agneten daghe, starf de edele, vrome Hinric, de here van Mekelenborch, de sunte Claren closter stichtede to Ribbenitze. Twe sone he let, iung van iaren, den satte he vormundere sine riddere, den he wol belovede, unde darto de ratmanne van Rostok unde van der Wismer.

So Detmar (bei Grautoff I, S. 226), der also auch den 21. Januar als den Todestag kannte. Ihm folgt, aber mit irrigen Veränderungen, Korner bei Eccard II, 1037, z. J. 1330: „Henricus dominus „de Mykelenburg obiit in die S. Agnetis, secundum chronicam Obotritorum, relinquens post se „duos filios Albertum et Henricum (!), quibus constituit duos (!) tutores milites et duas civitates, „Rostoccensem scilicet et Wismariensem.“

1329. Jan. 30. Rostock. 5024.

Heinrich und Reimar von Barnekow verzichten auf ihre Anrechte auf das an das Hospital und die Kirche zum heil. Geiste zu Rostock verkaufte Dorf Gr. Schwass.

Vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Hinricus de Barnekow, miles, Reymarus Olrici filius de Barnekow, armiger, cupimus fore notum tenore presencium lucide protestantes, nos matura deliberacione prehabita a villa Grothen Swertze et ab omnibus bonis suis et quicquid in ipsis habuimus vel habere potueramus in futuro, cessasse penitus et dimisisse ecclesie sancti Spiritus in Rozstok et hospitali ibidem libere et perpetue possidendo. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes huius rei sunt: Arnoldus

Digitized by Google

Copman, Hermannus Wokrente, Johannes Pape, Lodewicus Cruze, Hinricus de Vemeren, Ludolfus de Godlandia, Hinricus Friso, Hinricus Rode, consules in Rozstok, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Rozstok, anno domini M° CCC° XXIX°, feria secunda proxima ante festum Marie luminis.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An Pergamentstreifen hangen 2 schildförmige Siegel mit einem geschlossenen Fluge unter einem Stiergehörn; Umschriften:

1) : S' . hIRIGI . Dd : BARR...Wd .

2) .....RI . Dd . BARRdGOWd

— Vgl. Nr. 4499.

1329. Febr. 1. Rostock. 5025.

Gertrud, Wittwe des Ritters Johann Bernefür, gestattet der Wittwe des Ritters Wolder von Bernefür, ihre Güter in Mönchhagen zu verdussern.

In nomine domini. Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore defluunt (!), necessarium (!), ut scriptura et sigillis autenticis firmiter roborentur. Hinc est, quod nos Gertrudis, relicta quondam honorabilis militis Johannis dicti Berneuur beate memorie, cum omnibus meis veris heredibus et legitimis, parte ex vna, et Mechtildis, relicta quondam venerabilis militis Wolderi dicti Berneuur felicis recordacionis, cum omnibus meis veris heredibus et legitimis, parte ex altera, vniuersis, quibus presens scriptum exhibitum seu presentatum fuerit, volumus fore notum, quod ex consensu et consilio et auxilio nostrorum amicorum proximiorum ex vtraque parte est amicabiliter placitatum, quod ego Mechtildis predicta, relicta quondam domini Wolderi dicti Berneuur, cum meis heredibus veris ex bone voluntatis arbitrio et consensu ceterorum meorum amicorum et meorum heredum assigno et confero venerabili domine Gertrudi, relicte quondam domini Johannis dicti Berneuur, suisque veris et legitimis heredibus liberam et plenariam potestatem bona sita in Monkehaghen vendendi et exponendi et, prout ipsis magis videbitur expedire, in omnibus peragendi, ita uidelicet, quod ego Mechtildis cum meis heredibus ipsam et ipsius heredes exnunc de cetero in eisdem bonis scilicet Monkehaghen nullatenus debeam impedire, nec in aliquo in eisdem bonis inbrigare. Et ut hec prescripta ex parte mei meorumque heredum ac meorum amicorum inconwulsa permaneant et illesa, hii subscripti, videlicet Vlricus de Penitz, Conradus Preen, marschalkus, Helmoldus de Benekenhaghen fidetenus compromiserunt, quemadmodum per appensionem seu apposicionem sigillorum eorundem protestantur. Et cum hiis omnibus et singulis prenotatis omnia et singula inter has dominas et earum

Digitized by Google

heredes debent de cetero termina[ta], finita et disiuncta permanere. Huius rei testes sunt: Johannes de Axecowe, Hennecke Babbe de Wolken, Preen, Marquardus Noscentin, Hennecke de Bulowe, armigeri, Bernardus Albus, Otbertus Albus, Hermannus Wokrente, Hermannus apud cimiterium, Hinricus Quast, burgenses, ceterique quam plurimi fide digni. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° XXIX°, in vigilia purificacionis Marie.

Nach dem Original im Raths-Archive der Stadt Rostock. Angehängt sind 3 Pergamentstreifen, aber nur der erste trägt noch ein Siegel. Es ist schildförmig und zeigt einen vorwärtsgekehrten Helm, welcher mit 4 Büschen besteckt ist; Umschrift:

[S' .] OLRIC[I] DC PARI[Z]

— Vgl. 1340, Febr. 2.

1329. Febr. 2. Wismar. 5026.

Vrese verpachtet an Lüdeke Stolte seine Mühle in Klütz.

Vrese molendinarius locauit Lvdekino Stolten molendinum suum in Klvtze ab octauo die purificacionis vltra ad tres annos ad quemlibet annum pro XIIII^{or} tremodiis siliginis, danda duo tremodia proximo pascha, deinde penthecostes duo, Jacobi duo, in natiuitate beate virginis duo, Galli duo, in natiuitate Cristi duo et in purificacione duo, et sic quolibet anno sub dictis tribus annis. Quandocumque vero in aliquo dictorum terminorum non soluerit, ut premittitur, extunc post terminum, in quo non soluerit, Vrese de matta dicti molendini se intromittet. Finitis hiis tribus annis, Lvdekinus representabit dictum molendinum dicto Vresen, sicut eam (!) inuenit in valitudine, pro quo fidit Sifridus de Mvnstere, pellifex. Dictus eciam Lvdekinus dabit Vresen predicto sub hiis tribus annis quolibet anno X marcas Lubicenses, quas soluet sibi quatuor temporibus anni, pasche, Johannis, Michaelis et in natiuitate Cristi, pro quibus soluendis dixerunt Eghardum Krummendik promisisse.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen Purificacio 1329.

1329. Febr. 3 — Novbr. 10. 5027.

Actenstücke, betreffend die Appellation an den päpstlichen Stuhl von Seiten der Stadt Stralsund wider den Spruch des Decans Johann von Verden in dem Hoheitsstreite des Bischofs von Schwerin um das Land Tribsees und die Stadt Stralsund, vom 19. Dec. 1328 (Nr. 5005).

[1.] 1329, Febr. 3 (feria sexta proxima post festum purificationis beate virginis Marie), Stralsund. — Rath und Gemeinde der Stadt Stralsund bevollmächtigen Johann Tolner, da von dem Decan Johann

Digitized by Google

zu Verden nach Zurückweisung der Appellation ihres Sachwalts (s. Nr. 4947) ein nachtheiliger Spruch zu befürchten oder etwa schon erfolgt sei, gegen solchen an den päpstlichen Stuhl zu appelliren und ihre Sache wider den Bischof von Schwerin ferner zu vertreten. — Traussumpt des Johannes Poyterosa, s. u. Nr. [5].

[2.] 1329, Febr. 12 (dominica proxima post festum beate Scolastice virginis), Stralsnnd (in consistorio dictorum cousulum coram dictis consulibus et communi ad hoc per pulsum campane solito more vocatis). — Johann Tolner, als Sachwalt der Stadt Stralsnnd, legt gegen den ihm zuerst am 7. Febr. 1329 (feria tertia post festum purificatiouis) zu Bützow bekannt gewordeneu Spruch des Decans Johaun zu Verden (vom 19. Decbr., s. Nr. 5005) Appellation au den päpstlichen Stuhl ein und lässt

[3.] 1329, Febr. 25, zu Greifswald (in cymiterio sancti Nicolai opidi Gripeswaldis primo, deinde in consistorio coram consulibus Gripeswaldensibus) über diese Appellation vom Notar Johann v. Kil ein Notariats-Instrument verfassen und an dasselbe „in signum adhesionis appellationis antedicte“ das Greifswalder Stadtsiegel hängen. — Transsnmpt in [5].

[4.] 1329, Febr. 15 (XV. kal. Marcii), Verden. — Johann, Decan zu Verden, als Conservator des Bischofs von Schwerin, fordert die gesammte Geistlichkeit der Diöcesen Bremen, Lübek, Ratzeburg, Schwerin, Camin, Havelberg, Brandenburg, Verden, Lund und Roschild unter Androhung des Bannes auf, den von ihm wegen Nichtachtung seines Spruches, wonach die Stadt Stralsund dem Bischof von Schwerin und seiner Kirche gehöre und demselben zu huldigen und Treue zu schwören habe, über den Rath und die Gemeinde dieser Stadt verhängten Bann und Interdict binnen 6 Tagen nnd an allen Sonn- und Festtagen bis zu seinem Widerruf, unter namentlicher Anführung der Stralsunder Rathsherren (Bertrammnm de Tranemunde, Bernardnm de Dorpen, Thidemannm Luscum, Godfridum Lenzan, Johannem Cranz, Albertum Ruckut, Gherardum Langhedorpe, Conradum Voot, Johannem Wreen, Conradum Album, Bertoldum Album, Hermannum et Thidericum Papenhaghen, Hinricnm de Cyppeken, Johannem de Dorpen, Hinricum de Dalnitz et fratrem suum Hermannum Stenhaghen, Martinum Wokenstede, Martinum et Hinricum Calzowe fratres, Hiuricum de Lothen, Hinricum de Linghen, Johannem Sachtelenent, Petrum Rn°st, Godfridum de Wicken, Heysonem de Semelowe, Conradum Voghe, Seghefridum, Gherwinum Gu°dehanene et Gherwinum Starkowe, Enerhardum Hu°p, Conradum Papenhaghen, Nicolaum Rodehose et Wichmannum, consules, rectores et ciues einsdem opidi in Stralessnnt) in ihren Kirchen feierlich zu verkündigen. — Nach 4 Exemplaren (deren 2 noch das zu Nr. 5005 beschriebene Siegel des Decans Johann tragen) im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3069.

[5.] 1329, mensis Marcii die XVII., in opido Wysmaria. — Johann Tholner producirt vor Notar und Zeugen dem Bischof Johann von Schwerin seine Vollmacht vom 3. Febr. [1] und seine Appellation an den päpstlichen Stuhl [3], weigert sich aber, dem Bischof davon auf seine Kosten Abschriften zu geben: — coram venerabili in Christo patre domino Johanne episcopo Zwerinensi — —, presentibus dominis Helenberto canonico Lubicensi dicto Visbeke, Johanne rectore ecclesie in Parum, Zwerinensis dyocesis, et aliis plnribus fide dignis testibus —. — Nach dem Notariats-Instrument des Notars Johannes Poyterosa im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3076.

[6.] 1329, mensis Aprilis die VII°, Verden. — Johann, Decan zu Verden, bezeugt vor Notar und Zeugen, dass er dem Johann Tolner, Sachwalt der Stadt Stralsund, den von demselben in Folge seiner Appellation [s. oben 2, 3] am 8. März (feria quarta ante dominicam Inuocauit) zu Verden begehrten Dimissiorialbrief (apostolos) inuerhalb der gesetzlichen Frist zu geben versprochen und am 3. Tage vor dem Ablauf der Frist öffentlich vor Zeugen (domino Hinrico Keth[elhot] preposito sancti Andree Verdens., — —) ausgeboten habe, solcher aber nicht abgeholt sei. — Nach dem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Original des Notariats-Instruments, an dem noch 2 Zeugensiegel hangen. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3089.

[7.] A. M° CCC° XXIX°, die XVIII. mensis Augusti, Avignon. — Mag. Syfridus Ghisleri präsentirt sich dem Bischof Peter von Palestrina, Cardinal und Vicekanzler der römischen Kirche, als Sachwalt der Stadt Stralsund und meldet vorläufig während der Gerichtsferien seine Appellation an. — Notariats-Instrument des „Nicolaus dictus de Valle de Osterwic, clericus Leodiensis dyocesis“. — Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3081.

Digitized by Google

[8.] 1329, 18. Aug. (XV. kal. Septembris), Avignon. — Bertrand, Erzbischof von Embrun und Auditor der päpstlichen Audientia litterarum contradictarum, bezeugt, dass Mag. Syfridus Ghiseleri sich ihm als Anwalt der Stadt Stralsund präsentirt und seine zu verfolgende Appellation vorläufig während der Ferien angemeldet hat. — Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3082.

[9.] 1329, Octbr. 14 (II. idus Octobris), Avignon. — Bertrandus de sancto Genesio, Decan zu Angoulême (Engolismensis), päpstlicher Capellan und Auditor, bezeugt, dass Syfridus Giseleri ein päpstliches Commissorium an den Propst zu Greifswald, vom 2. Octbr. zu datiren, vorgeschlagen, der Sachwalt des Bischofs von Schwerin, M. Gerhard von Rostock, aber Einspruch gethan habe. — Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3083.

[10.] 1329, Octbr. 17 (XVI. kal. Novbr.), Avignon. — Bertrandus de sancto Genesio bezeugt, dass Syfridus Giseleri, durch eine Urkunde mit „sigillo consulum et vniuersitatis opidi Stralessundis" vom 9. Juni (fer. 6 post octauam ascensionis) 1329 als Sachwalt der Stadt Stralsund bevollmächtigt, ein vom 2. Octbr. zu datirendes päpstliches Commissorium an den Propst zu Greifswald vorgeschlagen, Mag. Gerardus de Roytstoc, Sachwalt des Bischofs von Schwerin, dem aber widersprochen, darauf Sifrid seiner Schwäche halber gebeten habe, sich einen Substituten bestellen zu dürfen, und nachdem ihm solches mit Zustimmung des gegnerischen Sachwalts freigestellt sei, Mag. Konrad v. Bremen und Konrad Scuuere sich substituirt habe. — Gleichzeitige Abschriften von 2 Ausfertigungen im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3085.

[11.] 1329, Novbr. 10 (IIII. idus Nouembris), Avignon. — Bertrandus de sancto Genesio etc. bezeugt, dass M. Konrad v. Bremen und Konrad Scuuere, als Sachwalte der Stadt Stralsund, und M. Gerhard v. Roytstock, als Sachwalt des Bischofs von Schwerin, sich über Köln als den künftigen Processort und auf M. Gerhards Vorschlag über die Decane zu St. Andreä, St. Severin und St. Georg als Richter geeinigt haben, worauf an diese folgender päpstlicher Brief gerichtet werde:

> Papst Johann XXII. beauftragt, auf wiederholte Appellation der Stadt Stralsund gegen die von dem Verdenschen Decan etc. in ihrem Hoheitsstreite mit dem Bischof von Schwerin gefällte Entscheidung (s. Nr. 5005), unter Zustimmung der beiderseitigen Sachwalte, die Decane zu St. Andreä, St. Severin und St. Georg zu Köln, die Parteien nach Köln zu laden und dort ihren Streit zu entscheiden. Datum Auinione, VI. nonas Octobris, pontificatus nostri anno XIIII.

— Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3086.

[12.] 1329, Novbr. 8, Avignon. Der Notar Petrus de Balneis bezeugt, dass der Procurator der Stadt Stralsund, Konrad von Bremen, von den päpstlichen Bullatoren das Commissorium an die Kölner Decane [11] ausgelöst hat. — Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3088.

Die Verhandlungen vor den Kölner Richtern s. 1330, Jan. 12.

1329. Febr. 3. Schönberg. 5028.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, leistet dem Rathe zu Lübek, nachdem dieser auf die Appellation an den päpstlichen Stuhl wegen der in Schönberg errichteten Gebäude verzichtet habe, auch seinerseits Verzicht auf etwanige ihm deshalb zustehende Klage bei dem Römischen Stuhl.

Marquardus dei gracia ecclesie Raceborgensis episcopus honorabilibus viris dominis .. consulibus Lubicensibus salutem et oraciones in Christo. Vestram

Digitized by Google

honestatem et discrecionem cupimus non latere, cum vos renunciaueritis appellacioni per vos propter edificia nostra in Sconenberghe constructa ad sedem apostolicam interiecte, quod nos omni actioni, si qua nobis in curia Romana contraria conpeteret uel conpetere quoquo modo posset causa et occasione dicte appellacionis et eiusdem renunciacionis, renunciamus penitus in hiis scriptis, volentes nuncios et procuratores nostros, quos in dicta curia Romana adhuc habemus, propter eandem appellacionem et eius reuocacionem, quam primum poterimus, cum effectu vnquam reuocare. Jn cuius euidenciam sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Datum Sconenberghe, anno domini M° CCC° vicesimo nono, in die beati Blasii episcopi et marthiris.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 455, aus „dem stark verlöschten Original, auf der Trese, mit anhängendem zerbröckelten, aber noch kenntlichen kleinen bischöflichen Siegel“. — Vgl. Nr. 4895 und 4896, Nr. 4935 und 1330, Jan. 26.

1329. Febr. 3. Güstrow. 5029.

Johann, Fürst von Werle, verleiht dem Ritter Hermann von Cramon das Patronat der Kirche zu Woserin.

In Cristi nomine. Amen. Nos Johannes dei gracia dominus de Werle omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Quoniam, vt verum est, acta hominum temporalia causis ex diuersis frustrarentur, si non scripturarum apicibus [e]t ydoneis testibus premunita viderentur: quam ob rem tam ad noticiam presencium, quam eciam futurorum affectamus lucide peruenire, quod propter nonnulla seruiciorum genera nobis per nostrum dilectum militem Hermannum de Cremůn sepius exhibita, pleno heredum nostrorum consensu postulato, habito quoque maturo super hoc nostrorum fidelium consilio, ipsi militi nostro, suis iustis omnibus et[iam] heredibus habitis et habendis ius patronatus ecclesie in Woserin cum suis mansis, pascuis, districtibus, iuribus, fructibus et libertatibus dedimus et donamus, ita quod dictus miles et omnes ipsius heredes, cuicumque voluerint, sine nostra et nostrorum successorum inpeticione qualibet de prefata ecclesia libere et licite suo tempore poterunt prouidere. Vt autem hec nostra donacio libera a nobis et nostris [heredibus] et successoribus maneat inconuulsa, presens ob hoc scriptum, nostro sigillo munitum, ipsi nostro militi Hermanno, suis et heredibus duximus amice conferendum. Cuius donacionis sunt testes: Johannes de Hauelbergh, Hinricus de Morin, Vicko de Lobek, Ghunter de Leuitzow, Luder de Desszin, Hinricus Nortmanni et Johannes, milites, Nicolaus de Lobek, famulus, et Johannes de Guzstrow, noster officialis, et quam

Digitized by Google

plures alii fide digni. Actum Guzstrow, per manum Eleri nostri notarii, sub anno domini millesimo triscentesimo vicesimo nono, in crastino purificacionis Marie virginis gloriose.

Nach einer um 1500 angefertigten Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin.

1329. Febr. 22. Wismar. 5030.

Peter Gruwel von Schulenbrok und seine Söhne verkaufen Hof und Hufen zu Schulenbrok an Johann und Arnold Witte zu Wismar.

Johannes et Arnoldus Witte emerunt de Petro Gruwel de Schulenbrok et filiis suis Vossone, Marquardo, Lvdekino, Petro et Nicolao curiam eorum sitam Schulenbrok et IIł mansum ad ipsam curiam pertinentes, quam ipsis pro se et omnibus aliis, quibus (!) intererat, resignauerunt et warandiam promiserunt annum et diem, integraliter ipsis, ut recognouerunt, persolutam. Et cum predictis warandiam promiserunt Ortmannus, Hermannus, Nicolaus et Bernardus fratres dicti Munt[1]. Cum hac empcione omnis controuersia orta inter dominum Thidericum de Soddrum et suos complices de quadam expignoracione, ex vna, et predictos de Schulenbrok, parte ex altera, est in omni amicicia sopita, terminata et finita. Scripta sunt hec anno domini M° CCC° XXIX., in die kathedre sancti Petri.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs. — [1] Hinter Munt standen Anfangs noch die Worte: Lvdekinus et eorum conuillani in Schulenbrok.

1329. Febr. 24. Cismar. 5031.

Das Kloster Cismar verkauft dem Lübeker Domherrn Johann van der Böken 9 Hufen zu Malchow auf Pöl, mit allem Gericht, vollem Eigenthum und Befreiung von allen Lasten, ausser der Bede und der Landwehr.

In dei nomine. Amen. Vniuersis presencia visuris seu audituris Johannes dei gracia abbas totusque conuentus monasterii in Cysmer, ordinis sancti Benedicti, Lubicensis dyocesis, salutem in domino sempiternam. Edax obliuio seriem rei geste forte prompte consumeret, nisi fideli scripture testimonio fideliter muniretur. Hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum nos pro empcione ville nostre Malchowe in terra Pole sexcentas marcas

Digitized by Google

minus viginti duabus marcis denariorum Lubicensium domino Johanni de Fago, canonico Lubicensi, legitime soluere teneremur, nec res mobiles haberemus commode distrahendas, vnde huiusmodi debitum solui posset, attendentes alienacionem ville infrascripte ecclesie nostre minus esse dampnosam, vocatis, qui fuerant euocandi, et presentibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tractatu diligenti et deliberacione prehabitis, accedente quoque consensu et auctoritate venerabilis patris domini nostri domini Hinrici episcopi Lubicensis, racionabiliter et rite vendidimus iure proprio et in perpetuum predicto domino Johanni de Fago, canonico Lubicensi, eiusque veris heredibus ementibus et recipientibus in predicta villa nostra Malchowe, sita in terra Pole, Lubicensis dyocesis, nouem mansos cum suis attinenciis, terminis et distinctionibus, quorum mansorum nunc colit Lubbe villicus tres mansos cum dimidio, Reymarus dimidium mansum, filia Hinrici de Golevisse vidua vnum mansum, Johannes Scultheti duos mansos, Petrus vnum mansum, vel quicunque dictos mansos coluerint in posterum, ita quod quilibet mansus dictorum mansorum soluit singulis annis in festo sancti Martini prefato domino Johanni ac suis veris heredibus, seu cuicunque ipse donauerit vel legauerit, decem modios siliginis quartali minus, viginti sex modios ordei, duo tremodia et vnum modium suene, vnum modium albe pise et quatuor solidos cum dimidio denariorum Lubicensium; item predictus Petrus vnum mansum, qui wlgariter nuncupatur teghethoue, soluentem decem modios siliginis quartali minus et vnum modium ordei, excepta decima domini . . episcopi Lubicensis, omnia uero predicta et singula cum modio ciuitatis Wysmarie nunc solito mensurando; et insuper quelibet domus seu casa tenebitur predicto emptori vnum pullum, qui rochon wlgariter nuncupatur. Hos autem mansos vendidimus prefatis emptoribus cum iudicio maiori, colli scilicet et manus, et minori ac iudiciis intermediis. Hec omnia et singula in eos transtulimus cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, viis et inviis, lignis, rubetis et nemoribus, aquis, riuis aquarumque decursibus, piscacionibus, cum proprietate, libertate, possessione et commoditate, necnon cum omni iure et vtilitate ac emolimentis, prouentibus et redditibus, prout predicta bona ad nos et ecclesiam nostram pertinuerunt et ea hactenus dinoscimur possedisse, cum ea eciam libertate, videlicet quod homines et coloni dictorum mansorum ad nulla onera, seruicia, prestaciones, donaciones, angarias aut vectigalia quecunque, neque ad borchwerc, neque ad bruggewerc, nec ad hospitalitates, nobili viro domino nostro domino . . Magnopolensi aut Bertoldo Preen, Vickoni de Stralendorpe, militibus, Heynoni, Nicolao et Hinrico fratribus dictis de Stralendorpe, Conrado, Bernardo et Reymaro de Plesse fratribus, communiter uel diuisim, quorum iuridicioni dicta terra Pole nunc subiecta est, aut eorum heredibus vel successoribus sint astricti. Nec expediciones sequentur; sed tantum, si hostilis necessitas ingruerit, ad defensionem terre simul cum aliis occurrere tenebuntur. Et precariam secundum communem

Digitized by Google

imposicionem, sicut per totam terram dominii . . Magnopolensis imposita fuerit, exsoluent infra quindenam, postquam eis fuerit nunciata. Preterea, si, quod absit, generale vel speciale edictum propter caristiam vel gwerram vel ex alia causa quacunque fieri contigerit de blado seu annona de terra non educenda, nichilominus tamen Johannes prefatus ac sui heredes et successores annonam de predictis mansis eis debitam libere deducere poterunt per terras siue per aquas, quandocunque et vbicunque eis videbitur expedire. Hec igitur bona predictis emptoribus eorumque successoribus vendidimus, cessimus et tradidimus ad habendum, tenendum et possidendum et, quidquid eis placuerit, perpetuo faciendum, et hoc pro precio sexcentarum marcarum minus viginti duabus marcis denariorum Lubicensium pecunie numerate. Quam quidem pecuniam nos recognoscimus integraliter habuisse ac recepisse et in solucionem predicti debiti conuertisse, excepcioni non date, non solute, non habite ac non numerate pecunie et in solucionem predicti debiti non conuerse et omni alteri iuris et facti auxilio renunciantes omnino. Promittimus insuper sollempniter pro nobis nostrisque successoribus vniuersis dicto Johanni et suis veris heredibus pro se stipulantibus ea tam in proprietate quam in possessione cum omnibus iuribus et libertatibus ac condicionibus suprascriptis ab omni persona, volente eos super premissis omnibus uel earum parte impetere vel in iudicio conuenire, legitime defendere, auctorizare siue warandare et expedire, prout de iure et conswetudine terre tenemur, nostris propriis laboribus et expensis vacuamque possessionem eis tradere et ipsos in possessione facere pociores. Hec omnia et singula supra-scripta promittimus perpetuo firma, grata et rata habere et tenere, obseruare et adimplere nec contra facere vel venire aliqua racione uel causa de iure uel de facto. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligamus nos et monasterium nostrum, renunciantes excepcioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum, in factum actioni, condicioni sine causa et omni alteri iuris et facti auxilio, per quod contra premissa vel eorum quodlibet nos possemus defendere quomodolibet vel tueri. In cuius rei testimonium predictus venerabilis pater et dominus noster Hinricus episcopus Lubicensis sigillum suum, et nos . . abbas et conuentus sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Et nos Hinricus dei gracia episcopus Lubicensis, quia premisse alienacioni consensimus et ei auctoritatem dedimus ex causa superius expressa, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum in Cysmer, anno domini M° CCC° XXIX°, in die beati Mathye apostoli, presentibus et consensientibus: Johanne priore, Arnoldo Caluo, Johanne de Verda, Johanne de Lubeke, Arnoldo, Marquardo de Wyrinchusen, Ludero Albo, Hermanno de Calchorst, Johanne de Kylone, Heynone Wosseken, Bernardo, Johanne Vorraat cellerario, Hermanno Sapiente, Gotfrido, Johanne Sperlinc, Rotghero, Hermanno Laschen, Brvnone Albo, propter hoc, ut mos est, specialiter in capitulo congregatis.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen 3 Siegel:

1) an gelben seidenen Fäden das zu Nr. 4343 beschriebene parabolische Siegel des Bischofs Heinrich von Lübek (ohne Rücksiegel);

2) an rothen seidenen Fäden ein parabolisches Siegel, gleich dem zu Leverkus, Urk.-Buch des Bisthums Lübek I, Taf. IV, abgebildeten Siegel des Abts Herbord, doch mit der Umschrift:

S' ◦ IOhĪS ◦ ABBĪS ◦ SC̄I ◦ IOhĪS ◦ CW̄C ◦ IN ◦ CYSM'

3) an grünen seidenen Fäden das zu Nr. 4343 beschriebene Cismarsche Conventssiegel.

— Gedruckt bei Leverkus, Urk.-Buch des Bisthums Lübek I, S. 682, aus der Original-Confirmation vom 17. März 1329. — Vgl. 1329, März 1 und März 17, auch 1338, März 22.

1329. Febr. 25. Zarrentin. 5032.

Das Kloster Zarrentin nimmt Heinrich Page und dessen Ehefrau Grete als Conversen an.

Vniuersis presens scriptum cernentibus nos Berta abbatissa et totus conuentus sanctimonialium in Cernentyn. Notum facimus vniuersis, quod nos de maturo consilio et diligenti deliberatione prehabita recepimus discretum virum Hinricum dictum Paghen pure propter deum in nostrum confratrem et conuersum et vxorem eius dictam Grethen in nostram sororem, tali tamen condicione interposita, quod dictus Hinricus Paghe cum vxore sua Grethen apud nos in curia nostra Cernentyn in nostris expensis perpetuis temporibus permanebunt, et qualiacunque officia eis per abbatissam et per procuratorem curie, qui pro tempore fuerint, custodienda seu regenda committuntur, cum omni diligentia fideliter pro peccatis suis custodire debebunt. Jnsuper licenciamus dicte sorori nostre Grethen, quod, quamdiu vixerit dictus Hinricus Paghe, maritus eius, potest vti vestibus, quibus hactenus vsa est; dictis vero vestibus pre vetustate consumptis et abiectis, extunc vti debet vestibus vni (!) coloris. Mortuo vero marito eius Hinrico, dicta Grethe grisea toga et tunica per abbatissam et per procuratorem curie in proximo mense immediate sequenti de bonis curie singulis annis, quando necessitas requirit, vestietur, et necessaria vite sue per dictum procuratorem, qui pro tempore fuerit, donec de medio sublata fuerit, ministrentur. Sepedictus vero Hinricus Paghe singulis annis bona grisea tunica clausa, tanquam frater et conuersus, duobus vero annis semper finitis immediate grisea toga per sepedictum procuratorem curie vestietur. Dictus vero Hinricus Paghe, vxore sua mortua, obedienciam faciet abbatisse. Et nos abbatissa in dicta nostra curia Cernentyn de vna domo vel vna bona camera, in qua sepefatus Hinricus cum vxore sua Greten commode viuere poterunt, prouidebimus expedite. Si uero sepefata Grethe prius quam maritus eius moreretur, tunc statim ea mortua et defuncta dictus Hinricus per abbatissam et conuentum nostrum, sicut alius conuersus, tonsura debita et cappa

Digitized by Google

vestietur. Nos vero Berta abbatissa et totus conuentus licenciauimus et licenciamus sepedicte Grethen pro suis laboribus et vt diligentius respiciat ad illa, que sibi sunt commissa, singulis annis diebus sue vite duos porcos de allodio nostre curie, valentes vnam marcam, ad supplementum prebende sue. Hinrico vero mortuo et vxore eius Grethen defuncta, statim nomina eorum in nostro calendario scribentur et memoria eorum apud nostrum conuentum in missis, vigiliis et oracionibus cum aliis nostris fratribus et sororibus perpetuis temporibus peragetur. Jnsuper recognoscimus in hiis scriptis, quod dictus Hinricus Paghe et vxor eius Grethe in auena, ordeo, equis, pecoribus, ouibus et porcis in estimacione XXX^{a} marcarum nobis pure propter deum obtulerunt. Vt autem omnia premissa in omnibus suis articulis firmum robur optineant, constituimus sepefato Hinrico Paghen et vxori eius Grethen in fideiussores strennuos milites, scilicet dominos Wipertum, Johannem, Volradum et Burgardum fratres dictos de Lutzowe, et Wypertum de Scartzyn, militem, qui in solidum et coniuncta manu dictis Hinrico et Grethen in hiis scriptis promiserunt et presentem litteram nobiscum rogati sigillabunt. Jn cuius rei testimonium sigillum conuentus nostri presentibus est appensum. Et nos Wipertus, Johannes, Volradus et Burgardus fratres, milites dicti de Lutzowe, et Wypertus de Scartzyn, per abbatissam et rogati et moniti, promittimus Hinrico Paghen et vxori eius Grethen in solidum et coniuncta manu et eciam ad instanciam tocius conuentus, ita quod, si aliquis articulus de hiis omnibus conscriptis eis per abbatissam vel conuentum seu per procuratorem curie non seruaretur, quod absit, extunc XXX^{a} marcas, quas pure propter deum conuentui obtulerunt, eisdem vel vni saltim ipsorum, si quis ipsorum supervixerit, reddere et soluere debebunt expedite. Jn maiorem euidenciam sigilla nostra vna cum sigillo conuentus presentibus sunt annexa. Datum Cernentyn, sub anno domini M°CCC° vicesimo nono, in crastino beati Mathie apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An sechs Pergamentstreifen hangen folgende sechs Siegel:

1) das parabolische Siegel der Aebtissin von Zarrentin, beschrieben in Bd. V, zu Nr. 3303; Umschrift:

[✠ S'.] ꟻBBAⱯ[TISSΘ] DЄ . TSΘRNΘTIN

2) das zu Nr. 4048 abgebildete Siegel des Ritters Wiperl von Lützow;

3) ein gleiches Siegel; Umschrift:

✠ . S' . IO...ЯIS . DЄ LVSOWЄ ŒIL..IS .

4) ein gleiches Siegel; Umschrift:

.....RꟻDI ✲ LVSZOWЄ .....

5) ein gleiches Siegel; Umschrift:

.....ChꟻRDI L.....

6) ein schildförmiges Siegel mit 4 Querbalken auf schraffirtem Schilde; Umschrift:

✠ . S' FRΘDΘRIGI . D' . SΘꟻRZIN . MILITIS .

Digitized by Google

Wir sehen hier also statt Wiperts wieder Friedrich von Schossins Siegel angehängt; doch ist dieses ein anderes als das an Nr. 4778 hangende.

1329. März 1. Cismar. 5033.

Das Kloster Cismar verkauft an das Dom-Capitel zu Lübek 9 Hufen und gewisse Hebungen von 3 Hufen zu Vorwerk, sowie 7 Hufen und einige Wiesen zu Malchow auf Pöl, mit Gerichten, vollem Eigenthum und Befreiung von allen Lasten, mit Ausnahme der Bede und der Landwehr.

In dei nomine. Amen. Vniuersis presencia visuris Johannes dei gracia abbas totusque conuentus in Cysmer, ordinis sancti Benedicti, Lubicensis dyocesis, salutem in domino sempiternam. Notum esse cupimus, quod, cum greui essemus onere debitorum oppressi, nec haberemus mobilia, de quibus huiusmodi debita solueremus, vocatis ad certum terminum, qui vocandi erant, et eos insimul in capitulo nostro congregatis, diligenti tractatu prehabito, licencia et auctoritate venerabilis patris domini Hinrici episcopi Lubicensis accedente, cum aliunde commodius et minori dispendio soluere debita non possemus, vendidimus, tradidimus et cessimus iure proprio et in perpetuum honorabilibus viris dominis preposito, decano et capitulo ecclesie Lubicensis, nomine ipsius ecclesie seu capituli ementibus et recipientibus, in villa Vorwerch, sita in terra Poele, nouem mansos, quorum duos tenet et colit Johannes Buk et de quolibet soluit annis singulis viginti octo modios siliginis, totidem modios ordei et sex tremodia auene quatuor modiis minus; item Radolfus Seleghe habet vnum mansum minus dimidio quartali, de quo soluit quolibet anno viginti quatuor modios cum dimidio siliginis, totidem modios ordei et quinque tremodia auene dimidio modio minus; item vidua habet vnum mansum et quartale, de quo soluit annuatim triginta quinque modios siliginis, totidem modios ordei et septem tremodia auene cum vno modio; item Marquardus Buk habet duos mansos, quorum quilibet soluit viginti octo modios siliginis, tantumdem ordei et sex tremodia auene quatuor modiis minus; item Puscowe habet vnum mansum, soluentem annuatim viginti octo modios siliginis, tantumdem ordei et sex tremodia auene quatuor modiis minus; Johannes Seleghe habet vnum mansum minus dimidio quartali, de quo soluit annuatim viginti quatuor et dimidium modium siliginis, totidem ordei et quinque tremodia auene dimidio modio minus; Nicolaus Kale colit vnum mansum, soluentem annis singulis viginti octo modios siliginis, tantumdem ordei et sex tremodia auene quatuor modiis minus. Preterea vendidimus predictis emptoribus in duobus mansis, pertinentibus dominis Eghardo et Dethleuo militibus dictis Neghendanke cum iudicio duodecim solidorum dicte ville, quosdam redditus speciales, in vno videlicet manso, quem

Digitized by Google

colit Johannes Buk supradictus, duos modios siliginis, duos modios ordei et octo modios auene, item in alio manso, quem colit Went, duos modios siliginis, duos modios ordei et octo modios auene. Jtem paruus Marquardus habet vnum mansum, qui soluit duos modios siliginis, duos modios ordei et viginti modios auene. Et hos quidem mansos vendidimus ecclesie et capitulo Lubicensi cum iudicio maiori, colli scilicet et manus, et aliis iudiciis mediis et inferioribus, preter iudicium duodecim solidorum, vt expressum est superius, quod pertinet ad milites supradictos. Jnsuper vendidimus prefatis . . preposito, decano et capitulo ecclesie Lubicensis in villa Malchowe, in eadem terra Poele sita, septem mansos, quorum vnum colit Hinricus de Weytendorpe, de quo soluit annis singulis decem modios siliginis quarta parte modii minus, item viginti sex modios ordei, viginti quinque modios auene, vnum modium pise albe et quatuor solidos cum dimidio Lubicensium denariorum; item alium mansum colit Hasso Stroborch, qui similiter soluit decem modios siliginis quarta parte modii minus, viginti sex modios ordei, viginti quinque modios auene, vnum modium pise albe et quatuor solidos cum dimidio Lubicensium denariorum et vnum pullum; item tercium mansum colit Bertoldus Schulteti, soluentem annuatim vnam lastam annone trifarie equaliter distincte, et est situs iste mansus extra limites et distinctiones aliorum mansorum istius ville, extendens se ad agrum schulteti, et tenetur cultor predicti mansi racione ipsius vel delicti in eo commissi aut pensionis de eo non solute in villa Malchowe ad iudicium venire et ibidem iuri stare; item quartum mansum, qui nuncupatur teghethoue, quem colit Johannes de Golevisse, soluit decem modios siliginis quarta parte modii minus, vnum modium ordei et vnum modium auene; quintum mansum colit idem Johannes Goleuisse, sextum colit Hasso Stroborch prefatus, septimum mansum colit Hinricus de Weytendorpe supradictus, et hii tres mansi soluunt quatuor lastas annone trifarie, siliginis, ordei et auene equaliter a quolibet colono sumende. Jtem vendidimus specialiter quedam prata in terminis predicte ville Malchowe situata cum omni iure et iudicio maiori, colli scilicet et manus, medio et minori in septem mansis superius prenotatis et distinctis. Et hos quidem mansos, prata et redditus, iuridiciones et iura, ut premittitur, nos abbas et conuentus vendidimus dominis canonicis antedictis et transferimus in capitulum et ecclesiam Lubicensem cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, viis et inviis, lignis, rubetis et nemoribus, aquis, riuis aquarumque decursibus, piscacionibus, cum proprietate et libertate, possessione et commoditate, necnon cum omni iure et vtilitate ac emolumentis, prouentibus et redditibus, prout bona predicta ad nos et nostrum monasterium pertinuerunt et per nos habita sunt hactenus et possessa, et nichilominus cum ea libertate, ut homines et coloni dictarum villarum et mansorum ad nulla onera, seruicia, prestaciones, donaciones, angarias aut vectigalia quecunque, neque ad borchwerc, neque ad bruggewerk, nec ad hospitalitates, nobili viro domino nostro

Digitized by Google

domino Magnopolensi aut Bertoldo Preen, Vickoni de Stralendorpe, militibus, Conrado, Bernardo et Reymaro de Plesse fratribus, Heynoni, Nicolao ac Hinrico fratribus dictis de Stralendorpe communiter uel diuisim, quorum iuridicioni dicta terra Poele nunc subiecta est, aut eorum heredibus vel successoribus sint astricti. Nec expediciones sequentur; sed tantum, si hostilis necessitas ingruerit, ad defensionem terre simul cum aliis occurrere tenebuntur. Precariam eciam secundum communem imposicionem, sicut per totam terram dominii Magnopolensis imposita fuerit, exsoluent infra quindenam, postquam eis fuerit nunciata. Preterea, si, quod absit, generale uel speciale edictum propter caristiam siue gwerram vel ex alia causa quacumque fieri contigerit de blado seu annona de terra non educenda, nichilominus tamen nuncii capituli Lubicensis annonam eis debitam libere deducere poterunt per terras siue per aquas, quandocunque et vbicunque eis videbitur expedire. Hec igitur bona predictis dominis canonicis, capitulo et ecclesie Lubicensi vendidimus, cessimus et tradidimus ad habendum, tenendum et possidendum et, quidquid eis placuerit, perpetuo faciendum, et hoc pro precio mille octingentarum et quinquaginta quinque marcarum denariorum Lubicensium pecunie numerate; quam quidem pecuniam nos recognoscimus integraliter habuisse et recepisse ac in solucionem debitorum nostri monasterii conuertisse, excepcioni non date, non solute, non habite ac non numerate pecunie et in solucionem debitorum nostri monasterii non conuerse et omni alteri iuris et facti auxilio renunciantes omnino. Promittimus insuper sollempniter pro nobis nostrisque successoribus vniuersis prefatis canonicis, pro se ac nomine capituli seu ecclesie stipulantibus, ea tam in proprietate quam in possessione cum omnibus iuribus et libertatibus ac condicionibus suprascriptis ab omni persona, volente eos super premissis omnibus vel earum parte impetere vel in iudicio conuenire, legitime defendere, auctorizare siue warandare et expedire, prout de iure et consuetudine terre tenemur, nostris propriis laboribus et expensis vacuamque possessionem eis tradere et ipsos in possessione facere pociores. Hec omnia et singula supradicta promittimus perpetuo firma, grata et rata habere et tenere, obseruare et adimplere nec contra facere uel venire aliqua racione vel causa de iure uel de facto. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligamus nos et monasterium nostrum, renunciantes excepcioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum, in factum actioni, condicioni sine causa et omni alteri iuris et facti auxilio, per quod contra premissa uel eorum quodlibet nos possemus defendere quomodolibet vel tueri. Datum et actum Cysmer, anno domini M° CCC° XXIX°, feria quarta proxima post festum beati Mathye apostoli, presentibus et consentientibus: Johanne priore, Arnoldo seniore, Johanne de Verda, Johanne de Lubeke, Hermanno Sapiente, Marquardo de Wyrinchusen, Ludolfo Albo, Hermanno de Calchorst, Johanne de Kylone, Heynone Wosseken, Johanne Vorraat, Bernardo, Rotghero, Hermanno Laschen, Brvnone Albo, propter hoc, ut moris est, specialiter in

Digitized by Google

capitulo congregatis. Jn cuius rei testimonium predictus venerabilis pater et dominus noster Hinricus episcopus Lubicensis sigillum suum, et nos abbas et conventus sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Et nos Hinricus dei gracia episcopus Lubicensis, quia premisse alienacioni consensimus et ei auctoritatem dedimus ex causa superius expressa, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen dieselben 3 Siegel, wie an der Urkunde Nr. 5031; jedoch trägt das Siegel des Bischofs auch das Rücksiegel. — Gedruckt bei Leverkus, Urk.-Buch des Bisthums Lübek I, S. 684, aus einer andern Originalausfertigung. — Vgl. Nr. 5031 und 1329, März 17.

1329. (Zwischen März 7 und April 16. Ribnitz.) 5034.

Dietrich, Custos zu Lübek, zahlt dem Pfarrer Werner von Axekow zu Ribnitz wegen der Aufrichtung des Clarenklosters daselbst 40 Mk., und er und der Ordensminister von Sachsen vergleichen sich mit dem Rath der Stadt Ribnitz über die Verhältnisse des Klosters zur Stadt.

Der Wortlaut der Verhandlungen, und namentlich auch des Vertrages, liegt uns nicht mehr vor; allem Anschein nach kannte aber Slagghert noch das Notariatsinstrument selbst (welches im Original oder in einer Stadtbuch-Abschrift zu seiner Zeit noch in den Händen des Ribnitzer Rathes gewesen sein mag). Wir theilen Slaggherts Bericht (nach der Abschrift des Haupt-Archivs) hier mit:

„De rat tho Ribbenitz, do se horden den doth eres heren (s. Nr. 5023), frouden syck vnd seden: Nu sint de patrone desses closters ghestoruen vnd de rechten erven, de kindere, vnmündych, so dat se nicht konen ofte mogen den wyllen erer olderen vullen bringen. Hirvmme nu de rath wurt bewagen dorch heteskeyt nicht lange darna, in deme vastelauende [März 7, 1329], in nachtslapener tydt hebben dorch ere dener vnd knechte der stadt laten nedderwerpen de 11 kameren priuaten, de ghebuwet weren auer de stadtmuren, vnd thobreken, de doch dorch vulborth vnd bewyllinghe here Hinrickes van Mekelenborch vnd des rades tho Ribbenitze weren ghebuwet worden. — De byscop myt den dumheren tho Zwerin sampt myt den cleriken vnd adel des landes, dartho de rat tho Ribbenitz vnd ander stede vmme lanck her hebben alle dorch heteskheyt desse arme stede der süsteren vorvolghet. Besünderghen hauen alle desse vorbestemmet her Werner Axcow, ein kerckhere tho Ribbenitz, heft nicht allene begheret scaden tho dunde deme clostere, men ock broder Diderick, den scaffer, dorch haet vnd nyt berüchtigen vnd schande vnd laster em auer tho dychtende, des he em nyt warheyt nicht mochte auerbringen. Ok de sülne kerckhere, her Werner, heft den vorbestemmeden broder Diderick dorch syck vnd sine fründe des adels dorch ghewalt dwungen em tho geuen XL mark, vp dat he ene lete vnbeswaret vnd ock dat closter."

„De eddele rat des heren vnd vormundere der kindere vnd iunghen heren [der Fürsten Albrecht und Johann], so se horden, dat broder Diderick vnd de stede des closters so wurt vorvolghet vnd nenen frede mochten hebben, so en nn dat closter van here Hinrick tho Mekelenborch myt broder Diderick was bonalen, sint se ghekamen tho Ribbenitz vnde hebben vor syck laten esken den kerkheren myt sinen fründen vnd den rat der stadt vnd en vorgegeuen den wyllen eres landesheren vnd sin bevel, dat se mochten in frede ane beswarunge laten blinen de stede des closters vnd broder Diderick, so se dat in deme lenende eres landesheren alle hadden bewillet nach vthwysinghe des breues here Hinricks. So se denne dat sülne nicht wolden doen vnd afstellen, scholen se dat weten, dat se alle er gudt, wolfart vnd leuent darvmme wolden vthsetten vnd vorteren."

Digitized by Google

„Hirna broder Diderick beredde sick vnd de stede des closters dartho, dat mochten inghehalet werden de süsteren ordens sünte Claren in thokamen tyden. Dat sülne de rat tho Ribbenitz vornam, vnd wolden dat noch vorhinderen, wo se konden vnd mochten. Jd scagh vp ene tydt, dat de minister van Sassen, broder Werner van Ribbenitz ghenomet, quam myt anderen erwerdighen vederen vor dat dor tho Ribbenitze. Densülnen myt sinen vederen vnd brodderen se nicht wolden in de stat laten, sünder de vader minister vnd de(n) koster van Lübke scholden en lauen tho genen szegel vnd breff na erem wyllen. Jd ys gheschen, dat de vader minister vnd de custos sint inghelaten, vp dat se thosamen mochten reden vp deme rathusse vnde enen ende maken myt deme rade. Dar süluest ys gheschen, dat des rades scriuer vnde notarius heft enen breff gheleesen, den süluest he vth des rades munde vnd er bevel hedde gescrenen. Na lude des süluesten breues se begehrden van deme vader minister enen breff vorszegelt vnd van deme koster."

„De breff heft in syck desze articel:

Jtem, dat de minister ofte yenich broder des ordens nich scholde den rat vorclagen in ghenichte dorvmme, se de 11 kameren priuaten hedden dorch ere knechte laten brecken vnd in den grauen der stadt werpen laten.

Jtem: so eyn testament deme closter ofte denen persohnen des closters ghegeuen wurde, dat sülue testament nene macht scholde hebben, sünder de rat myt den rechten eruen dat sülue bewylleden.

(Welker ys iegen de frygheyt der hilghen kercken.)

Jtem: so erlyke erfgudt ofte acker deme closter in testament wurde gegeuen, den sülueu acker se dem rade ofte bynnen der stadt Ribbenitz bynnen eyn verndel iares (se) scholden vorkopen.

Jtem, dat se ere gůdere in deme Lübesken rechte scholden holden.

Jtem, so wol van deme ghesinde des closters bynnen der stadt Ribbenitz wurde ghelagen, vorweldet ofte böslyken ghehandelt, dat sülue me vor den rat tho Ribbenitz erst scholde beclagen vnd bidden vmme recht.

An deme ende des breues so was gescreuen:

So deme rade desse breff myt sinen articelen wert gheholden, willen se ock holden alle, dat se deme closter hebben thogesecht, dat closter vort tho setten vnd helpen myt worden vnd myt den werken in allen rechuerdygen saken etc."

„De vader minister vnd de koster van Lübeck dachten in syck vnd ratslageden thosamen, dat desze breff en gans swar were tho bewyllen vnd vulborth dartho genen vnd sülk eyn tho vorsegelen myt eren sigyln. Noch denne, vp dat sülk eyn grot gut vnde geystlyck auheuent nicht mochte vorhindert werden vnd enen guden wortganck hebben, se most[en] deme rade den breff also vorsegelen dorch ghewalt, vp dat se myt den vederen vnd brodereu mochten in de stat gelaten werden vnd nicht mochten siu eyn spot der lude vor deme doer."

Hieran schliesst Slagghert den Bericht über die Einführung des Convents zu Ribnitz am Palmsonntage 1329. S. unten 1329, April 16.

1329. März 13. 5035.

Konrad, Domdechant zu Magdeburg, als durch die päpstliche Bulle vom 14. Juli 1318 (Nr. 3996) zum Conservator des Klosters Doberan verordnet, subdelegirt den Propst zu Güstrow und den Thesaurarius zu Lübek.

Erhalten ist diese Urkunde mit dem Datum: „anno domini M°CCC°XXIX°, in crastino beati Gregorii pape" in einem (im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten) Notariatsinstrumente des Alucricus de Tymbeke, cleriens Bremensis dyocesis, p. a. i. notarius, vom 5. Mai 1329, an welchem Tage das Original von dem Doberaner Sachwalt, dem „Magister Johannes Withinch, rector scolarium apud sanctum Nycolaum in Lubeke," vor „Mag. Joh. Bulen, thesaurario ecclesie Lubicensis," producirt ward.

Digitized by Google

1329. März 14. 5036.

Heinrich, Graf von Schwerin, entscheidet einen Streit des Domthesaurarius Heinrich von Bülow mit 2 Vasallen wegen der Gerechtigkeiten von 1½ Hufen zu Wandrum, welche dem Schweriner Dom gehören, zu dessen Gunsten.

Noverint universi, quod, cum inter dominum Henricum Bulowe, thezaurarium ecclesie Zwerinensis, actorem, parte ex una, nomine ecclesie sue, et inter quosdam vasallos nostros, videlicet Rosenhagen et swager[um] suum Boltonem[1], parte ex altera, coram nobis domino Henrico comite Zwerinensi orta fu[er]it materia questionis, s[cilicet][2] quale ius ad alterum dimidium mansum in villa Wanderen, qui mansus cum dimidio spectat ad thesaurarium et ecclesiam Zwerinensem, pertine[re]t, nos in iudicio presidentes, assumptis nobis vasallis nostris et consulibus civitatis nostre Zwerinensis similiter, in iudicio decrevimus, dictum alterum dimidium mansum ad dictum thezaurarium cum omni iure seu pascuis, pratis, lignis, viis seu inviis, aquis aquarumqve decursibus et iudicio pertinere. Datum et actum anno domini M. CCC. XXIX., feria tercia post Jnvocavit, nostro sub sigillo.

Nach der Ausführl. Betrachtung über die Gemeinschafts- und Contributions-Verfassung v. 1751, Beyl. Nr. 193, gedr. bei Franck VI, S. 106 (²seu); Schröder, P. M. S. 1088 (mit dem Fehler: ¹tollentem st. Boltonem, wie Franck und Clandrian den Namen richtig geben). Clandrian verzeichnet dies Original im Protoc. 184ª mit der Bemerkung: „Das Sigil ist hieuon ab."

1329. März 17. Wismar. 5037.

Berthold Preen, Vicke von Stralendorf, Ritter, Konrad, Bernhard und Reimar Gebrüder von Plessen und Heino, Nicolaus und Heinrich Gebrüder von Stralendorf, Knappen, bestätigen, als dermalige Herren des Landes Pöl, den Verkauf aus den Dörfern Vorwerk und Malchow von Seiten des Klosters Cismar an das Lübeker Dom-Capitel.

Uniuersis presencia visuris seu audituris Bertoldus Preen, Vicko de Stralendorpe, milites, Conradus, Bernardus et Reymarus fratres dicti de Plesse, Heyno, Nicolaus et Hinricus fratres dicti de Stralendorpe, famuli, salutem in domino ac rei geste agnoscere veritatem. Cum dudum nobilis vir dominus noster dominus Hinricus Magnopolensis et Stargardensis dominus pie recordacionis pro iusto debito per nos et quorundam nostrum progenitores nomine et mandato ipsius contracto et in vsus suos consumpto terram in Pole vna cum duabus villis Vorwerch et Malchowe cum omni iure, iudicio, dominio, proprietate, libertate et vtilitate nobis vendidisset ac in solutum dedisset, in nos et heredes nostros

Digitized by Google

Versus Wolken contra dominum de Werle per dominos Rodekoghelen, Krøpelinum et Martinum XX s. in vigilia[3] sancti Jacobi.

Berkhane sustulit redditus suos de festo Michaelis. Notarius noster de festo Michaelis VIII s. Nuncio versus Rigam XXX m. Versus Rozstok XIX s. per dominos Kropelin et Eghardum Walmerstorp ex parte ciuitatis. Ex parte domini nostri versus Sowane I m. per Johannem Kalsowe et Johannem Wisen. Ex parte domini nostri versus Rozstok per Eghardum Walmerstorp et Ludolfum de Mølne XXIIII s. Domino Syphusen IIℓ marcam cum sigillo domicelli nostri ducendo versus Marchiam circa Michaelis. Buxtehuden ante valuam Haroldi de Michaelis X s. Domino Rodekoghelen versus domicellum nostrum XXIIII s., cum restrueret dominus Hardenakke municionem suam. Domine Wendelen apud fratres I m. de Michaelis. Marquardo I m. Heynen Scvtten XXIIII s. Bernardo suos redditus. Notario nostro III m. Valuatori value Magnopolensis X s. Circa

Digitized by Google

Michaelis dominus Rodekoghele versus Rozstok I m. Domino Kropelin et Wentorp ad comitem XXIX s. Domicellus noster consumpsit in tribus comestionibus ℔ m^{e} Dyonisii[4].

Domino Eghardo Walmerstorp XXXVIII m. de turri. Domino Krøpelino XXXII℔ m^{e} de turri. Bernardo Kriwitz XXVI m. de turri, vnam marcam sustulit inde dominus Wyse de sespite. Domino Martino Strømekendorp XXXV m. de turri, de quibus adhuc habebit duas m. et VI s.[4] et Hermannus Rikelant III m. habere debet et dominus Rikquerstorp habebit XII℔ m^{e}, de quibus sustulit III m^{e}[2]. Domino Vikken Stralendorp XLVII m., de quibus sustulit IIII m. minus II s., et dominus Hinricus Rikquerstorp habebit XLIII m., de quibus sustulit XIII m. Domino Hinrico Rikquerstorp XLV m. Domino Johanni Kalsowen LXVI m. de turri et de domo.

Domine Johanne de Klvtze III m. Lubicenses. Hinrico notario de natiuitate Cristi I m. Marquardo de eodem termino suos redditus. Dominus Hinricus Klumpsiluer sustulit de redditibus dominarum de Godebutz XIX s. et II d. Domino Salis XV m. slau. [4]Domino Gherardo Tribbeses II m. Boghenere VIII m. Meynekino de Soode XII m.[2] Pro tunicis famulorum V℔ m^{e}. Domino Johanni Kalsowen III m. ex parte domini Martini. Vicken Kortenakken XVIII℔ m^{m} ex parte domini Ludolfi de Mølne. Dominus Wentorp ad comitem X s. Dominus Johannes Kalsowe disbrigabit V m. pro pane datas reuerso domino Martino. Domino Kadowen versus Flandriam XLVIII m. Dominis de Rozstok versus Rigam XXX℔ m^{m} II s. Domicello nostro II pannos pro XX m. Fabro XXVII s. de curia domini nostri. Per Ludolfum de Mølne et Kadowen versus Rozstok XXI s. Fratri Johanni de Klvtze II m.

Redditus dati Lubicensibus Michaelis. Domino Gherardo Tribbeses LX m.; quinque m. Lub. anno futuro habebimus de suis redditibus. Boghenero XXX m. Meynekino de Soode XII m. Gherardo de Bokholte et suo fratri de festo Martini X m. Lub., quas sustulit Johannes Mule. Domino Hermanno Klendest LIX m. de vltimis suis redditibus retentis et de aliis; sic totos suos habet retentos redditus. Johanni Hoolt XXX m. Lub. Pueris domini de Bokholte X m. pasche[5], quas sustulit Petrus Kremere.

Relicte vxori Daligendorpes V m. Aduocato nostro in Schanore VI m. Magistro Ywano XX m. pro sallario. Dominus Hinricus Klumpsiluer sustulit XIX s. et II℔ denarios pro dominabus de Godebutz de natiuitate Cristi. Hincekinus sustulit VI s. de pascha. Predicatoribus pro domo laterum XXX m. Relicte Hinrici Vrowenborch XL m. Wokkemanno LX m. Arnoldo Wildeshusen quinque m. Pro speciebus III m. Schrapetroghe X s. Magistro Alberto IIII m. Dominus Kropelin, Martinus et Kalsowe versus Rostok ad iudicandum per dominum Johannem de Bylowe et vltra ad placita cum domino de Werle Letare[6] VI m. Pro ambulatore empto per dominos Martinum et Kalsowen XV m. Lub. Domino

Digitized by Google

Ludolfo de Mølne XVI m. ad emendum strumulum. Feria quinta[7] ante palmas versus dominum de Werle ex parte domicelli nostri VI m. domini Kropelin et Martinus. Kalen Petro XX s. Feria quinta[8] post Quasimodogeniti IIII m. versus dominum de Werle ex parte domini nostri per dominos Krøpelin et Martinum in Ruchowe ex parte domini nostri. Sabbato[9] ante Quasimodogeniti domini Rodekoghele et Martinus ad dominum Johannem de Bylowe XX s. ex parte domini nostri. Hillen Gropengheterschen XXIIII s. de natiuitate Cristi et de pascha. Die Walburgis[10] versus dominum de Werle domini Kropelin et Martinus VI m. ex parte domini nostri. Domino Jacobo de Godebutz II m. slau. de pascha ex parte dominarum de Godebutz. Daligendorpeschen V m. de pascha. Fabris XX m. Dominus Rabode ad..... camere XV m.

Nach dem zu Nr. 4724 beschriebenen Wismarschen Kämmerei-Register 1326 — 1336. ([1]—[2] getilgte Sätze; [3]Juli 24; [4]Octbr. 9; [5]1330, April 8; [6]März 18; [7]März 29; [8]April 19; [9]April 14; [10]Mai 1.)

1329. Juni 5. Duzow. 5060.

Heinrich, Graf von Schwerin, und die Vormundschaft des Fürsten Albrecht von Meklenburg schliessen mit den Herzogen Erich und Albrecht von Lauenburg ein Landfriedensbündniss auf vier Jahre.

Wi Hinrick, greue tho Swerin, vnd Albert, iunckhere tho Mecklenburgk van der gnade gades, bekennen in desser schrifft, dat wie mit vnsen heren hertogen Ericke vnd iunckheren Alberte van Sassen gedegedinget hebben, alse herna beschreuen steit. Queme dat also, dat vnser manne iennich edder ere knechte welck hertogk Ericke vnd iunckhere Alberte van Sassen, de vor benomet sint, edder ere man, borgere effte huslude verburgen mit raue edder mit d[ee]froue[1], mit brande, dat apenbare were, beschuldiget we vnse man, borgere edder huslude vmme disser stucke ienich, des schole wi den, de me beschuldiget, vorbringen binnen verteyn nachten sick afthonemende, alse hirna beschreuen steit. De guder hande lude schollet sick dess afnemen malck sulff drudde siner frundt, de vnberopen sint ehres rechtes; dat sulue recht scholen se dhon vor ere knechte. De stadtman edder kopman de schal sick wehren des mit sinen frunden sulf vöffte, de eres rechtes vnbesprokene sint; de husman sulff seuende siner frundt, de vnberuchtet sin. Desse were de mogen se hebben eine werue, ander werue; tho dem drudden mahle scholen se vorwunnen wesen ehres rechtes. Were dat also, dat ienich mann dessen dingen wedder stan edder wesen wolde, vnd worde wie van hertogen Ericke vnd iunckheren Alberte, de vorbenomet sint, geladen, des schole wi en volgen, offte se vns dat vertein nacht vore tho wetende dhon, mit sestich mannen vp orsen, vp vnse egene kost, winn vnde

Digitized by Google

vorlust, mit eyner [b]lyden[2] vnd eineme wercke, vnd scholen ok dessen vorbenomeden heren volgen also ferne, alse ere land kehrenn. Desse vorbindinge vnd frede de schall stan nu van pingsten vort auer ver iahr. Vppe dat desse dingk stede vnde vast bliuen, des hebbe wy greue Hinrich van Schwerin vnd iunckhere Albert van Mecklenburgk vnd vnse riddere Hinrich Reuen, Johan Lutzowe, Bolto Hasenkop vnd Wiepert Lutzow dessen vorbenomeden heren in truwen gelouet, vnd betuget dat mit vnsen insegelen. Desse breff de is geschreuen tho Dutzowe, na gades bordt dusent drehundert iar in dem negenvndetwintigsten iare, des mandages vor pingsten.

Nach Scheidt, Nachrichten von dem hohen und niedern Adel in Teutschland, Hannover 1754, S. 290. ([1] dufroue, [2] lyden.) — Wieder abgedruckt in Jahrb. VII, S. 238.

1329. Juni 7. 5061.

Arnold, Bischof von Camin, bestätigt die von Johann II. und Johann III., Fürsten von Werle, mit Einkünften aus Gr. Dalwitz gestiftete Domherrn-Präbende zu Güstrow.

S. Nr. 5054.

(1329 — 1336. Vor Juni 19.) Fischland. 5062.

Wipert von Lützow, Ritter, beglaubigt seinen Cleriker Johann von Prenzlau bei dem Lübischen Rath.

Viris prudentissimis dominis et consulibus ciuitatis Lubyk sibi dilectis Wipertus Lutzowe, miles, se ipsum et sua in omnibus parata. Vt verbis clerici mei Johann[i]s de Prinzlauia, exhibitoris presencium, credere dignemini, supplico multa prece. Datum Svante Wzstrowe, sabbato ante Gherusii.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek, Theil IV, Nr. DCCXII, aus „dem in Briefform zusammengefalteten Original auf der Tresse. Von dem aufgedrückten Siegel sind nur unbedeutende Reste übrig. Der Handschrift nach ist das Schreiben in die ersten Jahrzehnde des vierzehnten Jahrhunderts zu setzen". — Den Johann von Prenzlau lernen wir 1328 als einen Notar des Fürsten Heinrich II. von Meklenburg kennen (Nr. 5007); und es steht zu vermuthen, dass er nach dessen Tode in den Dienst der Vormundschaft für den Fürsten Albrecht II. übergegangen ist, Wipert von Lützow auch nicht als Privatmann, sondern als Mitglied der Vormundschaft den „Cleriker" Johann nach Lübek an den Rath entsandt hat. Dies müsste dann in den Jahren 1329 — 1336 geschehen sein. Gervasii (19. Juni) fiel 1329 auf einen Montag, 1330 auf einen Dienstag, 1331 auf einen Mittwoch; der vorausgehende Sonnabend war also 1331 der Vitustag (15. Juni) und er wäre höchst wahrscheinlich als solcher bezeichnet, wenn die Urkunde 1331 gegeben wäre. Ebenso dürften auch der 13. Juni 1332 und der 12. Juni 1333 hier kaum in Frage kommen, da der Vitustag zwischen ihnen und Gervasii lag; eher der 18. Juni 1334, oder der 17. Juni 1335; 1336 war der Sonnabend vor Gervasii wieder der Vitustag.

Digitized by Google

1329. Juni 22 — Septbr. 29. Wismar. 5063.

Berthold Schulenberg zu Wismar bezeugt des Nicolaus Schulenberg Eigenthumsrecht an seinem Fahrzeuge.

Bertoldus Schulenberch recognouit, quod Nicolao Schulenberghe pertineat in dimidio nauis, scilicet butza de XVI lestis, quam ducit ipse Bertoldus Schulenberch antedictus, et reliqua dimidietas.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Corporis Cristi und Michaelis 1329.

1329. Juni 24. 5064.

Heinrich, Graf von Schwerin, verleiht dem Kloster Oldenstadt das Eigenthum von zwei Hufen in Gr. Liedern und von zwei Hufen in Ripdorf (A. Oldenstadt).

Hinricus dei gratia comes Swerin[ensis] omnibus salutem in perpetuum. Ab humane memorie noticia res sollempniter geste ne euanescant penitus ob morosi temporis interuallum, literarum testimonio solidantur. Tenore presentium natis et nascituris notum damus vniuersis lucide protestantes, nos contulisse et dedisse propter deum et preces domini Johannis de Thune, strennui militis, et salutem nostre anime, nostrorum et parentum animarum dominis et monachis ordinis sancti Benedicti monasterii sancti Johannis baptiste in Veteri Ulsen perpetue et libere possidendam proprietatem cum eius redditibus et appendiciis aduocatie duarum curiarum, uidelicet curie villicalis et curie sibi proxime iuncte, Frederici villici frater quam inhabitat, in Maiore Lyderen villa sitarum, et duarum curiarum, in quarum vna Thytmarus et in altera moratur quedam vidua, in villa Ripdorpe locatarum, cum quolibet eo iure, dictus dominus Johannes de Thune, miles, eius et frater Olricus a nobis hactenus quo possiderunt ipsam, memoratis dominis conformi et vnanimi consensu suorum legitimorum heredum singulorum, quorum interfuit seu interesse potuerit, qui vendiderunt. Jn donacionis et translacionis dicte proprietatis plenam obseruanciam et inuiolabilem, quelibet ut quiescat occasio calumpniosa, presens scriptum nostro sigillo appenso dedimus communitum. Huius rei testes sunt: dominus Hinricus Rauen, dominus Hinricus de Blochchere, milites, et Olricus de Blochchere, famulus, et quam plures alii viri famosi fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXIX°, in die sancti Johannis baptiste.

Nach von Hodenberg's Abschrift vom Original. Das anhangende gräfliche Siegel ist sehr verletzt.

Digitized by Google

(1329.) Um Juni 24. Wismar. 5065.

Dietrich Borgermester und Heinrich Körneke zu Wismar vergleichen sich wegen des Zolles, Wechsels und der Vogtei daselbst.

Quando Thidericus Burgimagistri et Hinricus Korneke inter se discordarent super theloneo circa festum beati Johannis, eo quod Thidericus ipso Kornekino seruare non valeret, prout promisit, et hoc ea de causa, quod dominus noster Magnopolensis literas ciuitati renouauit super dicto theloneo atque nouas literas ciuitati de eodem theloneo dedit: igitur consules taliter eos ambos concordarunt, quod ipse Korneke ipsi Thiderico presentare debet iuratus suo iuramento totum, quod per annum Korneke suffert de eodem theloneo et aduocacia et camsura, et faciet annis singulis hoc, quamdiu Korneke tenet dicta officia de Thiderico antedicto. Si super hoc dictus Korneke imbrigabitur in hiis officiis ex parte dominacionis nostre, hoc Thidericus omnimode disbrigabit. Jpse eciam Korneke tenebit hec officia a proxima kathedre Petri vltra duos annos.

Nach Schröders ausführlicher Beschreibung der Stadt Wismar im Wismarschen Raths-Archive, Inserenda S. 91. — Vgl. 1329, Septbr. 8.

1329. Juni 25. Schlutup. 5066.

Christoph, König von Dänemark, und sein Sohn Erich belehnen die Fürsten Albrecht und Johann von Meklenburg nebst ihren Schwestern Beatrix und Agnes mit den Ländern Gnoien, Rostock und Schwan zur gesammten Hand und ordnen die Heerfolge und die Schuldverhältnisse mit denselben.

Omnibus presens scriptum cernentibus Cristoforus dei gracia Danorum Slauorumque rex salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod inter nos et filium nostrum Ericum, ex vna parte, et nobiles domicellos, auunculos nostros dilectos, Albertum et Johannem fratres Magnopolenses, Stargardie et Rozstok dominos, ex altera, in modum, qui sequitur, existit placitatum: videlicet quod nos et dictus filius noster dictis domicellis Alberto et Johanni ac Beatrici et Agneti, ipsorum sororibus, manu coniuncta, necnon eorum veris heredibus dimisimus, dimittimus et iure pheodali concessimus et concedimus in hiis scriptis terras nostras Gnoyen, Rozstok et Sywan, nos et filium nostrum de iure contingentes, cum omnibus ciuitatibus, castris, municionibus, opidis, villis, proprietatibus, dominiis, iudiciis, districtibus, iuribus et attinenciis suis vniuersis. Promittimus insuper vera fide, quod post mortem nostram heredes nostri et successores nobis in regno Dacie mediate et inmediate suc-

Digitized by Google

cessiue perpetuo succedentes dictis dominis et eorum sororibus virginibus, necnon ipsorum veris heredibus, predictas terras et dominia cum attinenciis suis vniuersis iure concedere et dimittere debeant pheodali, talibus tamen condicionibus, quod predicti Johannes, Beatrix et Agnes dictas terras et dominia, vt premittitur, sicut eas antedictus Albertus ipsorum frater a nobis receperat, similiter in pheodum a nobis et nostris heredibus propriis in personis recipere tenebuntur. Nos vero predictos dominum Johannem, Beatricem et Agnetem eorumque heredes de predictis terris et dominijs debebimus inpheodare, cum ab ipsis fuerimus requisiti, et quod ipsi domini Magnopolenses ac ipsorum successores nobis, filio nostro Erico et successoribus nostris in regno Dacie in perpetuum succedentibus de terris et dominiis predictis, ipsis a nobis dimissis et concessis, homagium fidelitatis facere debeant et prestare. Promittunt eciam dicti domini Magnopolenses vera fide, quod post mortem eorum omnes heredes ipsorum veri et successores, qui ipsis in dicto dominio mediate vel inmediate successiue in perpetuum successerint, nobis, filio nostro Erico et omnibus nobis in regno Dacie mediate et inmediate successiue in perpetuum succedentibus homagium fidelitatis similiter facere debeant et fideliter obseruare. Promittunt insuper iidem domini Magnopolenses vera fide, se ad hoc firmiter obligantes, quod ipsi et heredes ipsorum et successores omnes, qui ipsis in dicto dominio, vt premittitur, successerint, homines nostri, Erici filii nostri et quorumcunque nobis in regno Dacie in perpetuum succedencium et regnum Dacie gubernancium necnon corone et regni Dacie fideliter, constanter et perpetuo debeant permanere. Ceterum vera fide promittunt dicti domini Magnopolenses, se ad hoc firmiter obligantes, quod ipsi eorumque heredes et successores omnes ipsis in dicto dominio successiue in perpetuum succedentes nobis, filio nostro Erico et omnibus nobis in regno Dacie in perpetuum succedentibus cum quinquaginta hominibus armis et dextrariis sufficienter expeditis ex vna parte maris, videlicet Dacia, Svethia et Norwegia, vbicunque, quandocunque, quocienscunque et tempore, quo nos, Ericus filius noster et omnes nobis in regno Dacie succedentes dicta seruicia habere voluerimus, contra quoscunque viuentes, ex alia vero parte maris, videlicet in Alamania, cum omnibus hominibus suis, castris, ciuitatibus, municionibus singulis et omnibus viribus suis, vbicunque, quandocunque et quocienscunque dicta seruicia habere voluerimus, vt premittitur, contra omnes viuentes seruire debeant fideliter et parate in expensis, acquisicione seu lucro et deperdicione nostra, filii nostri et nostrorum in regno Dacie successorum, exceptis Gherardo et Johanne comitibus Holtsacie ac Hinrico comite Zwerinensi; ita tamen, quod, si ipsi vel aliquis ipsorum nobis, filio nostro et successoribus nostris inimicari voluerint, ipsum seu ipsos contra nos, filium nostrum et successores nostros in nullo dicti domini Magnopolenses et ipsorum heredes iuuare seu ipsis iuuamen prestare debeant vel conferre. Preterea, cum nos, filius noster Ericus seu nostri in regno Dacie

Digitized by Google

successores dicta seruicia, videlicet [in] Dacia, Svethia et Norwegia, habere voluerimus, ipsis dominis Magnopolensibus, ipsorum heredibus et successoribus ad sex septimanas antea de dicto seruicio indicere debeamus et intimare et infra ipsas sex septimanas ab intimacione dictis dominis Magnopolensibus et eorum heredibus facta dicti quinquaginta homines in Warnemunde dextrariis et armis bene expediti esse debent et parati. Quibus nos et nobis in regno Dacie succedentes expensas a die, qua Warnemunde pro seruicio nobis inpendendo venerint, et sic deinceps per totam reysam, et naues de Alamania in Daciam et similiter in ipsorum reditu naues de Dacia in Alamaniam et expensas procurare debeamus; seruicia eciam, ad que nobis, filio nostro Erico et successoribus nostris in Alamania, vt premissum est, dicti domini Magnopolenses et eorum heredes obligati sint, eciam ad sex septimanas ab intimacione, ipsis et heredibus eorum facta, promta esse debeant et parata, prout superius plenius est expressum. Nos vero, filius noster Ericus predictus et successores nostri dictis dominis Magnopolensibus et heredibus ipsorum paruos equos, quos ipsi vel homines ipsorum in seruicio nostro ex quacunque parte maris amiserint, in eadem reysa persoluemus; dextrarios vero, quos in dicto seruicio amiserint, infra dimidium (!), de quibus sufficientem reddere poterint racionem, persoluere teneamur. Si autem aliqui de hominibus dictorum dominorum Magnopolensium in seruicio nostro, filii nostri seu successorum nostrorum capti fuerint, ipsos infra dimidium annum post captiuitatem ipsorum redimere debeamus, prout domini homines suos de iure redimere teneantur. Nos vero, filius noster et nostri in regno Dacie successores dictos dominos Magnopolenses et eorum heredes in licitis, iustis et honestis causis defendamus et pro ipsis placitemus, prout domini homines suos de iure defendere teneantur. Jnsuper nos, filium nostrum Ericum, homines et successores nostros pro omnibus et singulis debitis, in quibus dominus Ericus quondam rex Danorum, frater noster, et homines ipsius, nunc homines nostri et filii nostri, ipsi domino Hinrico Magnopolensi bone memorie tenebantur obligati, pro quibus eciam singulis debitis dicti homines nostri hominibus eiusdem quondam domini Magnopolensis ad manus suas promiserunt, necnon pro omnibus dampnis et interesse, que racione dictorum debitorum incurrit vel contraxit, ac pro omnibus promissionibus, fideiussionibus, obligacionibus, quas eidem per nos vel per alios nostro nomine feceramus, iidem domini Magnopolenses quitos dimittunt et penitus excusatos. Super aliis vero debitis, pro quibus ipse quondam dominus Magnopolensis ex parte domini Erici quondam regis Danorum, fratris nostri, aut regni Dacie alicubi promiserat, nos, filium nostrum, regnum et nostros in regno Dacie successores sepedicti domini Magnopolenses monere non debeant quoquo modo. Renunciant insuper dicti domini Magnopolenses omnibus litteris nouis et antiquis ante hunc diem patri eorum per fratrem nostrum dominum Ericum quondam regem Danorum super quibuscunque causis datis; et si exnunc alicubi inuente fuerint, casse esse

Digitized by Google

debeant, nullius vigoris, firmitudinis et momenti. Per istas eciam placitaciones omnes homines nostri et dictorum dominorum Magnopolensium ex vtraque parte suspecti reconsiliati omnino sint et ab omni suspicionis nota pro omnibus causis inter nos hactenus motis et habitis liberi pariter et exempti. Ciues eciam dictorum dominorum Magnopolensium et heredum suorum iure et libertatibus in regno nostro frui et gaudere debeant, quibus vsi fuerant ab antiquo. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum Scluckup, anno domini M° CCC° XX° nono, dominica die post natiuitatem beati Johannis baptiste.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den eingehängten rothen seidenen Fäden ist das Siegel abgefallen. — Vgl. Nr. 4443.

1329. Rostock. 5067.

Mastrant, Bürger zu Rostock, und seine Frau machen ein gegenseitiges Testament.

Mastrant peregre proficiscens resignauit vxori sue domine Grethen omnia bona sua mobilia et inmobilia, si morte preuentus fuerit, et sic ipsa domina resignauit dicto viro suo omnia bona sua post obitum suum, quia ambo eorum bona nudis manibus acquisiuerunt.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325 — 1338, fol. 23. — In einem ähnlichen Falle heisst es fol. 28: „quia bona sua ambo de nudis manibus con(s)traxerunt."

1329. Juni 30. Rostock. 5068.

Hermann Meybom setzt sich mit seinen Kindern von seiner Frau Cäcilie auseinander.

Feria sexta post Petri et Pauli apostolorum. Hermannus Meybom coram camerariis constitutus cum consensu et consilio amicorum proximorum suorum puerorum, quos apud vxorem suam Ceciliam generauit, se cum ipsis complanauit diuidens et assignauit eis dimidietatem omnium hereditatum suarum, vbicunque locorum sitarum, et dimidiam aream apud cimiterium beati Jacobi, ita tamen, quod dicti pueri de hiis dimidiis hereditatibus tenentur L marc. denariorum, pro quibus dabunt quinque marcarum redditus annuatim, quos predictis denariis reemere poterunt, cum habuerint facultatem. Dictus vero Hermannus post obitum suum assignauit dictis pueris suis centum et quinquaginta marcas in omnibus bonis suis promtioribus percipiendas. Si autem quodam tempore sepedicti pueri

Digitized by Google

cum patre suo discordarent, tunc pater, si sibi placeret, habebit totum posse ponere et sortire prefatas hereditates pueris suis cum eisdem. Scriptum anno domini M° CCC° XXIX. Hermannus de Theterowe et Ludolfus de Godlandia tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325 — 1338, fol. 23 b.

1329. Juli 2. Wismar. 5069.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, beurkundet die Weihe des Kirchhofes zum heil. Geiste zu Wismar und setzt die Dedicationsfeier der Kirche fest.

Nos Marquardus dei gracia ecclesie Raceborgensis episcopus notum facimus et recognoscimus vniuersis, quod anno domini M° CCC° XX° nono, dominica proxima post diem beatorum Petri et Pauli apostolorum, cimiterium ad ecclesiam domus sancti Spiritus in Wismaria in honore sancti Spiritus et beatorum Matye apostoli, Gregorii confessoris ac omnium sanctorum consecrauimus Spiritus sancti gracia nos iuuante; sed dedicacio dicte ecclesie in perpetuum futuris temporibus in dominica proxima ante festum penthecostes sollempniter celebrari debebit. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Datum et actum anno, die et loco predictis.

Nach der Abschrift im Wismarschen P.-B., rubricirt: „De consecratione cymiterii domus sancti Spiritus.“ — Gedruckt in Schröders P. M. S. 1090. — Vgl. Nr. 4770.

1329. Juli 10. Gadebusch. 5070.

Johann Lasbeke und seine Söhne verkaufen ihr Dorf Rögelin (im Fürst. Ratzeburg) an Johann von Bülow.

Ego Johannes dictus Lasbeke, famulus, Hermannus et Johannes filii mei recognoscimus et presentibus lucide protestamur, quod honesto militi domino Johanni de Bulowe et heredibus suis legalibus villam nostram Rocghelin cum omnibus suis limitibus et terminis, prouentibus, proprietatibus, prout hactenus nobis ac nostris progenitoribus pertinuerat, rite et rationabiliter vendidimus, promittentes ipsis, cum primitus opcionem domini nostri domini Erici ducis Saxonie habere et feudum circa ipsum optinere et procurare sibi poterint, illa bona resignare debemus et tenemur. Quod hoc fieri debeat, ego Hermannus Lasbeke, filius domini Ludolfi, Detleuus et Henneke dicti de Zule, filii domini Volradi, una cum predictis Johanne Lasbeke et suis filiis in solidum sibi promittimus nostra fide. Jn cuius testimonium sigilla nostra una cum sigillis Johannis Lasbeke pre-

Digitized by Google

fati et suorum filiorum presentibus sunt appensa. Datum Godebuz, in presencia consulum, anno domini M.CCC.XXIX., die septem fratrum.

Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Angehängt waren 6 schildförmige Siegel:

1) abgefallen;

2) ein geschachter Stral; Umschrift:

— —ERMANNI LASB — — —

3) im Bilde wie Sgl. 2; Umschrift:

— — —ANNIS LASBEKE

4) im Bilde wie Sgl. 2; Umschrift:

✠ S' HERMANNI ◦ LASBEKE

5) ein glatter Stral; Umschrift:

S DETLEVI DE ZVLE

6) ein geschachter Stral; Umschrift:

✠ S' HEYNECONIS DE ZVLEN

— Gedruckt in der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urk.-Sammlung II, 75. — Vgl. Nr. 3664.

1329. Juli 14. Rostock. 5071.

Dietrich Horn zu Rostock setzt sich mit seiner Tochter unter Beitritt ihrer Verwandten und Vormünder wegen der mütterlichen Erbschaft auseinander.

Thidericus dictus Horn coram camerariis constitutus cum consilio et consensu amicorum et proximorum ac tutorum filie sue Lyzeken, scilicet Gherwini Wilden, Thideken Wilden, Detboldi Horn, Andree Langhestraten ac Ricquini Horn, se cum dicta filia sua diuidens, assignauit eidem mille marcas denariorum Rozstokcensium in omnibus bonis suis infra ciuitatem Rozstok et foris existentibus vbicunque, et ad hec vnum par de scarlatico panno, cum ad annos nubiles pervenerit, sibi erogandum. Post obitum meum duobus annis finitis, iuxta consilium predictorum tutorum predicte mille marce denariorum de bonis meis promptioribus exponentur. Cum istis dicta filia sua diuisa est ratione materne hereditatis et separata a fratribus et sororibus suis, nisi quod post obitum suorum fratrum et sororum sibi posset succedere secundum formam iuris Lubicensis.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325 — 1338, fol. 24, zum Jahre 1329, „in crastino beate Margarete virginis."

Digitized by Google

1329. Juli 23. 5072.

Goten, Fenceke und Nicolaus, Gebrüder Stoislaf, verpfänden dem Lüdeke Stück in Rostock 1 Mk. Hebung aus Bussewitz.

Vniuersis presencia visuris uel audituris Ghoten[1], Fenceke et Nicolaus fratres dicti Stoyslaf salutem in domino. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, nos in solidum teneri obligatos discreto viro Ludek[ino] Syzyck in Rozstok suisque iustis heredibus in decem marcis Rozstoccensium denariorum ad proximum festum Martini rite persoluendis; quod si non fecerimus, extunc sibi obligamus redditus vnius marce, tollendos et percipiendos quolibet anno termino beati Martini in villa Buzeuicze a Reynekino ibidem uel suo successori (!) eius mansum colenti, donec sibi summam supratactam persoluere et reddere valeamus. Item, si premissus Reynekinus uel suus successor non persoluerit redditus supradictos termino iam dicto, extunc premissus Syzyck uel sui heredes extorquebunt pignoris capcione. Huius testes sunt: Reymarus de Nigenhuzen, Olricus der Wolfhardeschen sone, ciues Rozstoccenses. Jn huius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XX° IX°, dominica proxima ante beati Jacobi festum.

Nach dem Original im Archive des Heil.-Geist-Hospitals zu Rostock. Eingeschnitten sind nur 2 Löcher für Siegel; es hängt jedoch nur in dem zweiten ein Pergamentstreifen, welcher aber das Siegel verloren hat. [1] Im Anfange steht zwischen „Ghoten Fenceke“ kein Interpunctionszeichen, aber mit Ausnahme einiger Puncte sonst auch keins in der Urkunde.

1329. Juli 28. „Stafsclenorsund.“ 5073.

Johann, Graf von Holstein, bestätigt die Handels-Privilegien der Stadt Rostock in Dänemark.

In nomine domini. Amen. Wie Johan, van der godes gnade here van Holsten vnde van Stormeren, bokennen vnde betůghen oppenbare in disseme brieue, dat wie den erafteghen vnde den wisen luden, den ratman van Rozstok, den menen borgheren vnde der ganzen stad hebben ghelouet vnde louen in trůwen, dat vnse broder koning Cristofer van Denemarken vnde sine rechten erfnamen scolen en holden alle de brieue vnde alle de dink, dede en alle de koninge van Denemarken hebben van oldinges her ůt ghegheuen, vnde och alle de brieue vnde alle de dink, dede vnse broder koning Cristofer van Denemarken vnde sine erfnamen en hebben ghegheuen wante in di°sse tid. Vortmer scal och vnse broder koning Cristofer vnd sine erfnamen laten de stat tů Rozstok vnde de menen borghere bi alle der rechtecheit, de se hebben ghehat van alle den konigen van Denemarken oldinges her ůt. Vortmer vnse broder koning

Digitized by Google

Cristofer vnd sine erfnamen vnde alle, de dorch se dun vnde laten willen, de scolen de koplude vnde de borghere van Rozstok, dede komen in dat rike tů Denemarken vmme ere kopenscůp vnde ere werf, vorderen vnde nicht hinderen; vnde wat men en afkoft, dat scal men en redeleken bereden. Vortmer, were, dat vnse broder koning Cristofer van Denemarken vnde sine erfnamen eyn o°rlœch hedden, dat enne scolde dar nicht ane schelen, de koplude vnde de borghere van Rozstok scolen velech komen vnde wider wech in dat rike tů Denemarken. Dat alle disse dink stede, ganz vnde vast bliuen, dat hebbe wie en ghelouet vnde louen in trůwen. Vnde tů eyner betůghinge hebben vnse ingheseghel henget in dissen brief. Hir heft ouer ghewesen: her Thiderik de prouest van Vemeren, Marquart Stake, Hinrich vnde Marquart Brucdorp. Disse brief is ghegheuen na godes bort dusent iar drihundert in deme negheden twinteghesten iare, des vridaghes na sunte Jacobes daghe, vppe Stafsclenorsunde.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Rostock. An einem Pergamentbande hängt das grosse runde Siegel. Es ist oben beschädigt; doch erkennt man noch deutlich den linkshin sprengenden Reiter mit Helm nnd Rock, vor der Brust den Schild mit dem Nesselblatt. Die Decke des Rosses zeigt gleichfalls zweimal das Nesselblatt. Von der durch den Kopf des Rosses unterbrochenen Umschrift ist zu lesen:

S IOH̄IS DI ḠRĀ ḠOMIƈ. ḥOLTZĀCIɑ STO — —

— Abgedruckt in den Rostocker Nachr. 1753, Stück 42, p. 165, und darnach in Hildebrand's Diplomat. Suecanum IV, p. 118; anch bei Sartorius II, p. 324. — Der Graf Johann von Holstein handelte hier für seinen Stiefbrader, den König Christoph von Dänemark, der ihn zur Hülfe wider seinen Gegenkönig Waldemar herbeigerufen hatte. Vgl. unten 1329, Septbr. 28, Octbr. 30 und Novbr. 12; auch Huitfeldt I, S. 444.

1329. (Aug.) Rostock. 5074.

Gottfried Isländer vermacht seiner Tochter Heilwig, Nonne zu Rühn, 100 Mk. Pf. aus seinem Erbe zu Rostock.

Godefridus Yzslender coram camerariis constitutus dedit et assignauit, cum consensu domine sue domine Alheydis de Kiriz et Nicolai filii, ac erogauit filie sue Heylwigi, moniali in Rune, centum marcas denariorum Rozstokcensium in hereditate sua lapidea, quam inhabitat, in platea Monachorum sita, post obitum suum ibidem recipiendas. Hermannus de Theterow et Ludolfus de Godlandia tabule presidebant.

Nach dem Rost. Lib. recognit. 1325—1338, fol. 25ᵃ. — Auf fol. 39ᵇ, zum J. 1332, steht angemerkt: „Lodewicus Crispus ac Hennecke Yzslender et Bramowe, testamentarii Godefridi Yzslender beate memorie, cum consensu domine Wobben, relicte eius, describi fecerunt puelle Heyleken, sancti-moniali in Rune, quindecim marcarum redditus singulis annis ex hereditate lapidea, quam idem Godefridus inhabitauerat, quatuor anni temporibus percipiendos, quos pater eius premortuus sibi in extremis suis erogauit, qua rebus humanis exempta dicti redditus ad suos veros heredes reclinent et

Digitized by Google

denoluentur.“ — St.-B. 1337—1353, fol. 82ᵇ, zum J. 1343: „Andreas Langhestrate vendidit Godfrido Yzslender, clerico, ac puelle Heylwich sue sorori, sanctimoniali in Ruᵒne, octo marcarum redditus pro centum marcis denariorum in hereditate sua siue pistrina supra plateam pistorum — —. Dicta puella hos redditus ad tempora vite sue optinebit; qua defuncta ad Godfridum suum fratrem et suos heredes reclinent et denoluentur.“ (Getilgt.) — Daselbst fol. 84 (1343): „Domina Elyzabet, relicta Martini Burboden —, vendidit puelle Heylwich filie Godfridi Yzlender, sanctimoniali in Ruᵒne, quatuor marcarum redditus pro quinquaginta marcis denariorum — —. Dicta puella hiis redditibus, quamdiu vixerit, pocietur; qua vero defuncta, tunc iidem redditus ad Godfridum Yzslender, fratrem suum, et suos heredes recline[n]t et denoluentur.“

1329. Aug. 5. 5075.

Die Stadt Lübek tritt dem Bunde des Grafen Heinrich von Schwerin, des Fürsten Albrecht von Meklenburg und der Herzoge Erich und Albrecht von Lauenburg zur Unterdrückung der Räubereien bei.

„Unter dem 5. Aug. (Translatione Dominici) d. J. citirt Dreyer im Apparatus: „„Lubeca accedit pacto inter Henricum comitem Sverinensem, Albertum domicellum Mecklenburgicum, Ericum et Albertum duces Saxoniae condito pro reprimenda praedonum raptorumque audacia.““ Den Fundort giebt er nicht an, verweist aber für den Hauptvertrag auf Scheidt, Mantissa docum. zu den Nachrichten vom hohen und niederen Adel p. 290 sq., woselbst dieser, geschlossen zu Dutzow, 5. Juni d. J. (Mandages vor Pingsten), abgedruckt ist.“ Note zum Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 464. S. oben Nr. 5060.

1329. Aug. 13. Avignon. 5076.

Papst Johann XXII. befreiet den Cistercienser-Orden von allen Steuern an den päpstlichen Stuhl.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis . . abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conuentibus vniuersis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Religionis uestre meretur honestas, ut uos spetiali diligentes in domino caritate prosequamur gratia sedis apostolice et fauore. Sane tenuitatem uestrorum reddituum et prouentuum solicite attendentes ac per hoc uolentes aliquius releuationis solatio uos gaudere, ad instar felicis recordationis Alexandri pape IIII., predecessoris nostri, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut ad prestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum, imponendarum uobis et domibus uestris a sede apostolica seu legatis eiusdem aut ipsorum auctoritate et mandato, non teneamini per litteras ipsius sedis seu legatorum eius, que plenam et expressam de indulgentia huiusmodi et ordine uestro non fecerint mentionem, etiamsi contineatur in eisdem litteris, quod id, quod per eas mandatur, fiat aliqua indulgentia non obstante. Nos enim excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas occasione predictorum in uos communiter uel aliquos uestrum ab aliquo promulgari contigerit, decernimus non

Digitized by Google

tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, idus Augusti, pontificatus nostri anno quarto decimo.

Nach dem Original unter den Doberaner Urkunden im Haupt-Archive zu Schwerin. An rothen und gelben seidenen Fäden hängt die Bleibulle des IOhANNIS . PP . XXII .

Dabei liegt eine notariell beglaubigte Abschrift, ausgestellt auf Begehren des „Bertoldus monachus monasterii Doberanensis, rector curie Doberanensis in Rozstoch," am 25. Juni 1335, „in dote beati Nicolai in Rozstock," wobei als Zeugen genannt werden: Borchardus prepositus Guzstrowensis, Johannes de Wnstorp viceprepositus Rozstoccensis, Johannes rector ecclesie beati Nicolai in Rozstoch, Hermannus de Lubek capellanus ibidem. An Pergamentstreifen hangen die parabolischen Siegel:

1) des Präpositus Borchard, von welchem das Siegelbild (= 27. Febr. 1334) schon zum Theil verloren ist und von der Umschrift noch gelesen wird:

— — ORDI . PPOSITI CVZTRO — —

2) des Johann von Wunstorp, welches unter einem Marienbilde mit dem Christuskinde in einer Nische einen rechtshin knieenden Geistlichen zeigt; Umschrift:

. S' IRCHIDIACONI + IN + ROZTOC

1329. Aug. 22. Lübek. 5077.

Heinrich, Bischof von Lübek, beglaubigt für das Claren-Kloster in Ribnitz die Bulle des Papstes Honorius IV. vom 18. Jan. 1288, durch welche dieser dem Franciscaner-Orden die Befugniss ertheilt, seine Kirchen, Bethäuser, Altäre und Kirchhöfe von jedem beliebigen, in päpstlicher Gnade stehenden, Bischofe weihen zu lassen, falls der Diöcesan-Bischof sich weigern oder säumig sein sollte.

Hinricus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus vniuersis, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod nos litteras sanctissimi in Christo patris et domini domini Honorii pape IIII^i^ felicis recordacionis, non cancellatas nec in parte aliqua viciatas, uera bulla bullatas, inspeximus diligenter, quarum tenorem de uerbo ad verbum, nihil addito uel subtracto, prout sequitur, fecimus copiari:

Honorius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis ministro generali et fratribus ordinis minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte uestra fuit propositum coram nobis, quod, licet uobis per specialia priuilegia sedis apostolice sit indultum, ut ad ciuitates uel uillas, ubi religiose ac honeste commorari possitis, a populis euocati accedere ibique pro uestris usibus edificia et

Digitized by Google

ecclesias siue oratoria construere valeatis, dyocesani tamen locorum in ecclesiis seu oratoriis, que de nouo uultis construere, primarium lapidem ponere et constructa consecrare ac cymiteria uobis iuxta ecclesias uel oratoria predicta benedicere denegant pro sue libito uoluntatis, aliqui uero dyocesanorum ipsorum, cum ad ecclesias et loca uestra pro premissis exequendis accedunt, propter euectionem et personarum multitudinem, quas secum ducunt, gravant uos non modicum in expensis. Quare nobis humiliter supplicastis, ut prouidere uobis super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, deuotioni uestre auctoritate presentium indulgemus, ut, si dyocesani predicti, a uobis humiliter requisiti, huiusmodi lapidem in predictis ecclesiis uel oratoriis ponere ac ecclesias uel oratoria predicta, ac eciam altaria uestra consecrare et cymiteria benedicere denegauerint uel id facere ultra quatuor menses distulerint, vos per quoscunque malueritis episcopos, graciam et communionem apostolice sedis habentes, premissa recipere libere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctam Sabinam, XV. kal. Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Jn huius igitur nostre uisionis et examinationis euidens argumentum presens transscriptum, de originalibus litteris fideliter sumptum, fecimus nostri sigilli munimine roborari. Datum Lubeke, anno domini M. CCC. XXIX., in octaua assumpcionis virginis gloriose.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das parabolische Siegel des Bischofs von Lübek mit eingelegter rother Wachsplatte und mit dem kleinen parabolischen Secretsiegel auf der Rückseite. — Gedruckt in d. Beilagen zu den Wöchentlichen Rostocker Nachr. 1823, Stück 44, S. 174, Nr. II. — Vgl. 1330, Jan. 9.

1329. Aug. 22. Stockholm. 5078.

Johann II. und Johann III., Fürsten von Werle, schliessen mit dem König Magnus von Schweden ein Bündniss zu gegenseitigem Beistande, jedoch mit dem Vorbehalte, dass hiedurch der mit König Christoph von Dänemark vorher abgeschlossene Friede in keiner Weise gestört werden solle.

Alle som dette Breff see eller høre, hilse vi Hans oc Henning med Guds Naade, Herrer aff Verle, kierligen med Gud. Kiendis vi for alle, at Aar effter Guds Byrd, 1329, Tjsdagen effter vor Frue Assumptionis dag udi Stockholm, giorde vi en Contract med Høybaarne Første, Her Magno, Sverigis oc Norgis Konge, ved fornumftige Mend, Her Klemend Kosseboede Ridder, oc Herman

Digitized by Google

Kosseboede, vor Notarium oc Legate, huilcke der haffde Fuldmact paa voris vegne, at giøre en evig Contract oc Enigheds Fred, i saa maade. Først at vi ville staa mandeligen bij, med forneffnde Kong Magno, at affuerge hans Skade, oc forfremme hans Gaffn oc Nytte imod huer mand, i hues maade vi kunde, aff vor yderste formue, oc der til imod at staa alle hans Fiender oc Vvenner oc synderlig Knud Porse Ridder, med alle sine Tilhengere oc Hielpere, aff yderste mact at fortrycke, ødelegge, oc all Skade paa at føre. Jtem der som det sig oc saa begaff, forneffnde Her Magnus Konge offuer Sverige oc Norge, at hafue nogen Bistand behoff aff os, da skal hand sende tuende aff sine Riddere til vor Kiøbstæd Gustrov, eller andensteds, huor vi da ere, imod tuende aff vore Riddere; huilcke fire Riddere paa hans oc voris vegne, skulde offuerveye Sagens Leylighed, oc venligen samdragis, om huad hielp oc Bistand vi hannem giøre skal; oc huad de bliffue til Eens om ville vi med allerstørste Villighed komme hannem til hielp med: Men der som vi hafue forneffnde Konning Magni Hielp oc Vndsætning ibehoff, da skal vi oc sende tuende Riddere til hans Kiøbsted Calmar, eller andensteds huor hand er, imod tuende aff hans Riddere, huilcke der skal offuerveye, huad hielp oc Bistand vi aff hannem skulle formode, oc undfange. Jtem der som det sig begaff, at Stormectige Herre oc Første, Her Christoffer Konge i Danmarck, vilde indgaa nogen Endrectighed oc Forligelse, med forneffnde Knud Porse, imod forneffnde Kong Magni, eller vort Raad oc Samtycke, da ville vi dog forfølge forneffnde Knud Porse, oc hans Tilhengere oc Metfølgere, huor oc i hues maade vi dennem betræde kunde. Jcke maa heller forneffnde Kong Magnus, uden vort Raad eller Villie, eller vi uden hans Samtycke, giøre nogen Forligelse med forneffnde Knud Porse, i nogen maade. Saa ville vi icke formedelst denne Contract ac Pact, noget at nectis eller affbrydis aff den Contract vi tilforne hafuer giort med Stormectig Herre, Christoffer Konge i Danmarck, eller dem, som er samtyckt imellem forneffnde Konning Christoffer aff Danmarck, oc Konning Magni Raad aff Sverigis Rige; men skulle alle holdis uryggeligen oc ubrødeligen i alle maade, oc denne Contract, som er nu giort imellem den gode Herre, Kong Magnum oc os, skal ingenledis være forneffnde Stormectigste Første oc Herre, Konning Christoffer skadelig, men i alle maade nyttig oc gaffnlig. Til ydermeere Vidnesbyrd, hengde vi vore Jndsegle neden for dette vort obne Breff. Giffuet Aar oc Dag, som forskreffuet staar.

[= Alle, die diesen Brief sehen oder hören, grüssen wir Hans und Henning, von Gottes Gnaden Herren von Werle, herzlich mit Gott. Kund thun wir Allen, dass wir im Jahre nach Gottes Geburt 1329, Dienstag nach unserer Frauen Himmelfahrtstag, zu Stockholm einen Vertrag gemacht haben mit dem hochgebornen Fürsten Herrn Magnus, König von Schweden und Norwegen, durch die einsichtsvollen Männer Herrn [Gemeke] Kosseboede, Ritter, und Hermann Kosseboede, unsern Notar und Gesandten, welche unsererseits Vollmacht hatten, einen ewigen Vertrag und Frieden in folgender Weise abzuschliessen. Erstlich wollen wir vorgenanntem König Magnus tapfer beistehen, seinen Schaden abwehren, seinen Vortheil und Nutzen fördern, gegen jedermann, wie wir nur können,

Digitized by Google

mit unserm äussersten Vermögen, allen seinen Feinden und Widersachern aber, und sonderlich dem Ritter Knud Porse mit allen seinen Anhängern und Helfern, Widerstand leisten, mit äussersterMacht sie erdrücken, verheeren und in jeder Weise schädigen. Ferner, wenn es sich begäbe, dass vorgenannter Herr Magnus, König von Schweden und Norwegen, unsers Beistandes bedürfte, so soll er zwei seiner Ritter in unsere Stadt Güstrow senden, oder wo wir dann sein werden, gegen zwei von unsern Rittern; welche vier Ritter von seinet- und unsertwegen die Sachlage erwägen und sich freundlich darüber verständigen sollen, welche Hülfe und Beistand wir ihm leisten sollen; und worüber sie sich einigen werden, damit wollen wir ihm mit allergrösster Bereitwilligkeit zu Hülfe kommen. Im Fall wir aber des vorgenannten Königs Magnus Hülfe und Entsatzes bedürfen, so sollen wir auch zwei Ritter in seine Stadt Calmar senden, oder wo er dann sein wird, gegen zwei von seinen Rittern, welche dann erwägen sollen, welche Hülfe und Beistand wir von ihm erwarten und empfangen sollen. Ferner, wenn es sich zutrüge, dass der grossmächtige Herr und Fürst, Herr Christoph, König in Dänemark, irgend welchen Frieden und Vergleich mit vorgenanntem Knud Porse gegen des vorgenannten Königs Magnus und unsern Rath und Zustimmung eingehen wollte, so wollen wir dennoch vorgenannten Knud Porse und seine Anhänger und Begleiter verfolgen, wo und wie wir sie treffen können. Es soll weder der vorgenannte König Magnus ohne unsern Rath und Willen, noch wir ohne seine Zustimmung, mit vorgenanntem Knud Porse einen Vergleich abschliessen, in welcher Weise es auch sei. Auch wollen wir nicht, dass durch diesen Contract und Vertrag der Vertrag, welchen wir früher mit dem grossmächtigen Herrn Christoph, König von Dänemark, abgeschlossen haben, oder der zwischen dem vorgenannten König Christoph von Dänemark und des Königs Magnus Rath vom Reiche Schweden abgeschlossene Vertrag irgendwie verläugnet werde oder denselben Abbruch geschehe; vielmehr sollen sie alle unverrückt und unverbrüchlich in jeder Weise gehalten werden, und dieser Contract, welcher jetzt zwischen dem guten Herrn, König Magnus, und uns abgeschlossen ist, soll dem vorgenannten grossmächtigsten Fürsten und Herrn, König Christoph, in keiner Weise schädlich, sondern in jeder Weise nützlich und vortheilhaft sein. Zu grösserem Zeugniss hängen wir unsere Siegel unten an diesen offnen Brief. Gegeben im Jahre und am Tage, wie oben geschrieben steht.]

Nach Huitfeldt, Danm. Rig. Kron. I, 443; ebendaher bei Suhm, Hist. af Danm. XII, 180—182, und bei Hildebrand, Dipl. Suecan. IV, 120, lateinisch (ohne Zweifel nach Huitfeldt) bei Torfaeus, Rer. Norv. IV, p. 457 (citirt von Hildebrand).

1329. Septbr. 8. Wismar. 5079.

Heinrich Körneke zu Wismar leiht Dietrich Borgermester 60 Mark Lübisch, die, falls derselbe Vogtei, Zoll, Wechsel und geschriebene Schuld vom Landesherrn erhält, wiederzuerstatten sind.

Hinricus Kørneke concessit mutuo Thiderico Burgimagistri LX marcas Lubicensium denariorum, quas reddere sibi debet, si Thiderico littere sue, quas habet de domino nostro Magnopolensi, seruate fuerint, ita eciam, quod debitum suum scriptum in dictis litteris sibi fiat persolutum, quemadmodum huiusmodi littere sonant seu locuntur tam de aduocacia quam theloneo et campsoria et debito annotato. Si vero Thiderico littere iam dicte seruate non fuerint, tunc Thidericus supradictas LX marcas Lubicensium denariorum non reddet Hinrico Kørneken antedicto. Si Thidericus minus LX marcis dampnum receperit, quantum

Digitized by Google

minus fuerit LX marcis, hoc tantum reddet Kornekino antedicto de LX marcis antedictis. Dominus Andreas Lasche pro hiis seruandis ex parte Thiderici et cum ipso Thiderico promisit Hinrico Kørneken iuncta manu. Thidericus eripiet dominum Andream liberum penitus et indempnem in premissis. Scriptum anno domini M° CCC° XXIX., die natiuitatis sancte Marie.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs. — Vgl. Nr. 5065.

1329. Septbr. 19. Rostock. 5080.

Johann, Bischof von Schwerin, ertheilt dem Dominicaner-Kloster zu Rostock bei der Einweihung der Klosterkirche einen Ablass.

Nos Johannes dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus recognoscimus per presentes, quod ecclesiam fratrum predicatorum in Rostok dominica post festum exaltacionis sancte crucis proxima consecrauimus in honore sancti Johannis baptiste sanctique Johannis ewangeliste ac sanctorum trium regum. Nos igitur, [ut] Christi fideles per premia salubriter ad merita inuitemus, de auctoritate omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra confisi, omnibus vere penitentibus et confessis ad dictam ecclesiam in anniuersario die dedicacionis ipsius et in festiuitatibus beatorum Johannis baptiste et Johannis ewangeliste ac sanctorum trium regum et per octauas eorundem, in quorum honore ipsa ecclesia noscitur esse constructa et consecrata, causa deuocionis accesserint, quadraginta dierum indulgencias et vnam karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Rostok, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, tercio decimo kalendas Octobris.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An der Urkunde hängt an einem Pergamentstreifen ein in alter Zeit in sehr langhaarigos, grobes schwarzes Wollenzeug eingenähetes Siegel. Auf das Zeug ist ein Pergamentstreifen genäht mit folgender Aufschrift: „De consecracione ecclesie nostre in honore beatorum Johannis baptiste et Johannis ewangeliste et beatorum trium regum.“ An dem Pergamentstreifen hängt das grosse parabolische, oben abgebrochene Siegel des Bischofs Johannes von Schwerin mit dem Secret als Rücksiegel. — Gedruckt im Rostocker Etwas 1739, S. 583, und danach bei Schröder, P. M. S. 912.

1329. Septbr. 24. Bei der Görneschen Brücke. 5081.

Ludwig, Markgraf von Brandenburg, belehnt die Fürsten Albrecht und Johann von Meklenburg, gegen Wiedereinräumung Meienburgs und Verzicht auf den Pfandschilling von 4000 Mark Silbers, mit

Digitized by Google

dem Lande Stargard, mit Lychen, Eldenburg (Lâbz), Wesenberg, Arnsberg und Strelitz, sowie mit 200 Stücken Geldes aus der Vogtei Jagow.

impetitione cuiuslibet hominis ac vniuersitatis auctorizare, defendere et disbrigare iuxta terre consuetudinem generalem ipsique possessionem dictorum mansorum assignare ac premissa omnia et singula rata habere et tenere et non contra facere uel venire aliqua occasione vel causa, per se vel per alium, de iure vel de facto, renunciantes excepcioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum, actioni in factum, condicioni sine causa et omni alteri iuris et facti auxilio, quibus nos contra premissa vel eorum aliquod possemus vel nos defendere vel ea quomodolibet inpugnare. Ad hec, ut predicta vendicio pleniorem obtineat roboris firmitatem, nos Bertoldus Pren, Vicko de Stralendorpe, milites, vna cum consortibus nostris Nicolao de Stralendorpe ac filiis Helmoldi militis de Plesse, in quos dominium terre Poele est translatum, vendicionem et omnia supradicta rata et grata habentes, eidem domino Hinrico de Hattorpe et eius successoribus plenam et liberam concedimus potestatem et libertatem in dictis mansis, quam decanus et capitulum ecclesie Lubicensis habent et optinent in aliis mansis ville Vorwerch ex priuilegio uel de iure, dantes eciam et concedentes eidem emptori, vt dictos mansos vendere, donare uel quomodolibet alienare valeat cuilibet, nobis aut heredibus nostris minime requisitis, aut eciam beneficium ecclesiasticum instaurare. In signum eciam ratihabicionis singulorum et omnium premissorum sigilla nostra vna cum sigillis venditorum ipsorum presentibus sunt appensa. Datum et actum in Wismaria, in vigilia beati Andree apostoli, anno domini M° CCC° XXIX°, presentibus domino Gotscalco Pren, milite, Eghardo Wedermode et aliis fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Fäden von abwechselnd rother und grüner Seide hangen 6 schildförmige Siegel:

1) ein Bruchstück, welches nur noch die Oesen von 2 Pfriemen erkennen lässt;

2) mit den Stralendorfschen Schildzeichen (das Rad ist sechsspeichig); Umschrift:

⊛ S' — — — STRAL — — — MIL.

3) mit denselben Schildzeichen wie 2; Umschrift:

✠ S' NICOLAI DO STRALANDORP .

4) mit einem rechtsschreitenden Stier (= dem 4. Siegel an Nr. 5037);

5) = Sgl. 1 an Nr. 5102; Umschrift:

✠ [S'.] G[K]GhARDI NG[GhGN]DARK

6) getheilt wie Sgl. 2 an 5102, aber kleiner; Umschrift:

— — GT — G — — —

— Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 1092, und bei Leverkus, Urk.-Buch des Bisthums Lübek I, S. 693 (nach dem Reg. Cap. Lubic. II, 82). — Vgl. die Urkunden Nr. 5102 und vom 20. Septbr. 1335.

Digitized by Google

1329. Decbr. 3. Rostock. 5099.

Hartwig und Deneke, Gebrüder von Oldenstadt, Knappen, mit ihren Brüdern, dem Priester Alward und dem Knappen Johann, verkaufen den Gebrüdern Dietrich und Johann Wilde, Bürgern zu Rostock, das Dorf Jürgenshagen mit Ausnahme ihres Hofes, wiederkäuflich binnen 12 Jahren.

Uniuersis presentia visuris seu audituris nos Harthwicus et Denekinus armigeri, in infrascriptis principales, et Alwardus presbiter ac Johannes armiger, fratres dicti de Oldenstad, cupimus fore notum et publice presentibus protestamur, quod nos de consilio et consensu vxorum, pnerorum ac propinquiorum amicorum nostrorum et omnium, quorum interest vel interesse poterit, vnanimiter et concorditer discretis viris Thiderico et Johanni fratribus dictis Wilden, ciuibus in Rozstoch, suisque heredibus iustis totam villam Jordaneshaghen cum omnibus suis attinentiis, redditibus et prouentibus, sicut in terminis et distinctionibus suis iacet, cum omni iure et vtilitate et iurisdictione, sicut nos hactenus habuimus, absque quolibet seruicio inde faciendo, quia nos ad seruicia deinde facienda de curia ibidem sita tenebimur sicut prius, pro mille et octingentis marcis denariorum Rozstoccensium iuste et rationabiliter vendidimus et vendendo dimisimus, et nos cum nostris vxoribus et omnibus feodum vel collacionem in ea habentibus coram dominis terre libere resignauimus pacifice et libere possidendam, preter curiam predictam, quam nos Harthwicus et Denekinus predicti inhabitamus, et agros ac pratum, quod koppele dicitur, prope curiam situatum, et pratum feni, quod heynwisch dicitur, et molendinum, ad dictam curiam pertinentia, que nobis Harthwico et Denekino prout prius libere remanebunt, ac eciam preter magnum pratum, quod cowisch dicitur. Jn quo ligna in ipso constituta nobis, Harthwico et Denekino predictis, pertinebunt, sed totus fundus dicti prati villanis et ciuibus dicte ville ad pascua pertinebit; de quo specialiter prato ipsi villani predictis Thiderico et Johanni fratribus dictis Wilden et eorum heredibus annuatim in festo beati Martini episcopi triginta marcarum denariorum Rozstoccensium redditus cum omnibus aliis redditibus totius ville predicte intra ciuitatem Rozstoch soluere tenebuntur; in quo etiam prato pecora nostra, scilicet Harthwici et Denekini propria, que in curia nostra predicta habuerimus, et non aliena pecora, cum pecoribus villanorum libere pasci debebunt. Cuius quidem prati termini seu distinctiones in longum et latum vsque ad koppelen iuxta agrum et vsque ad terminos ville Wokrente, necnon vsque ad campum desolatum et vsque riuum, qui molenbeke dicitur, ac retro hechorst vsque ad pratum feni et circa fossatum dicti prati vsque ad willam Jordaneshaghen circumquaque per circuitum protenduntur. Jnsuper de iurisdictione dicte ville taliter est condictum: quod dicti fratres Wilden

Digitized by Google

et eorum heredes in suis distinctionibus iurisdictionem plenariam in omnibus optinebunt, et si per subditos suos in distinctionibus seu terminis nostris excessum perpetrari contigerit, illum dicti fratres Wilden iudicabunt, et quicquid inde euenerit, sibi tollent; si vero inter subditos eorum et familiam nostrum, Harthwici et Denekini predictorum, cottidianam, in curia nostra existentem, et eorum aliquem infra nostros terminos litem fieri vel excessum contigerit, nos et dicti fratres Wilden ex vtraque parte equaliter et equali autoritate iudicare poterimus et debemus, et quicquid inde euenerit, nobis equaliter applicare. Preterea, si aliquem vel aliquos villanorum ligna nostra secantem vel secantes aut fruges nostras subtrahentem vel subtrahentes furtiue et prope stipitem, stemne dictum, aut in agris nostris in manifesto facto deprehenderimus, super illo nos secundum iuris exigentiam procedemus; si vero in facto manifesto eum vel eos non deprehenderimus et pro huiusmodi facto vel delicto eos impetere vel incusare voluerimus, hoc coram dictis fratribus Wilden faciemus, qui super hoc iudicabunt et facient fieri, quod est iustum. Jn qua nichilominus villa prelibati fratres Thidericus et Johannes dicti Wilden nobis et nostris heredibus dederunt liberam potestatem eandem villam infra duodecim annos a proximo festo pasche continue subsequentes, quandocunque voluerimus, in festo pasche pro mille et octingentis marcis denariorum Rozstoccensium datiuorum intra ipsam ciuitatem Rozstoch cum prompta pecunia ibidem soluendorum reemendi; quod si fecerimus, extunc ad festum beati Martini proximum omnes fructus et redditus suos sine contradictione qualibet libere capiemus. Prefati etiam Thidericus et Johannes dicti Wilden fratres et eorum heredes predictam villam vendere, obligare, donare seu quomodolibet alienare licite poterunt, prout eis visum fuerit expedire; nobis tamen Harthwico et Denekino de Oldenstad predictis et nostris heredibus iure et potestate reemendi pro dicte quantitate pecunie reseruatis. At, si infra dictos duodecim annos huiusmodi villam, ut premittitur, non reemerimus, extunc sepedicti fratres dicti Wilden eorumque heredes iusto emptionis titulo ipsam villam Jordaneshaghen sine contradictione qualibet perpetuis temporibus libere possidebunt, habentes plenam potestatem ipsam ad quoscunque vsus ecclesiasticos vel mundanos, in parte vel in toto, prout ipsis placuerit et expedire videbitur, conuertendi. Testes huius rei sunt: honesti viri et discreti domini Georgius Hasenkop, Eghehardus de Bybowe et Nicolaus de Axekow, milites, Gherwinus Wilde, Hinricus Friso, Johannes Rode et Hinricus Rode, consules in Rozstoch, et plures alii fide digni. Jn cuius etiam rei lucidius testimonium sigilla nostrum, Harthwici, Denekini, Alwardi et Johannis fratrum dictorum de Oldenstad predictorum, vna cum sigillis dominorum Georgii Hasenkop, Eghehardi de Bybowe ac Nicolai de Axekowe, militum prefatorum, presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum in Rozstoch, anno domini M° CCC° XXIX°, dominica prima in aduentu domini, qua cantatur Ad te leuaui animam meam.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen noch die Reste von fünf pergamentenen Siegelbändern, ohne Siegel. — Vgl. 1330, Febr. 25, auch 1331, Jan. 5, und 1338, Octbr. 11.

1329. Nach Decbr. 6. Wismar. 5100.

Nicolaus, Müller zu Bekerwitz, Reder, Müller zu Gramkow, und Nicolaus Wilde von Gögelow schulden den Wismarschen Rathmännern Heinrich von Ricquerstorp und Johann Kalsow 8 Mk. Lübisch.

Nicolaus molendinarius de Bekeruitz et Reder molendinarius de Gramekowe, Nicolaus Wilde de Gøghelowe tenentur Hinrico Rikquerstorp et Johanni Kalsowen VIII marcas Lubicenses super pascha iuncta manu pro molari.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen nach Nicolai 1329.

1329. Nach Decbr. 13. Wismar. 5101.

Die Vorsteher des Hauses zum heil. Geiste zu Wismar vereinbaren sich mit den Wollenwebern daselbst wegen der Walkmühle.

Prouisores domus sancti Spiritus domini Johannes Rodekoghele, Johannes Krøpelin et Otto Bekkere concordauerunt taliter cum lanificibus vniuersis de walkemolendino, ita quod iidem lanifices dabunt de quolibet stamine ad walkandum quinque denarios Lubicenses. Jidem eciam lanifices facient totos labores famulo discreto in walkando semper dampnum vitandum. Adducent eciam pannos per se ad molendinum similiter et deducent et ignem per se et pro suis denariis comparabunt. Hec placitata durabunt, quamdiu consulibus Wismariensibus placebit. Si vero aqua minoratur, ita quod deficiat aque, tunc vna rota alterius molendini solum molet cum dicto molendino.

Vreese molendinarius reseruabit predictum fructum tocius molendini huius a proxima Walburgis vltra ad tres annos, ita tamen, quod dictis prouisoribus satisfaciat. Predicti eciam lanifices nusquam walkabunt nisi in dicto molendino.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs 1329, nach Lucie. — Auszüglich gedruckt in Schröders P. M. S. 1095.

Digitized by Google

1329. Decbr. 17. Lübek. 5102.

Konrad und Reimar Gebrüder von Plessen und Heine und Heinrich Gebrüder von Stralendorf genehmigen nachträglich den durch die Urkunde Nr. 5098 bezeugten Verkauf zweier Hufen zu Vorwerk auf Pöl.

In nomine domini. Amen. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod, cum strennui milites Eckehardus et Detleuus Neghendanch fratres duos mansos in villa Vorewerch in terra Poele sitos discreto viro domino Hinrico de Hattorpe, canonico et cantori ecclesie Lubicensis, cum iudicio sexaginta solidorum in eisdem duobus mansis et nichilominus cum iudicio duodecim solidorum et infra tocius ville predicte rite et racionabiliter et in perpetuum vendidissent pro trecentis marcis denariorum Lubicensium, cum omni iure et vtilitate, prout pertinuerant ad venditores prefatos, ac eciam cum libertate et condicionibus, que in priuilegio super hoc confecto sigillis dominorum Bertoldi Preen, Vickonis de Stralendorpe, militum, Bernardi de Plesse ac Nicolai de Stralendorpe fratrum et venditorum predictorum sigillato continentur expresse, nos Conradus et Reymarus de Plesse, fratres dicti Bernardi, et Heyno ac Hinricus de Stralendorpe, fratres Nicolai prefati, ne propter defectum nostri consensus predictus contractus quouis modo valeat inpugnari aut calumpniari, vendicioni predicte consensum beniuolum adhibemus omnesque libertates, iudicium et iura in ipso instrumento contenta, quantum in nobis est, eidem emptori ac colonis mansorum pretactorum liberaliter concedimus et prestamus. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis venditorum pretactorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, die dominica proxima ante festum Thome apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Fäden von abwechselnd grüner und rother Seide haben 6 Siegel gehangen; davon sind noch vorhanden:

1) ein schildförmiges Siegel, welches quer getheilt und in der schmalen oberen Hälfte schraffirt, in der unteren Hälfte schräge rechts getheilt ist (= Nr. 5098, Sgl. 5); Umschrift:

✠ [S'] E.ChARDI . . EChE.....

2) das hieneben auf Kosten des Herrn Regierungs-Präsidenten, Grafen Behr-Negendank auf Semlow abgebildete, ebenso getheilte schildförmige Siegel des Ritters Detlev Negendank; Umschrift:

✠ S DETLEVI NEGENDANCh

Derselbe Schild des Negendankschen Wappens kommt im Archive öfter vor, z. B. 1347, Aug. 12, und an mehreren Siegeln in der Urkunden-Sammlung des Vereins, z. B. vom 15. Juni 1421; jedoch ist zu bemerken, dass die Schraffirung in allen 3 Theilen des Schildes erscheint, also nicht bestimmt einer Abtheilung angehört. — In neueren Zeiten ist dieses Wappen missverstanden und z. B. im Behr-Negendankschen Wappen ein Schild daraus entstanden, welcher mit einer rechts gekehrten Spitze belegt ist und drei Farben hat: golden, silbern, roth. Dies ist aber unrichtig, da ein mit einem einfachen Zeichen belegter ungetheilter Schild nie drei Farben hat und die ganze ältere

Digitized by Google

Sphragistik dagegen spricht. — Denselben Schild wie die Negendank haben die von Parkentin, z. B. Henning von Parkentin 1387; vgl. Milde, Siegel des Mittelalters, Heft V, Taf. 9, Nr. 136, wo Milde S. 88 das Siegel richtig beschreibt: Schild quer getheilt, unten wieder schrägerechts getheilt. — Gleichen Schild hat auch Emeke Sten 1362; vgl. Milde, a. a. O. Heft VII, Taf. 16, Nr. 242, wo jedoch Milde S. 165 irrthümlich bemerkt: Auf dem Schilde liegt eine Spitze querrechts. Aehnliche Schildtheilungen kommen öfter vor, z. B. im Schilde der von See (vgl. Abbildg. zur Urk. vom 7. Febr. 1333) und (nach mehreren alten Siegeln im Wismarschen Stadt-Archive) der von Plüskow. — Gerd Negendank hat 15. Juni 1421 auf dem Helme ein aufgerichtetes, bepanzertes und besporntes Bein zwischen zwei niedrigen Kleeblättern; dagegen hat Henning von Parkentin 1387 auf dem Helme 5 Reiherfedern. (Lisch.)

5) ein gleiches Siegel mit den Stralendorfschen Schildzeichen (das Rad ist sechsspeichig); Umschrift:

— — IЯORIS . D' . S — — — —

6) ein gleiches Siegel mit denselben Schildzeichen; Umschrift:

✠ S' . h.....I . DG . STRA — — —

Das 3. und das 4. Siegel sind abgerissen. — Vgl. Nr. 5098 und 1335, Septbr. 20. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 1093.

1329. Decbr. 20. Schwerin. 5103.

Des Bischoffs Johannis vnd Capitulss Confirmationbrieff vber eine ewige Vicarey in der Kirchen zu Schwerin, so die executores seligen Marquardi Calui Testaments gestifftet haben, darzu sie gekaufft vnd gelegt Sechs hufen vnd eine halbe im dorffe Smaguntyn[1]. Datum Zweryn, in uigilia beati Thomæ apostoli, anno domini 1329.

Nach Claudrian, Protoc. fol. 18*, der dazu bemerkt: „Noch ein brieff desselben lauts vnd sub eodem dato. Vnd henget an den beiden nur das kleine (insigel des Bischoffs)." ([1] Sm. jetzt Schmakentin.) — Vgl. 1330, Mai 26 und 1333, April 4.

(1329 — 1340.) Scharnebek. 5104.

Das Kloster Scharnebek verleiht dem Grafen Heinrich von Schwerin und dessen Gemahlin Elisabeth die Brüderschaft des Klosters.

Nobili viro domino Hinrico comiti Zwerinensi ac nobili domine Elizabeth, vxori eius predilecte, frater Nicolaus abbas totusque conuentus in Schermbeke graciam in presenti et gloriam in futuro. Exigente pie deuocionis affectu, quem ad monasterium nostrum vos habere nouimus, damus vobis et animabus omnium progenitorum vestrorum fraternitatem ac plenariam participacionem missarum, vigiliarum, oracionum, castigacionum, ieiuniorum, elemosinarum et omnium bonorum spiritualium, que in nostro fiunt monasterio concedente domino, in vita et in morte. Vnde, cum obitus vester nobis nunciatus fuerit, extunc pro vobis,

Digitized by Google

quicquid pro fratribus nostris facere consweuimus, similiter faciemus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin in schöner, grosser Schrift. An einem Pergamentstreifen hängt ein kleines parabolisches Siegel aus grünem Wachs, mit dem Bilde eines stehenden Abtes mit Stab und Buch und mit der Umschrift:

✠ S' . ABBATIS . DC . RIVO :: SANCTC . MARIC .

Das Siegel hat ein kleineres parabolisches Rücksiegel mit einem stehenden Marienbilde und der Umschrift:

✠ ϘTRAS' . ABBIS : DC : RIVO : SCC : MARIC :•

Archivrath Dr. Grotefend zu Hannover theilt Folgendes mit: „Auf einem Vorstossblatte des grossen „Scharnebeker Diplomatars im königl. Archive zu Hannover sind die Aebte des Klosters eingeschrieben, „und zwar mit dem Todestage, von 1322 an auch mit den Jahren. Für die in Frage stehende Urkunde „dient folgende Stelle:

„Gerbertus de Huda — — — — — — — MCCCXXVIII, XIIII kal. Augusti.
„Huic successit quidam nomine Theodericus de Vogelsen — — — II idus Decembris.
„Nicolaus — — — — — — — — — MCCCXXIX, pridie nonas Aprilis.
„Hermannus de Molne — — — — — — — MCCCL, idus Septembris."

Da nun Graf Heinrich von Schwerin, seit 1316 mit Gräfin Elisabeth von Schauenburg vermählt, seine Gemahlin noch 1340 erwähnt (er selbst starb erst 1344), so setzen wir diesen Fraternitätsbrief in die Jahre 1329—1340. — Vgl. 1332, Juni 7.

(1329—1341.) 5105.

Johann von Lützow, Ritter, bittet die Lübischen Rathmänner Heinrich Pleskow und Eberhard von Alen um Einzeugung eines von dem Rathe zu Lübek in einer Grabower Streitsache gesprochenen Urtheils.

Laudabilibus viris ac preclaris dominis Hinrico Plessekowe et Heuehardo de Alen Johannes Lutzowe, miles, obsequiosam in singulis complacendi voluntatem. Noueritis, quandam discordiam cum duobus ciuibus in Grabowe me habere ex hoc, quod meum aduocatum in sede iudicis, ut michi innotuit, wlnerauerunt, ut coram dominis in Lubeke prius resonauit. Et omne a dictis inuentum, cum perueuerint in Grabowe, totaliter negant et abrenunctiant, non dicentes verum finem. Vnde vestre honestati duos ciues residentes in Grabowe transmitto per presentes, deprecans precibus studiosis, quatenus mei perpetui seruicii intuitu iterato eis diffiniatis diffinitum, michi per eosdem demandantes, quod in omnibus glisco promereri. Datum Grabowe.

Auf der Rückseite: Laudabilibus viris dominis Hinrico Plessekowe et Heuehardo de Alen detur.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 670, aus dem Original, auf der Trese, mit den Siegelbandeinschnitten. Das Siegel ist abgesprungen. — Eberhard von Alen kommt als Rathmann zuerst 1328 vor, und der Rathmann Heinrich Pleskow ist 1341 gestorben.

Digitized by Google

(1329—1347.) 5106.

Johann Reinolds und Johann Marschalk quittiren die Fürsten Albrecht und Johann von Meklenburg über 8 Mk. Stendalsch.

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, cupimus fore notum, quod nos . . Jo. Reynnoldi, dominus Jo. Marscalci publice recognoscimus per presentes, honorabilem dominum dominum Albertum et fratrem suum Johannem dictos de Mekellenburg in VIII marcis Stendaliensis argenti quitos penitus dimittimus ac solutos, quas nobis in festo sancti Mychahelis nunc futuro debuit (!) persoluisse, et ob hoc sibi summe regraciantes solucione de eadem.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das eingehängte pergamentne Siegelband zeigt noch geringe Spuren eines Siegels aus grünem Wachs.

1330. (Cöslin.) 5107.

Henning Slege, Knappe, bezeugt vor dem Rath der Stadt Cöslin die Beilegung aller Streitigkeiten zwischen ihm und dem Kloster Dargun wegen der Grenzen zwischen seinen Gütern und den Gütern des Klosterhofes Bast.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris consules ciuitatis Cussalin salutem in domino sempiternam. Constitutus coram nobis Henninghus Slece, famulus, manifeste recognouit, quod controuersia seu dissencio, que super terminorum distinctionibus villarum subscriptarum inter religiosos viros fratres videlicet monasterii Dargunensis, ex vna, et se ipsum, parte ex altera, vertebatur, esset sopita et ad informacionem amicorum parcium terminata. Prefatus insuper Henninghus Slece omni actioni, quam se habere super impeticione terminorum et villarum, Minoris scilicet Strecenis, Bandesyn, Sorebom, ac curie Bast asserebat, in nostra et aliorum discretorum, non coactus, sed sponte renunciauit presencia, cum protestacione, quod predictarum villarum terminos ac eiusdem monasterii Dargunensis bona occasione qualibet non impedire, nec velit in perpetuum modo quolibet imbrigare. Vt autem dissentionis materiam inter fratres Dargunenses et Henninghum Slece supradictos de terminorum distinctionibus villarum et bonorum vtriusque non contingat denuo suboriri, terminos predictarum villarum et bonorum, secundum quod antiquitus erant deputati, nunc vero per fossata, cruces, lapidum cumulos et alia signa distincti dinoscuntur, promisit et obligauit se fideliter seruaturum et a suis debere successoribus firmiter obseruari. Ceterum huic protestacioni presentes aderant eiusdem Slece et obligacioni: dominus Tesmarus et filius eius Swantus de Bonyn, dominus Bispraw, Tessen de Kamik, B[ru]no de

Digitized by Google

Bast et alii plures fide digni. Jn cuius rei testimonium sigilla ciuitatis nostre videlicet Cussalin ac sepedicti Slece presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° tricesimo.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen:

1) das grosse, runde Siegel der Stadt Cöslin mit einem Stadtthor, in welchem ein segnender Bischof mit dem Stabe in der Linken steht und neben welchem 2 Schilde mit einem Greifen hangen; Umschrift:

✠ SIGILLVM . CIVITATIS . C . . SALIN

2) das Siegel des Knappen Henning von Sleze mit einem gekrümmten Fisch, wie es zur Urkunde vom 13. Novbr. 1325 (Nr. 4671) beschrieben ist.

— Vgl. Urkunde Nr. 4671.

1330. 5108.

Eyn kauffbrief vber ein Drömpt rogken vnd zwo schock flax aus dem hofe, sso dho zur zeit Tethemannus im Dorpffe Tzirsow[1] besessen, Verkaufft durch Hermannum Vlph vor XIF marck stendelsch. Der keuffer yst Arnoldus Peltzer. Jst datirt Ao. p. 1330.

Nach dem aus dem 16. Jahrb. stammenden „Register der Siegel vnd briefe zur kirchen vnd kalande zw Grabow gehorich", Nr. II., im Haupt-Archive zu Schwerin. — ([1] Zierzow bei Grabow.)

1330. Lage. 5109.

Heinrich Dosse, Bürger zu Lage, stiftet eine Vicarei in der Kirche daselbst.

Hinrich Dosse, ein burger zu Lawe, stifftet eine vicarey oder beneficium zum altar S. Kathrinen in der Kirchen zu Lawe an der vorderseite von 20 Mk. lubisch geldes, wie zu Rostogk vnd Lawe genge vnd geue, ierlicher pacht vnd hebungen von den Erben, heusern p. vnd derselben besitzern, Alss erstlich vom Acker, die Kauelen genant, von der Kauel, die nu bawet Henningus Wulff, 2 Mk. lub., von der Kauel, so Peter Schilling bawet, 2 Mk. lub., von Heinrich Deetken Kauel 2 Mk. lub., von Detleui Timmen Kauel 2 Mk. lub., von den zwen kaueln, so Hinrich Timme bawet, 4 Mk. lub., Jedoch also, das der Vicarius von 2 Mk. lub. ein wachsslicht vorm hohen Altar vorschaffen soll, weil miss gehalten wirt, Von einem stucke ackerss, die Paalstucke genant, welchs nu bawet Johannes Wildeghus, 2 Mk. lub., Von einem stucke ackerss, die Windtmolenberch genant, den nu bawet Hinrich Schutte, 2 Mk. lub., von einem hopffenhofe, den Heinrich Went, 1 Mk. lub.; Jtem in grossen Lankow[1] von dem hofe vnd hufen, welchen bewonet vnd bawet Bertold Hoppener, 1 Mk. lub. vnd

Digitized by Google

4 witte, Von Gherdt Worpelss hofe 8 ssl. lub. Jn kleinen Lankow[2] von Clauss Vugen hofe vnd hufen 12 ssl. lub., von Reimar Pinnenberges hofe vnd hufen 1 Mk. sundisch; Jtem 2 Mk. lub., welche Hans von Leesten in die ehre Gottes gekaufft hat. Do nun von obgedachten Kaueln vnd hebungen etliche eingeloset vnd widerkaufft wurden, sollen die Patroni vnd Vicarius mit der Heuptsum andere hebungen wider erkauffen. Datum Lawe, Anno 1330.

Nach dem Kirchen-Visitations-Protocoll der Stadt Lage vom J. 1578 sq. von Clandrians Hand im Haupt-Archive zu Schwerin, mit folgenden einleitenden Worten: „Den brieff, darin der Pallstucke „soll gedacht werden, darumb mit den Leisten, die denselben in vorwarung gehabt, geredet worden, hat „Reimar Leisten folgendts gen Gustrow gebracht, ist lateinisch vnd desselben Jnhalt diss:“ — und „mit folgender eigenhändiger Nachschrift Clandrians: „Disen brieff hab ich, Daniel Clandrian, den Vor„stehern der Kirchen zu Lawe, alss Jochim Burmeistern, Jacob Schulten vnd Jochim Lemmeken, daselbst „zugestellet, bei die Kirchenbriefe zu legen, 14. Octbr. 1590.“ — [1]Gr. und [2]Kl. Lantow.)

1330. Plau. 5110.

Johann Barold Gamm, Ritter, und sein Bruder Zubbeke verkaufen dem Berthold Swartepape 12 Mk. Pacht von dem Wasser Sazik bei dem Gammenwerder (im Plauer See).

In nomine domini. Amen. Ne gesta cum lapsu temporis evanescant, oportunum est, vt tam testimonio lingwarum quam munimine litterarum roborentur. Nos igitur Johannes Baroldus, miles, et Zubbekinus, fratres dicti Gammen, omnibus potencia seu acta presencia visuris vel audituris gliscimus fore notum, quod ex maturo consilio omnium, qui ad hoc fuerant requirendi, necnon consensu nostrorum verorum heredum vendidimus rite ac racionabiliter iustoque vendicionis tytulo Bertoldo dicto Swartepapen necnon suis veris heredibus iure proprio ementibus et recipientibus reditus seu pensionem annuam duodecim marcarum slauicalium denariorum in sagena cuiusdam stagni, quod in vulgo Satzich dicitur, sita apud insulam, que Gammenwerder nuncupatur, cum omnibus pertinenciis, que ad ipsos reditus pertinere dinoscuntur. Pro quibus reditibus habuimus ac recepimus nomine iusti precii quinquaginta marcas monete Lubicensis in pecunia numerata a Bertoldo et suis heredibus supradictis; id autem precium in vsum nostrum plenius est conuersum. Ceterum vero dicti emptores et eorum ueri heredes ad aliquid dandum vel soluendum, faciendum seu dimittendum racione premissorum reditum nec nobis nec successoribus nostris aliquatenus tenebuntur. Quibus emptoribus et eorum liberis nos et sucsessores nostri plene satisfacere tenebimur pro defectu, si quem aliquando vel aliquo modo habuerint in suis reditibus memoratis. Est autem talis condicio intermixta, quod nos Jo Baroldus miles dictus Gamme et Zubbekinus eiusdem cognominis, fratres, seu nostri veri heredes a prefixo Bertoldo Swartepapen uel a suis veris heredibus pretactos

Digitized by Google

reditus duodecim marcarum slauicalium denariorum reemere poterimus vel poterint, cum decreuerimus seu decreuerint, sine briga, quinquaginta marcas pretexto Bertoldo uel suis liberis in festo Martini vnanimiter erogando; si autem non fecerimus nec dictis emptoribus in termino iam dicto precium numeratum invicem (non) donabimus, tunc illo anno inmediate sequenti illa reempcio nec a nobis nec nostris heredibus vllatenus extorquetur. Promisimus eciam sepedictis emptoribus, necnon presentibus promittimus, coram dominis de Werle dictos reditus resignare et omnia ad iuris patronatus spectancia, cum requisiti fuerimus, disbrigare nostris sub laboribus et expensis. Jnsuper nichilominus promittimus pretextis emptoribus, nec litem nec controuersiam racione premissorum redituum irrogare nec inferenti consentire, sed omnia suprascripta firma et rata habere perpetue et tenere et non contra facere vel uenire per nos uel per alios, puplice uel oculte. Jn quorum omnium euidens testimonium sygilla nostra huic littere sunt annixa. Datum anno domini M° C° C° C° XXX°. Testes huius sunt: dominus Ekhardus Hane, miles, et Nycolaus eiusdem cognominis, co[n]sules necnon ciuitatis Plawe et alii quam plurimi digni fide. Amen.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Zur Besiegelung ist nur ein Loch in das Pergament geschnitten, in welchem ein Pergamentstreifen hängt mit einem schon zerbrochenen, schildförmigen Siegel mit drei schräge rechts gestellten Sternen und der ganz klaren Umschrift:

. ....ISOLÆF . [©]....

Dies ist wahrscheinlich das Siegel des Zubbeke, d. i. Zubisclaf oder Zubislav oder Subislav Gamm. — Gedruckt bei Lisch, Berichtigung etc. S. 33, und Lisch, Cod. Plaw. p. 62-64. — Vgl. 1335, Febr. 26.

1330. Rostock. 5111.

Dietrich Raven verkauft seinem Oheim Dietrich Wilde Hebungen aus Niendorf.

Thideke Corvus cum consensu domine Alheydis vxoris sue vendidit Thiderico Wilden, auunculo suo, quinque marcarum redditus pro L marcis in curia Nicolai ver Wendelen et in altero dimidio manso ipsi curie coadiacente, in villa Nigendorp sitis, quolibet festo beati Martini erogandos, quos eodem festo pro L marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem. Dictus Thidericus suos redditus poterit extorquere curia ex eadem; et si defectum sustineret aliqualem, hunc idem Thidericus et vxor sua sibi refundent et restaurabunt.

Nach dem Rost. Lib. recognit. 1325—1338, fol. 65 b.

Digitized by Google

1330. Rostock. 5112.

Die Stadt Rostock verpachtet an Nicolaus Dreier einen Katen zu Röversdagen.

Ciuitas locauit Nicolao Tornatori vnam kotam in y[n]dagine Rouershaghen[1], in fine prope curiam Kerchof sitam. De qua dabit ciuitati XXX pullos beati Martini annuatim; et quando ciuitas ipsum ibidem diucius habere noluerit, tunc structuram suam vendat et vias suas, vbicunque voluerit, declinet.

Nach dem Rost. Lib. recognit. 1325—1338, fol. 66. — [1] Der Name „rou'shaghen" ist halb ausradirt.

1330. (Jan.) Rostock. 5113.

Ludwig Kruse kauft um 100 Mk. Pf. eine Rente von 18 Mk. aus dem Hause der Kinder Haltermann's und vermacht dieselbe diesen Kindern auf seinen Todesfall.

— — Dictus Lodewicus, quod vixerit, eisdem redditibus pocietur, sed ipsos post obitum eius assignauit duabus puellis dictis Haltermanni, claustralibus in Dobertin, scilicet Hezeken ac Tylzeke, ad tempora vite sue, sed post obitum ipsarum dicti redditus ad fratrem suum Ghyzeken deuoluentur.

Nach dem Rostocker Stadtb. 1324—1335, fol. 140[b].

1330. Jan. 9. Avignon. 5114.

Papst Johann XXII. befiehlt dem Bischofe von Lübek, die von dem weiland Fürsten Heinrich von Meklenburg ausgeführte Stiftung des St. Clarenklosters in der Stadt Ribnitz und die Schenkung des Patronats der Stadtkirche daselbst an das Kloster zu bestätigen, da der Bischof Johann von Schwerin zu säumig in der ihm übertragenen Ausführung vorschreitet.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri . . episcopo Lubicensi salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecte in Christo filie . . abbatissa et conuentus monasterii sororum sancte Clare in Ribeniz, ordinis eiusdem sancte, Zwerinensis diocesis: quod, quondam Henrico, domino Magnopolense tunc uiuente, nobis significante, quod ipse pro sue suorumque progenitorum remedio animarum, cupiens terrena pro celestibus et transitoria in eterna felici commercio commutare, dictum monasterium de bonis suis in fundo

Digitized by Google

proprio de licentia diocesani loci fundandum duxerat pariter et dotandum, abbatissa et monialibus inibi institutis, ac nobis humiliter supplicante, ut, quod super hoc actum erat, confirmare benignius ex certa scientia dignaremur, supplendo defectum, si quis fuisset in premissis, de apostolice plenitudine potestatis, ac pro augmento facultatum ipsius monasterii parochialem ecclesiam eiusdem loci in Ribeniz, cuius idem Henricus dumtaxat, ut dicebat, erat patronus, dicto monasterio incorporando, annectendo et perpetuo uniendo, ita quod cedente uel decedente rectore ipsius ecclesie, qui tunc erat, uel ea quouis modo uacante liceret prefatis abbatisse et monialibus corporalem ipsius ecclesie possessionem per se ipsas apprehendere, cuiusquam assensu minime requisito, et suis usibus applicare, reseruata de eius prouentibus perpetuo vicario inibi seruituro congrua portione, ex qua posset congrue sustentari, episcopalia iura soluere aliaque incumbentia onera supportare, nos eiusdem Henrici supplicationibus inclinati, venerabili fratri nostro Johanni episcopo Zwerinensi confirmandi auctoritate apostolica, quod super hoc factum erat, et supplendi omnem defectum, si quis fuisset in premissis, plenam et liberam concessimus per nostras litteras atque commisimus ex certa scientia facultatem, si simpliciter, summarie et de pleno, sine strepitu et figura iudicii, informatione prehabita super hiis, id sibi expediens uideretur; volu[i]mus autem, quod de iure patronatus eiusdem ecclesie suisque redditibus annuis, et utrum supportatis oneribus, que ecclesie predicte incumberent, aliquod comodum et quantum dicte abbatissa et moniales reportare ualerent, rescriberet nobis per suas litteras uel publicum instrumentum particulariter et distincte; quodque prefatus episcopus, licet receperit litteras supradictas, nimis lente in premissorum executione processit hactenus et procedit et, sicut creditur, ob timorem quorundam canonicorum ecclesie sue non audet ad executionem procedere premissorum. Quare prefate abbatissa et conuentus nobis humiliter supplicarunt, ut prouidere eis super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur ipsarum supplicationibus inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, ad premissorum executionem procedas iuxta earundem super hoc dicto episcopo Zwerinensi directarum continentiam litterarum. Datum Auinione, V. id. Januarii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Die Bleibulle ist von der angehängten Hanfschnur abgeschnitten. Unter dem unteren Umschlage steht
unten links: X auf dem Umschlage rechts:
X R. de Adria
de Villa
auf der Rückseite, wie es scheint:
R. d. Riui.

— Gedruckt in Beilagen zu den Wöchentlichen Rostocker Nachrichten 1823, Stück 43, S. 172, Nr. I. — Vgl. Nr. 4666 und 5077, auch unten 31. Decbr. 1330.

Digitized by Google

Anm. Dor Befehl des Papstes an den Bischof Johann von Schwerin, welchen Letzterer nicht befolgte, ist unter Nr. 4666 abgedruckt. — Lambert Slagghert erzählt in seiner Ribnitzer Chronik (nach einer Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin) Folgendes:

Broder Diderick, do der byscop van Zwerin nicht wolde em wygen de kercke vnd thobehor des closters [Ribnitz], heft he ghearbeydet tho Rome by dem pawesse, dat de byscop van Zwerin dorch bevel vnd heet des pawestes em wygede de karcke myt aller thobehör; vnde so noch brock were daran, dat de parrekerke nicht so gans vullenkamen were vorlaten deme closter vnd den süsteren vnd vorantwardet, dat sülweste he mochte ganslyken vorwllen. De biscop tho Zwerin, do he vornam vnd sach de breue vnde bevel, dat he dorch walt des pawestes, de dar un hadde bevestighet dat closter vnd de stede, scholde de kerke der süsteren wygen vnd de parrekerke en thoscriuen (Nr. 4666), dess he nicht wolde don, sünder se scholden en thoseggen tho genende CC marck Lüb., so wolde he dat bot des pawestes vullen bringhen. Broder Dideryck, do he nu horde, dat de hyscop nicht wolde dun na bewel des pawesses ane belonynge CC Lüb. marck, he tho dem anderen male arbeyde dat sülneste by deme pawesse tho Rome, Johannes do XXII., dat sülke eyn bewel, so de biscop van Zwerin haddo entfangen, mochte genen werden vnd bevalen deme byscop tho Lübke; wente tho deme broder Diderick sach syck vele gudes. Dat sülue ys so ghoschen. De hiscop tho Lübke, do he entünck dat bewel des pawestes in scryfft in iegenwardicheyt veler domheren, cleriken vnd ander ghestlyker personen, ock des rades, dat sülue he dar lauede myt gantzen vlyte vullen tho bringhen myt othmodicheyt. De domheren, do se dat horden, se sprecken tho dem biscop, dat he des nicht don scholde vmme vnfrede wyllen, de dar mochte af herkomen van deme biscop tho Zwrin, so dat were in sinen stychte, ofte se wolden em reken al den schaden, de darvan queme etc.: so heft syck laten seggen de byscop tho Lübeck vnd let dat schen etc. Broder Diderick, custos tho Lübke vnd eyn scaffer desses closters, do he horde, dat de byscop tho Lübke was vnmeghekeret van den domheren nicht tho wygende dat closter tho Ribbenitze na bevel vnde scryfte des pawoses, dachte auer, dat beter were eyn stücke geldes tho vorlaten vnd genen deme biscop tho Zwerin, alse dat do deust Gades des closters vnd gude wylle des vorsten, de dat hadde bestedighot, scholde thorügge blinen, dorvmme he dorch rat des biscoppes tho Lübke, vp dat alle dinck mochte kamen tho enem guden ende, heft ghegeuen deme biscoppe her Johan Gans C mark vnd LX Lübsker münte. Do erst de biscop heft ghelauet vullen tho bringhen alle, dat em hadde gescreuen de pawest, ernstlyken, sunder arghe lyst. Do dat horden de domheren tho Zwerin, warden [se] vnduldig vp den hyscop vnd spreken tho em: „Dat gelt, gnedighe here, dat iw heft gegeuen broder Diderick, genet em wedder! Wy wyllen iw sülck eyn gelt besorgen vnd geuen, vp dat gy nicht wygen der innefrowen kerken tho Rybbenytz vnd nicht en tho troste sin in deme, dat iw ghebeden ys van deme pawestc.“ De hyscop antwerde myt bitterbeyt sines mudes: „Ick hebbe broder Diderick dat gantslyken thoghesecht vnd em enen dach dartho vthgestemmet na synen wyllen, in welke[m] ick de karke wyl wygen. Ick achte iwes geldes nicht etc.“ — Vgl. unten 1330, Febr. 4, Septbr. 24 und Decbr. 31.

1330. Jan. 12. Stettin. 5115.

Das Cistercienser-Nonnenkloster bei Stettin überlässt dem Kloster Marienberg eine Mühle zwischen Jasenitz und Duchow um eine jährliche Korurente von 4 Wispeln Roggens.

Omnibus Cristi fidelibus presentem paginam audituris Alheydis diuina miseratione abbatissa, Mechtildis priorissa[1] totusque conuentus sanctimonialium ordinis Cistersiensis prope ciuitatem Stetyn orationum suarum munuscula deuotarum. — — Nouerit itaque copia presentium ac felix successio futurorum, nos — — dimisisse religiosis viris dominis canonicis Montis sancte Marie molendinum inter villas Jasenitz et Duchow situatum sub specie hereditatis. Prefati

Digitized by Google

vero in recompensam predictorum quatuor mansos cum omni iure, proprietate ac libertate, pactu, censu ac decimis et cum omni vtilitate, in prouincia Stetinensi extra nostram et ipsorum proprietatem sitos, in certis bonis, ubi vasallis nostris et eorum visum fuerit expedire, legitime comparabunt — — in tantum eciam, quod ex illis quatuor mansis quatuor chori siliginis annis singulis ..... valeant prouenire. Quamdiu vero huiusmodi mansos non comparauerint, predicti domini quatuor choros siliginis ex conventus orrio et ipsorum claustro quolibet festo Martini nobis in claustrum nostrum prompcius presentabunt — — —. Testes huius sunt: dominus Johannes noster prepositus, dominus Ertmarus, dominus Hinricus de Lubeke, canonici regulares Montis sancte Marie, — —. In euidentiam maiorem nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Stetyn, anno domini M° CCC° XXX°, die Veneris infra octauam epiphanie.

Nach einer vom Professor Hering mitgetheilten Abschrift aus von Dregers handschriftlichem Codex beim Gymnasium in Stettin. — [1] Die Priorin Mechthild ist aller Wahrscheinlichkeit nach die in Bd. V, Nr. 2907 und 3105 erwähnte Gräfin Mechthild von Schwerin, Tochter des Grafen Nicolaus I. von Schwerin-Wittenburg. Vgl. Wigger in Jahrb. XXXIV, S. 121.

1330. Jan. 12 — 1333. Decbr. 14. 5116.

Process der Stadt Stralsund wider den Bischof von Schwerin in dem Hoheitsstreite um das Land Tribsees vor drei Kölnischen Decanen als päpstlichen Appellations-Richtern.

An Nr. 5027 schliessen sich folgende Actenstücke:

[1.] 1330, Jan. 12 (feria sexta post epiphaniam domini), Köln. — Die Decane zu St. Andreä, St. Severin und St. Georg zu Köln tragen „dominis plebano in Warin, magistro Hermanno Papenhagen, Frederico dicto Cornekin, presbitero, et Hermanno Wampen, clericis Zwerinensis, Razeburgensis et Caminensis dyocesium", auf, den Bischof zu Schwerin zu ihrem Termin „in crastino festi trinitatis, si dies fuerit feriata, sit proxima sequens non feriata, proxime futuro" zu Köln in der St. Georgenkirche auf eingelegte Appellation der Stralsunder zu erscheinen. — Zwei gleichzeitige Abschriften im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3094.

[2.] 1330, Mai 17 (XVI° kal. Junii), Greifswald. — Hermann Wampen, Geistlicher des Caminschen Sprengels, erklärt vor Notar und Zeugen, dass er sich des Auftrags, den Bischof von Schwerin nach Köln zu laden [1], am 24. April (die octauo kal. Maii) durch öffentliche Ladung in der Stiftskirche zu Bützow in Anwesenheit des dortigen Decans Dietrich Gotghemake, der dortigen Domherren Johann Langherame und Johann Trost, des dortigen bischöflichen Hauptmanns (capitaneus) Johann von Bülow, Knappen, sowie der Rathsherren Otto Bere und Johann Wardenburg [1] entledigt und dem Decan und dem Hauptmann Abschriften seines Mandats gegeben hat. — Zwei gleichzeitige Abschriften im Haupt-Archive zu Schwerin (deren eine [1] Wardenberger giebt). — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3096.

[3.] 1330, Mai 18 (in crastino ascensionis), Stralsund. — Rath und Gemeinde der Stadt Stralsund bevollmächtigen Johann Tolner, sie in allen Processen, und namentlich in dem gegen den Bischof und das Dom-Capitel zu Schwerin, bei dem römischen Stuhle und sonst als Sachwalt zu vertreten (presentibus domino Reynwardo de Peniz, milite, magistro Enerhardo de Wampen, clerico, Hermanno Ghyseler et Hennekino Trebetowe, laicis, cinibus in Gripeswoldis). — Zwei gleichzeitige Abschriften im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3096.

Digitized by Google

[4.] 1330, m. Maii die XXV., Verden. — Johann von Alden, Decan zu Verden, bezeugt wiederum (wie am 7. April 1329, s. Nr. 5027, 6) vor Notar und Zeugen („Hinrico dicto Ketelhod, preposito" etc.), dass die Stralsunder den von ihm nach ihrer Appellation an den päpstlichen Stuhl begehrten Dimissorialbrief, welchen er am 3. Tage vor Ablauf des Termins öffentlich ausgeboten habe, nicht abgefordert haben. — Original des Notariats-Instruments im Hanpt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3100.

[5.] 1330, Juni 5 (feria III. post octauam penthecostes), (Köln.) — Der Official der Kölnischen Curie verkündet, dass der Procurator der Stadt Stralsund Johann Toylnere sich den Cleriker Hinricus de Porta substituirt hat. — Zwei gleichzeitige Abschriften auf denselben Blättern mit [3]. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3004.

[6.] Actum per Albertum de Brunswik et Hinricum de Porta, partium procuratores, et datum feria tercia post festum sacramenti (= Juni 12), a. d. MCCCXXX. — Termin vor den Decanen zu St. Severin, St. Andreä und St. Georg. Hinricus de Porta übergiebt seine Klageschrift, in welcher er die Hoheitsansprüche des Bischofs von Schwerin über Stralsund in Abrede nimmt, die Richter ersucht zu erkennen, dass Stralsund wider das Verfahren des Verdenschen Decans wohl appellirt habe, die Sentenz desselben zu cassiren und die Stadt gegen alle ihre nachtheiligen Wirkungen, sowie gegen sonstige Unternehmungen des Decans zu schützen.

Die Richter geben dem bischöflichen Sachwalt Abschrift und setzen zu seiner Vernehmlassung den 14. Aug. (vigil. assumptionis beate virginis Marie) an. Albert von Braunschweig nimmt die Copien entgegen, ohne jedoch die Appellation, weil sie zu spät eingebracht, anzuerkennen, noch mit den Richtern, der Citation, dem Ort des Gerichts sich zufrieden zu erklären. — Gleichzeitige Abschrift im Hanpt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3097.

[7.] (1330.) Actum feria II. post Thome (= Decbr. 24). — Der Sachwalt des Bischofs von Schwerin begehrt von den Kölner Decanen, ohne solche jedoch als Richter anzuerkennen, die Gegner unter Verurtheilung in die Kosten abzuweisen, da sie vor der Sentenz des Verdenschen Decans ungebührlich appellirt hätten, und wenn noch einmal nach derselben, jedenfalls als contumaces, auch ohne in gesetzlicher Frist den Dimissorialbrief zu erbitten oder die Appellation anzubringen. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3102.

[8.] 1331, m. Aprilis die prima, Verden. — Johann von Helwede, Vicar zu Verden, bezeugt vor Notar und Zeugen, dass der Dechant Johann dem Stralsunder Sachwalt damals, als dieser einen Dimissorialbrief von ihm begehrte, keinen Termin zur Abholung desselben angegeben. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3112.

[9.] Replik des Stralsundischen Sachwalts Bertramus de Cauerna (gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3113). Unter den Verzögerungsgründen wird auch der Tod des Bischofs [Johann] von Schwerin erwähnt.

[10.] Duplik des Sachwalts des Bischofs von Schwerin. — Bruchstück gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3117.

[11.] Triplik des Stralsundischen Sachwalts Bertramus de Cauerna. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3117.

Anm. In diese Zeit, vor den Kölner Spruch, fällt muthmasslich der Vergleichs-Versuch des Markgrafen Ludwig von Brandenburg (s. 1333, Juni 1) und vielleicht auch der Entwurf eines Vergleiches in mehreren Artikeln, welchen wir auf das Schreiben des Markgrafen folgen lassen werden.

[12.] 1333, „tercia decima die mensis Augusti", „in curia habitacionis nostri, decani ecclesie sancti Andree Coloniensis". — Die Decane zu St. Andreas und zu St. Georg und M. Gerardus de Xanctis, Pfarrer zu Hu'yswerde und Domherr zu St. Andreas in Köln, als päpstliche Appellationsrichter, thun den Diöcesen Camin, Schwerin und Lübek kund, dass sie den Bischof von Schwerin verurtheilt haben, der Stadt Stralsund die Kosten der Appellation, zu welcher sie unnöthiger Weise durch den Spruch des Decans von Verden und dessen Excention gezwungen war, bei Strafe der Suspension, im Falle längerer Weigerung bei Strafe der Excommunication, mit 240 kleinen Florentiner Goldgulden zu ersetzen. — Nach dem Transsumpt in [13].

Digitized by Google

[13.] 1333, 8. Septbr. (mensis Septembris VI° ydus), in cimiterio beati Nicolai in opido Stralessunt. — Die Stralsunder Rathmänner Bertramus Trauenmunde, Hermannus Papenhaghen, Tidericus Schelen, Tidemannus de Dorpen, Hinricus Daluisse, Martinus Calzow, Szeghevrith, Albertus Hu°venner, Hinricus de Loten, Martinus Wokensthede, Johannes Wren, Johannes Albus publiciren den Kölner Spruch [Nr. 12]. — Publications-Instrument im Haupt-Archive zu Schwerin. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3127.

[14.] Der Bischof Ludolf von Schwerin appellirte hiegegen an den päpstlichen Stuhl. S. 1334, Febr. 19. — Der Text der Appellation selbst hat sich anscheinend nicht erhalten.

[15.] 1333, Decbr. 14 (XIX. kal. Januarii), Avignon. — „Petrus Raymundi de Montebruno, prepositus Agathensis, domini pape capellanus et ipsius audiencie litterarum contradictarum officium gerens", bezeugt, dass „Mag. Gerardus de Rotzstoc, in Romana curia procurator", jüngst als Sachwalt des Bischofs von Schwerin in Sachen desselben wider Stralsund ein päpstliches Mandat an „Johannes de Polle, canonicus Coloniensis", vom 30. Novbr. (II. kal. Dec.) zu datiren, in der Audientia des römischen Stuhls begehrt habe, „magistri Gerardus de Bremis, Johannes Angeli de Interampne et Ventura de Adria ac Wilhelmus de Reys, in Romana curia procuratores", wegen rückständiger Salarien für mehrere Procuratorien für die Schweriner Bischöfe (Gerhard von Bremen wegen Nr. 4378, Johannes Angeli wegen Nr. 2193 und 2588, Mag. Ventura wegen Nr. 1942 und 3708, Mag. Wilh. de Reys wegen Nr. 3709, 3747, 4258 und 4259) auf jenes päpstliche Mandat Arrest gelegt, jetzt aber, nachdem Mag. Reynaldus de Reys sich erboten habe, das auf 8 Gulden (florenos octo) festgesetzte jährliche Salar in 3 Monaten für den Bischof von Schwerin zu zahlen, jenes päpstliche Schreiben unter Zustimmung jener Procuratoren freigegeben sei. — Original mit ziemlich wohl erhaltenem parabolischem Siegel im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. 1334, Febr. 19.

1330. Jan. 25. Wismar. 5117.

Benedict Stockfisch verpfändet eine Rente aus Neuburg an Gottschalk Bottin.

Benedictus Stokuisch[1] inpignorauerunt Gozscalco Bøytyne et suos heredes (!) pensionem ℔ tremodiorum siliginis, tantum ordei et tria tremodia auene et VI solidos Lubicensium denariorum cum omni iure, sicut eos habent de domino Georgio Pren, milite, quolibet festo sancti Michaelis semper proximo leuandam et tollendam annis singulis de vno manso ad villam Nigenborch sitam, quem mansum colunt Henneke et Hinceke dicti Vokke. Henneke Vokke promisit exponere suam partem dicte pensionis. Benedictus Stokuisch[1] possunt huiusmodi pensionem infra tres annos proximos, quando volunt, pro XI marcis Lubicensium denariorum libertare. Quodsi neglexerint libertare, extunc post tres annos dicta pensio Hennekino et suis heredibus perpetue ut sua iusta empcio remanebit.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs von Conuersio sancti Pauli. — [1]Die Lücken hinter Stockfisch sind nicht ausgefüllt.

Digitized by Google

1330. Jan. 26. Lübek. 5118.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet einen Vergleich der Stadt Lübek mit dem Bischofe Marquard von Ratzeburg wegen der Befestigungen zu Schönberg, welche Letzterer fortgeführt hat, nachdem Lübek der Appellation an den Papst entsagt hatte.

In godes namen. Amen. Her Berent Copman vnde syn brůder Brun vnde syn brůder Arnolt de don witlic vnde bekennen des openbare alle den ghenen, de desse gewerdeghen scrift ansen vnde horen, dat se synt ghescheden vnde ghedelet in aldusdaner wyse, also hir na bescreuen steyt. To dem ersten male so beholt her Berent vnde syne rechten erfnamen .de ver hoᵛuen to deme Bertoldeshaghen, de heft he ghekoft myt synes wiues brutschat. Uortmer beholt her Berent vnde syne rechten erfnamen tůvoren in beyden moᵛlen to Rybenitze twyntich mark gheldes gewelikes iares uppe sunte Mycheles dach. Allent, wat dar ouerblift, dat scal hebben her Berent half vnde syne rechten erfnamen, de ander helfte de scal hebben Brun vnde syne rechten erfnamen. Vortmer dat erue, dar her Berent ynne wonet, dat is syn vnde synen erfnamen; unde dat erue, dar Brun ynne wonet, dat is syn vnde synen erfnamen. Vortmer beholt her Berent vnde syne erfnamen dre mark gheldes in deme erue Hennekens van Plone, dat dar steyt up deme lorebrůke; (unde⁴ de hof, de dar is up deme lorebrůke, de is hern Berende half vnd synen erfnamen, vnde Brunes half vnde synen erfnamen.) Uortmer de ort by der herincbrughen de is hern Berendes half vnde synen erfnamen unde Brunes half vnde synen erfnamen. (Vortmer⁴ scal her Berent edder syne erfnamen syme brůder Arnolde gheuen tůvoren gewelikes iares syne leuedaghe, Arnoldes, des neghesse (!) daghes sunte Mertens vůfteyn mark Rosteker pennige, alse nv gat, van syme ghelde, dat

Digitized by Google

he heft in den molen to Rybenitze.) Uortmer scal Brun edder syne erfnamen syme brůder Arnolde gheuen tůvoren gewelikes iares syne leuedaghe, Arnoldes, des neghesten daghes sunte Mertens vůfteyn mark Rosteker pennige, alse nv gat, van syme ghelde, dat he heft in den molen tů Rybenitze. Vortmer, ofte dessem vorbenomeden Arnolde genich borst wert in dessem vorbenomeden ghelde, dar scal her Berent edder syne erfnamen vul vor don vor syn del, unde Brun edder syne erfnamen vul vor don vor syn del. Vortmer bekent des desse vorbenomede Arnolt, dat her Berent vnde Brun, syne brůdere, edder ere erfnamen dit vorbenomede ghelt, dat se hebben in den molen tů Rybenitze, moghen vorkopen vnde vorsetten, wene se willen vnde wor se willen, alsodane wis, dat se edder ere erfnamen eren brůder Arnolt wisen in alsodane ghelt, dar eme vul sche syne daghe vor de druttich mark gheldes, de hir vor benomet sint. Darmede is desse vorbenomede Arnolt ghescheden vnde delet van synen brůderen vnde heft ghelaten van allen dinghen. Dit is gheschen na godes bort dusent iar vnde drehundert iar in deme druttighesten iare, in sunte Philippi, Jacobes daghe, der hilligheu apostele.

Nach einer Abschrift auf 2 Quartblättern, in eckiger Schrift nach Art der Bücherhandschriften geschrieben, mit zahlreichen rothen Initialen, ohne alle Abbreviaturen. Diese Blätter sind eingeheftet hinter dem Rostocker Stadtbuch 1317—1320. [1] Das Eingeklammerte ist durchstrichen.

1330. (Mai.) Rostock. 5140.

Die Vorsteher der Marienkirche zu Rostock verkaufen eine dem Kirchspiel gehörende Rente aus einem Hause daselbst mit Zustimmung der Gemeinde.

Elyas Grulle ac Rotgherus Ammentrost, prouisores ecclesie beate virginis, ex consensu omnium parrochialium vendiderunt domine Ghertrudi relicte Pelegrim et pueris ipsorum illos quinque marcarum redditus pro L marcis denariorum, quos dicta parrochia habuit in hereditate Johannis Parui lapidea, in platea Cusvelt sita, quatuor anni temporibus erogandos, quos in altero dictorum terminorum pro L marcis reemere heredes Johannis Parui poterint, cum habuerint facultatem.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1324—1335, fol. 147.

Digitized by Google

1330. Mai 6. Dömitz. 5141.

Georg von Garsenbüttel, Hauptmann zu Dömitz, bezeugt, dass Heinrich von Frauendorf dem Kloster Eldena das Dorf Woos mit der Bedingung vermacht hat, dass dafür jährlich eine Seelenmesse für ihn gelesen werde.

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Georgius de Garsebutle, capitaneus opidi Domenitz, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum, tam presencium quam futurorum, noticiam cupio publice peruenire, quod in mea et testium subscriptorum, consulum opidi predicti, constitutus presencia, Hinricus de Vrowendorppe bona voluntate seu motu cordis proprio, de consensu et beneplacito omnium, quorum consensus requirendus fuit, legauit et dimisit villam Woez ob salutem anime sue cum omni iure et vtilitate seu prouentibus quibuslibet, quemadmodum ipse hactenus possedit, religiosis dominabus in Eldena, ita quod annis singulis vnam missam continuare pro saluacione et remedio anime ipsius debeant, perpetue possidendam, prout in litteris eciam domini Marquardi episcopi Raceborgensis super hoc confectis plenarie continetur, presentibus consulibus ibidem: Arnoldo Parsowen, Hermanno Boltone, Hermanno Vorrad et Henningho Crusen, cum pluribus aliis laude dignis. Datum ibidem, anno domini M°CCC°XXX°, dominica qua cantatur Cantate, sigillum meum et Tiderici Wenkesternen in maiorem caucionem lucide apponendo.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An zwei Pergamentstreifen hangen:

1) das schildförmige Siegel des Georg von Garsenbüttel aus grünem Wachs mit einem rechtsschauenden Adler; Umschrift:

✠ . S' . IVRIIS . DE . CARSLEBVTLE .

2) das schildförmige Siegel des Thiderich von Wenkstern aus grünem Wachs, wie es zur Urkunde Nr. 4768 beschrieben ist.

— Vgl. Nr. 5120.

1330. Mai 17. Schwerin. 5142.

Heinrich, Graf von Schwerin, verkauft der Stadt Schwerin das Dorf Turow.

Wir Heinrich, von Gottes gnaden Schwerinscher Graff, wunschen allen Christgläubigen, die dieses gegenwartige sehen oder hören, ewiges heyl in dem Herren. Dieweill der Menschen händel, wie gebührlich und öffentlich sie immer vollenbracht sindt, die vergessung mit fortgehender zeit pfleget in ein unwissen zu führen, derhalben ists, dass wir zu wissenheit sowoll der gegenwertigen alss der zukünfftigen begehren zu kommen, dass wir mit bewagenem gemüthe und dazu kommendem unserer räthe und aller, denen daran gelegen, und fürnemlich

Digitized by Google

Ulrich und Hønsen von Dryberg, gebrüdere, mitverwilligung den ehrlichen männern, unsern rathleuten der stadt Schwerin, gebührlich und wollbedacht dass gantze dorff Thurow mit allem recht und nutzen, alss es in seinen enden begriffen wirdt, alss in gebawten und ungebawten äckern, felde[r]n, wiesen, weyden, seen, holtzen, büschen, wasser und wasserlauffen und allen fruchten, fischereyen und zinsen, friedsam zu ewigen zeiten undt ohne alle einess ieden gegensage frey zu besitzen, verkauffet und uffgelassen haben, doch unss und unseren erben allein dass grössere gericht, alss handt und halss, vorbehalten. Wir bedencken auch die verbesserung und nutzen der genannten unserer rathleute, geben und verleyhen ihnen mildiglich mit gegenwertigem die bete dess gedachten gantzen dorffs uffzuheben nach summa der bete, die da alle iahr pflegt gegeben zu werden von den dörffern und gütern bey dem wasser Stepenitz gelegen. Dieses sindt gezeugen: die tüchtigen männer Ludewig Schwerin, Hinrich Raven, Werner von Halberstadt, Gebhardt von Bülow, schatzmeister der Schwerinschen kirchen, Hinrich Rosenhagen und Marquard, unser officialdiener, und andere sehr viel glaubwürdige. Auf dass aber dieser unser kauff von unseren nachkommen mit fortgehender zeit unzurissen bleibe, haben wir denselben unseren rathleuten gegenwertigen brief, darüber gemachet, zu zeugniss geben, mit bewährung unsers siegels befestet. Geben zu Schwerin, im iahr dess Herrn tausend dreyhundert dreiszig, in dem tage der himmelfarth dess Herren.

Das Original ist verloren. Die vorstehende Uebersetzung, „mit einer uhralten vorgezeigten Copey in Collatione gleichstimmig befunden", geben wir nach einer Abschrift aus dem Ende des 17. Jahrhunderts in der Raths-Registratur der Stadt Schwerin bei den Acten über Scheiden und Grenzen der Stadt. — Turow ist in der Feldmark der Stadt Schwerin untergegangen.

1330. Mai 17 — 1331. Mai 8. Wismar. 5143.

Kämmerei-Register der Stadt Wismar von Himmelfahrt 1330 bis dahin 1331.

Anno domini M° CCC° XXX° conuenerunt isti bodas suas: Johannes Gøttingen pro sua IIII marcas. — —

Hinricus Kerstane conuenit insulam ante valuam Lubicensem infra pontem et rennebom et nouam piscinam annuatim pro IIII solidis Lubicensibus, quod exspirabit tempore, quo prata ante valuam predictam exspirabunt. —

Computacio camerariorum dominorum Raboden et Hermanni Walmerstorp anno domini M° CCC° XXX° inchoatur.

Domine nostre tutoribus II mr. Versus dominum de Werle dominica[1] ante penthecosten dominus Krøpelin et dominus Martinus III mr[2] ex parte domini

Digitized by Google

nostri. Hermanno Septemfratrum de Michaelis et de pascha XV mr^{c}. Meynekino de Sode XII mr^{c} de pascha. Arnoldo Wildeshusen V mr^{c} de Johannis. Versus Wolken ad dominum de Werle ex parte domicelli nostri LX sol. per dominos Martinum et Sapientem circa Johannis. Jnuitacio domini Johannis de Bvlowe II mr^{c}. Propugnaculum Westfali X mr^{c}. Velbrvgge Magnopolensis value III mr. Vor vvrneboort ℣ mr^{m}. Vor sparren vnde svlle XX mr^{c}. Vor swedesschot IIII mr^{c}. Vor berneholt XIII mr^{c}. Abbati de Cismere XXVI mr^{c}, pro berneholt videlicet. Domino Riquerstorp IIII mr., Bvtzowen VI mr^{c}, Gherken VI mr., item I mr. nautis ad iussum Gherkini, Wikboldo XII sol., item XXIIII sol. pro lignis ad unam fornacem. Seniori Speghel XXVIII sol., fratri suo XIX de pecunia abbatis.

Dominabus de Godebutz II mr. slau. Pro refectione pontis value Haroldi VIII mr^{c}. Destructio turris deconstetit cum mundificatione laterum vsque diem Marie Magdalene XIII mr^{c}. Pro vestibus cre(s)tistarum XVIII mr^{c} cum pancquitacione. Pro timmerholt VII mr^{c}. Ollifusatrici XII sol. de Johannis. Ad episcopum IIℓ mr^{c}. Bis versus Wolken V mr^{c}. Versus Lvbeke dominus Wyse I mr^{m}. Ad cretistas bis II mr^{c}. Versus Schøneberghe XX sol. Versus Rozstok domini Krøpelin et Kalsowe ℣ mr^{c}. Versus Bukowe domini Johannes Kalsowe et Wentorp X sol. Versus Bukowe XX sol. per dominum Rodekoghelen et Ludolfum de Mølne pro latrocinio mulieri facto. Per dominos Rodekoghele, Krøpelinum, Eghardum et Wentorpum versus Sterrenberch et ad dominos de Werle cum duce Saxonie XV mr^{c}.

Arnoldus[2] Witte construet domum habitabilem in proximo pascha pro X mr^{c}, in qua Johannes Dedde locauit suos fructus, in platea serdonum sita[2].

Per dominos Conradum Reynoldi et Wentorpum versus Bukowe III mr^{c} pro latronibus mulieris. § Ad dominum Lvtzowen pro domino Eghardo Walmerstorp dominus Wentorp XXIIII sol. Dominus Eghardus Walmerstorp versus Schøneberghe et ibidem captus III mr. ex parte ciuitatis. Sabbato[3] post omnium sanctorum versus Sterrenberghe dominus Wentorp et Ludolfus de Mølne ad placita comitis Zwerinensis et illorum de Cernyn III mr^{c}. Hinricus versus Schonebergh met tercius pro apostolis I mr^{m}. Domini Wentorp et de Mølne contra comitem Zwerinensem versus Ventzekowe ex parte domicelli nostri XXIX sol. dominica[4] ante Martini. Versus Schoneberghe, cum dominus Eghardus ibidem esset captus, VI mr. Dominus Kadowe ad dominum Lvtzowen dominica[4] ante Martini et vltra ad Trauenam II mr. Hinrico de Sulta X mr. ad aduocaciam in Schanøre. Pro asseribus ad domum lateream IIII mr^{c} minus IIII sol. Dominica prima[5] aduentus domini versus Wolken IIℓ mr^{m} domini Eghardus et Wyse.

De natiuitate Cristi Hanna de Godebutz sustulit redditus suos II mr. slau. Pro fossa circum curiam domini nostri X mr^{c}. Pro fossa purganda et fodienda

Digitized by Google

super prato campi Rikquerstor[p] II mr^{c}. Pro stadio in loco antique domus allecium decem mr^{c}. Ad ampliandum propugnaculum Waterporte octo mr^{c}. Propugnaculum refectum circa plateam textorum XX mr^{c}. Gadera ad celarium pignorum II mr^{c}. Scampna fartoria I mr^{m}. Ad terebintandum machinas III mr^{c}. Emenda domus preconis II mr^{c}. Pro refectione stadii super curia laterum ante valuam Lubicensem III mr^{c}. Pro griseis tunicis famulorum VII mr^{c}. Domino Conrado de Mandrowe pro hura et tunica III mr^{c}. Daligendorpeschen XXVIII sol. Pro equo Gripeswolt dicto IIII^{Ł} mr^{c}. Domino Ludolfo de Mølne X mr^{c} ex parte domini episcopi. Dominus Martinus versus Trauenam infra octauas epiphanye[6] III^{Ł} m^{c}. Pro concordia versus Gnewesmolen per Rodekoghelen et Lvdekinum de Molne III mr^{c}. Jbidem alia vice pro dicto negocio per Wentorpum et Hermannum Rikelant duas marchas. Versus Rozstok domini Rodekoghele et Kalsowe, vbi ciuitate[nses] congregati erant ante Letare[7], III mr^{c}. Magistro Alberto IIII mr^{c}, quas sustulit dominus Ludolfus de Mølne. Pro vino XL mr^{c}. Ad stabulum centum mr^{c}. Bernardo VI mr^{c}. Notario XII mr^{c}. Pro tunicis eorundem VI mr^{c}. Famulis nostris XXIIII mr^{c}. Pro tunicis eorum paschalibus X mr^{c}. Valuatoribus V mr^{c}. Fabro XL mr^{c}. Westfalo XXX sol. Pro fodiendo sespites XXVII mr^{c}. Stabulario VIII mr. Pro fundamento funditus deportando turris XX mr^{c}. Pro ekene brede et tegulis VI mr^{c}. Ad equitandum Lvbeke contra Andream Burgimagistri XXVIII sol.

Jstis Lubicensibus dati sunt huiusmodi redditus: domino Gherardo de Tribbeses LI mr^{c} Lub., domino Hermanno Kleende[n]st XL mr^{c}, filio domini Sifridi de Bokholte X mr^{c}, Arnoldo Wildeshusen centum et V mr^{c}, Lvdekino de Colle XXX mr^{c} ex parte Bøgheneri; ad iussum domini Andree Laschen famulo Meynekini de Sode et Hermanni Septemfratrum XX^{Ł} mr^{m} Lub., Meynekino Morneweghe et Septemfratrum XX mr^{c} Lub. de Michaelis, Holdoni XXX mr^{c} Lub. de Michaelis.

Nach dem zu Nr. 4724 beschriebenen Wismarschen Kämmereiregister von 1326 — 1336, fol. 21 bis 25, im Anschlusse an Nr. 5059. ([1]= 20. Mai, vgl. Nr. 5145; [3]getilgt; [5]= 3. Novbr.; [4]= 4. Novbr.; [5]= 2. Decbr.; [6]7. — 13. Jan. 1331; [7]Laetare 1331 = 10. März.) — Gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 94. — Die Fortsetzung des Registers s. 1331, Mai 9.

1330. Mai 17. — 1331. Mai 8. Wismar. 5144.

Rechnungs-Ablage von der Wismarschen Stadt-Ziegelei von Himmelfahrt 1330 bis dahin 1331.

Anno domini M°CCC.XXX° ab ascensione vsque in ascensionem prouisores domus laterum videlicet domini Hinricus de Syphusen et Hermannus Rikelant. Tunc venerunt ad vsum ciuitatis VI$^{Ł M}$ holstens et X^{M} mvrstens et

Digitized by Google

ℓ^{M} holstens versus Grenesmølen. Dominus Johannes Krøpelin tenetur IIℓ^{M} holstens et IIℓ^{M} mvrstens. Dominus Thidericus Lasche IIℓ^{M} holstens. Dominus Hermannus Walmerstorp Iℓ^{M} et Iℓ^{C} holstens. Bernd Warendorp I^{M} holstens. Witte Wilken X^{M} mvrstens. Hinricus Lasche I^{M} holstens. ..... II^{M} holstens. Bvtzowe ℓ^{M} holstens. Domina Greta Walmerstorp Iℓ^{M} et Iℓ^{C} holstens. Nicolaus Helperici tenetur VI^{M} mvrstens de isto anno XXX. primo.

Nach dem in Bd. VII, zu Nr. 4724, beschriebenen Wismarschen Kämmerei-Register, fol. 45. — Gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 108.

1330. Mai 20. Schwisow. 5145.

Die Vormünder Albrechts und Johanns, der Fürsten von Meklenburg, versöhnen und verbinden sich mit den Fürsten Johann II. und Johann III. von Werle.

Wie Albrecht vnde Johan, von der gnade goddes herren to Mekelenborch, to Stargarde vnde to Rozstok, bekennen vnde betughen in disme breue openbare, dat wie mid rade vnde volbord vnser truwen man hebben gedeghedinghet mid den edelen herren, hern Johanne vnde Henninghe, herren to Werle, vnsen liuen vedderen, ene gantze, stede sone twischen en vnde vns vmme alle schelinghe, de twischen en, af ene half, vnde vnsme vadere, deme god genedich si, vnde vns, af ander half, wernde was. Darbouene hebbe we vns to samende vorenet vnde vorlouet sunderliken, als hir na bescreuen steyt. Wie scholen vnsen vedderen geuen dre dusent mark lodighes siluers Colnerscher wicht vor, dat se vnse vormundere nicht wesen scholen, vnde vor alle stucke vnde schulde, de se vp vnsen vader vnde vns to vorderende hadden. Des schole wie en bereden vif hundert mark lodigh[es] siluers to pingsten, de nu kumpt, vnde vif hundert mark lodich schole wie en los maken to den borgeren von Rozstok vor ere schulde; vortmer s[ch]ole wie en bereden dusent mark lodich to winachten, de nu kumpt, vnde de lesten dusent mark lodich to winachten, de nu kumpt, vort [ou]er en iar; dat siluer schole wie bereden vnsen vedderen to Guzstrowe vppe disse vorsprokene daghe binnen vnsme leide. Vortmer schole wie vnsen vedderen behulpen sin vp alleswene, wor en des nod is. Hir neme wie vt: koningh Cristofore von Denemarken vnde koningh Erike vnde hertogen Otten, sine sone, koningh Magnus von Sweden vnde von Norwegene, den marchgreuen von Brandeburch, hertoghen Rodolfe von Sassen, hertoghen Otten vnde Wilhelme von Lunenborch, de hertogen von Stetyn, greuen Hinrike von Zwerin, greuen Gherde vnde greuen Johanne von Holtsten, greuen Gunzels kindere von Zwerin, den bischop von Hauelberghe, den Gans von Putlist, de von Winteruelde, de

Digitized by Google

von Zwerin to Spantecowe vnde to deme Oldigeshaghen, Boldewene vonme Croghe vnde Hinrike vnde Seghebande Tune. Minne vnde rechtes schole wie weldich wesen ouer disse vorbenomden, de wie in vnsen vrede nomen hebben. Wan vnse vedderen vnser bedoruen, so schole wie en volgen af disse half der see mid sestich mannen vp orsen sunder toch; dat scholen se vns laten vore weten verteynnacht. Were auer, dat ere slote worden bestallet oder en her vp se toghe binnen eren landen af disse half der see, so schole we en volghen mid anderhalf(half) hundert mannen vp orsen vp vnsen schaden; dat scholen se vns laten vor weten vere wekene. Kost scholen se vns geuen, wan we komen in ere negeste slod. Nemen se vromen an vanghenen oder winne se slote oder land, de scholen se mid vns delen na mantalen; winne se auer vesten oder land, de vnse sin oder de van vns to lene gan oder to pande stan, de scholen se vns antworden vnde wie scholen de beholden. Dat silue schole wie en don. Dignisse scholen se beholden to hulpe der kost. Vnse vorbenomden vedderen scholen bliuen bi alsodanner scheide, de se hadden, do vnse vader starf, vnde scholen en nicht neger buwen, wan we rede gebuwet hebben; sen scholen och vns nicht neger buwen, wan se rede gebuwet hebben. Och scholen vnse vedderen gelden vnsen mannen, borgheren vnde Joden schulde, de se en redeliken bewisen moghen, vnde scholen se bi rechte laten. Schuldeget men se, so schal me en legghen daghe vnde staden en erer manne recht. Wil wie och schuldigen vnser vedderen man, ouer de scholen se vns helpen minne oder rechtes; dar schal vns ane noghen, vnde scholen en darbouene nene wald don; wolde auer ienich erer man in eren landen an rechte sich nicht genoghen laten, vp den schole wie en behulpen sin, dat sich islich man an rechte noghen late. Wie scholen en och land vnde straten helpen vreden, wor en des nod is; vnde wie en scholen nene ansprake hebben vppe land, slote vnde man, de se nv inne hebben. Och scholen se vns like don vmme dat land to Valster vnde holden vns de scheide, als dar gedegedinghet is. To ener gantzen, steden, ewiger sone vnde vruntschap to bliuende twischen vnsen vorbenomden vedderen vnde eren eruen, af ene half, vnde vns vnde vnsen eruen vnde vnsen susteren Beatricen vnde Agneten vnde vnsen landen, af ander half, also dat wie nimmer vndertwischen viande werden scholen, so scholen vnse man, stede vnde land, ane dat land to Stargarden, huldighen vnsen vedderen vnde eren eruen to rechteme erue, also beschedeliken: storue we beide ane eruen, des god nicht en wille, so scholen vnse sustere beide in vnsen mannen, landen vnde steden ere rechtecheit beholden; na erer beider dode schole land, man vnde stede vnser vedderen ewichliken bliuen. Vnse vorscreuenen vedderen scholen och man, land vnde stede vntwerren van aller ansprake gestlich vnde werlich, de me vp se hebben mach, wan se an en komen. Desse breue scholen och nicht schaden allen anderen breuen, de twischen vnsen vedderen vnde eren eruen

Digitized by Google

vnde vnsme vadere vnde vns vore geuen sint. Dat wie disse vorscreuene sone stede vnde gantz ewilichen holden, dat loue wie vntruwen vnsen vorbenomden vedderen, vnde mid vns her Gurges Hasencop, her Wiprecht Luzowe, her Hinrik von Barnecowe, her Hinrik vnde her Johan von Plesse, her Herman von Ortze, her Echard Hardenacke, her Otto von Dewiz, her Heyne Manduuel, her Claws von Helpede, her Henningh von Peccatele vnde her Henningh von der Dollen, riddere, Henneke Molteke, Henneke Vmmereyseke vnde Wlf von Swetzin, knechte. To ener bethughinghe alle disser dingh, so hebbe wie dissen bref gegeuen, besegelt mid vsme inghesegele. Vnde is gegeuen na der bord goddes dusent iar drihundert iar an deme drittegesteme iare, des negesten sondaghes vor pingesten, in deme dorpe to Tywizowe.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Pergament hat an einer Stelle [ ] durch Moder gelitten. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 5056 abgebildete Siegel der Vormundschaft des Fürsten Albrecht. — Gedruckt in Jahrb. VII, S. 245, und danach bei Lisch, Oertzen. Urk. I. Bd., S. 97 (im Auszuge), auch in Hildebrand's Diplomatar. Succanum IV, p. 159. — Ueber die Anwesenheit Wismarscher Gesandten vgl. Nr. 5143, S. 128, Z. 1: Versus dominum de Werle etc.

1330. Mai 25. 5146.

Johann von Nienburg, Bürger zu Boizenburg, verkauft dem Kloster Scharnebek eine jährliche Haferhebung aus Boizenburg.

Johannes de Nygenborg, ciuis Boitzenburgensis, uendidit abbati et conuentui in Schernebeke quinque choros auenæ pro 70 marcis denariorum Hamburgensium, singulis annis in oppido Boitzenburgk percipiendos. Anno 1330., in die Vrbani.

Nach (Clandrian's) Registratur der Boizenburger Kirchenbriefe im Visitations-Protocoll vom Jahre 1579. — Vgl. Nr. 4606.

1330. Mai 26. Cismar. 5147.

Das Kloster Cismar verkauft das Eigenthum von 8 Hufen in Schmakentin an die Testamentsvollstrecker des Vicars Marquard Kale zu Schwerin zur Stiftung einer Vicarei im Dome zu Schwerin.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes diuina miseratione abbas, Johannes prior totusque conuentus monasterii in Cismar, ordinis sancti Benedicti, Lubecensis dioecesis, omnibus presens scriptum uisuris uel audituris orationes in Christo et rei geste agnoscere ueritatem. Sacris canonibus nouimus institutum, ut nulla fi[a]t rerum ad ecclesiam pertinentium, non solum

Digitized by Google

immobilium, uerum etiam mobilium, alienatio, nisi euidens necessitas urgeat debitorum, aut hii, ad quos dicte ecclesie prouisio et rerum dictarum dispensatio pertinet, aliquid horum faciant, ut meliora prospiciant, ita demum, ut ipsa ecclesia nullam sentiat lesionem. Sane, cum nos, considerata euidenti necessitate, commoditate et melioratione nostri monasterii ac necessitate compellente, quasdam uillas nostro monasterio uicinas, scilicet Korneke, Wendesche Pastin, dimidiam uillam Slemmin uendidissemus et eas obtenta gratia reemptionis infra distinctos annos rehemere debemus, nos graui oppressi onere debitorum, nec habentes in rebus mobilibus, unde talem reemptionem facere possemus, maturo contractu et diligenti deliberatione prehabitis, placuit nobis omnibus et singulis aliquam rerum immobilium alienationem facere pro reemptione rerum nostro monasterio magis utilium atque pro alleuatione grauium debitorum. Petito igitur et obtento consensu reuerendi patris nostri domini Henrici Lubicensis episcopi, uendidimus rite ac rationabiliter discreto uiro domino Johanni de Suuan, ecclesié Suuerinensis perpetuo vicario, et Gertrudi relicte Johannis de Wunstorpe bone memorie, quondam consulis in Wismaria, et Alheidi vxori Vlrici, consulis in Suuerin, executoribus testamenti quondam domini Marquardi dicti Calui, dicte Suuerinensis ecclesie vicarii, octo mansos in uilla nostra Smakentin, sita in parochia Luboue, dioecesis Suuerinensis, cum omni proprietate, libertate et iure uasallorum et iudicio sexaginta solidorum et infra et tertia parte maioris iudicii, uidelicet manus et colli, cum omnibus prouentibus et utilitatibus, agris cultis et incultis, lignis, pratis, pascuis, piscariis, aquis, aquarum decursibus et singulis locis utilibus et inutilibus, sicut huiusmodi bona hactenus habuimus et multis annis in possessionem habere et possidere de iure seu consuetudine debuimus, et ut in literis nobilis domini Henrici Magnopolensis bone memorie de hoc confectis plenius continetur, ad instaurandam in ecclesia Suerinensi perpetuam vicariam, iam cuidam scholari nomine Marquardus, filio dicti Vlrici, consulis in Suuerin, assignatam, quorum mansorum colit duos Conradus, Henricus Rederi duos, domina Jmme uidua duos mansos cum dimidio, Johannes Rederi alterum dimidium mansum, eiusdem uille uillani, pro ducentis marcis et septuaginta sex marcis duobus solidis minus Lubecensium denariorum, qu[a]s recognoscimus ab eisdem integraliter percepisse et in solutionem ac reemptionem dictarum uillarum, scilicet Korneke, Wendeschen Pastin, dimidie uille Slemmin, conuertisse, renunciantes exceptioni non numerate pecunie et deceptionis ultra medietatem iusti pretii et generaliter omni exceptioni, per quam huiusmodi uenditio in toto uel in parte, de iure uel de facto irritari ualeat seu impugnari. Jn cuius rei testimonium predictus uenerabilis pater et dominus noster episcopus Lubecensis sigillum suum, et nos abbas et conuentus sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Et nos Henricus dei gratia episcopus Lubecensis, quod premisse alienationi consensimus et ei authoritatem dedimus ex causa superius expressa et coram nobis sufficienter ostensa, presens

Digitized by Google

scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum in Cismar, anno domini millesimo trecentesimo et trigesimo, in uigilia pentecostes, presentibus et consentientibus nobis omnibus et singulis et propter hoc, ut mos est, in nostro capitulo specialiter congregatis.

Nach einer beglaubigten Abschrift des 16. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. 1329, Decbr. 20 [Nr. 5108], und die beiden Bestätigungs-Urkunden des Fürsten Albrecht d. d. 1330, Juni 5.

1330. Mai 30. Lübek. 5148.

Hinrici, Bischoffs zu Lübeck, Consensbrieff, das Wypertus, Abt, vnd der Conuent in Cyssmar ein teil vom Dorffe Warikessdorp nach inhalt des inserirten kauffbriefes, nämlich vier hufen vnd 1 vierteil, hern Ludero, Probsten zu Zwerin, verkaufft haben vor CCXXXVIII Mk. lub. Datum Lubeke, anno domini 1330., III. kal. Junii.

Clandrian, Protocoll fol. 88 b. — Vgl. Nr. 4628.

1330. Mai 30. Lübek. 5149.

Hinrici, Bischoffs zu Lubeck, consens, das Johannes, Abt, vnd der Conuent zu Cyssmer inhalt des einuerleibten kauffbriefes dem Propst vnd Capittel zu Zwerin verkaufft haben in Werckstorp sechs Hufen, eine halbe, ein drittentheil vnd ein zwelfftenteil einer hufen vor 400 Mk. Lub. Datum Lubeke, anno domini 1330, III. kal. Junii.

Clandrian, Protocoll fol. 88 b. — Vgl. Nr. 4629.

1330. Juni 5. Avignon. 5150.

Papst Johann XXII. befiehlt allen Erzbischöfen und Bischöfen, in ihren Sprengeln nicht zu dulden, dass Betrüger unter dem Scheine des Ordens des heil. Antonius ohne besondere päpstliche Erlaubniss Almosen sammeln, sondern dieselben zu bestrafen und ihre Sachen den Antoniusbrüdern zu überweisen.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus . . archiepiscopis et episcopis, ad quos iste littere peruenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum . . abbatis et conuentus monasterii sancti Antonii, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti

Digitized by Google

Augustini, Viennensis diocesis, cui quidem monasterio felicis recordationis Bonifacius papa VIII., predecessor noster, hospitale sancti Antonii dicte diocesis, quod antea per magistrum et fratres gubernabatur, subiecit et uniuit, uolens inter cetera, quod abbates, qui eidem monasterio preessent pro tempore, predictum hospitale gubernarent, nec magistri uel dompni dicti hospitalis de cetero, sed abbates dicti monasterii sancti Antonii appellarentur, nobis extitit intimatum, quod quidam iniquitatis filii, per fas et nephas sibi ponentes multiplicare non sua, quedam tuguria, quidam uero quedam altaria sub nomine sancti Antonii construnt (!) et sub tali uelamine elemosinas per diuersas colligunt regiones, et que creduntur ab e[is]-dem datoribus hospitali exhiberi predicto pro pauperibus et infirmis degentibus in eodem, in alienos usus penitus consumuntur; quare dicti abbas et conuentus nobis humiliter supplicarunt, ut indempnitati eorum in hac parte prouidere paterna solicitudine curaremus. Cum igitur fraudibus talibus sit non imerito (!) obuiandum, vniuersitati uestre ad instar felicis recordationis Jnnocentii pape IIII., predecessoris nostri, per apostolica scripta mandamus, quatinus, si quos huiusmodi tuguriorum uel altarium occasione questores in uestris diocesibus contigerit inueniri, capi faciatis eosdem cum omnibus bonis suis et res ipsas hospitalis predicti eisdem abbati et conuentui ac fratribus uel eorum nuntiis assignantes, illos seueritate debita castigare curetis, generaliter per singulas uestras dioceses inhibendo, ne questores aliqui ad petendas elemosinas uel etiam colligendas nomine sancti predicti sine litteris apostolicis, ad hoc specialiter concessis abbati et conuentui ac fratribus memoratis, aliquatenus admittantur. Datum Auinione, nonis Junii, pontificatus nostri anno quarto decimo.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin, unter den Urkunden des Antoniusklosters Tempzin. Die Bleibulle ist von der eingeschürzten Hanfschnur abgerissen. Auf dem untern Umschlage der Urkunde steht links: R . Alard.. F....enert.., wie es scheint, sehr abgescheuert und unleserlich, rechts: d . R . Boer.., verblichen. Der ausstellende Papst kann nur Johann XXII. sein; vgl. Nr. 5151, Note.

1330. Juni 5. Avignon. 5151.

Papst Johann XXII. verhängt zu Gunsten des Ordens des heil. Antonius den Bann über alle, welche fälschlich unter dem Scheine des Ordens, ohne Bevollmächtigung des Abtes, Almosen und Schenkungen sammeln und annehmen.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis abbati et conuentui monasterii sancti Anthonii, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, Viennensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Meritis uestre deuotionis ducimur, vt votis vestris, quantum cum deo possumus,

Digitized by Google

fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati vniuersis et singulis ad instar felicis recordationis Clementis pape V., predecessoris nostri, districtius inhibemus, ne quiuis, cuiuscumque status vel conditionis existant, preter monasterii vestri fratres, qui a te, fili abbas, super hoc habuerint potestatem, pretextu alicuius oratorii vel altaris sub vocabulo illius beati Anthonii, in cuius honore monasterium ipsum constructum esse dinoscitur, necnon et ipsius monasteriorum constructorum uel construendorum imposterum elemosinas, vota seu legata petere uel recipere nomine eiusdem sancti quoquo modo proponant. Nos enim in omnes et singulos questuarios, elemosinas, vota seu legata contra voluntatem vestram recipientes predicta, nisi a vobis vel aliquo de fratribus vestri monasterii canonice moniti illa vobis infra certum peremptorium terminum competentem, per vos vel aliquem de fratribus vestris prefigendum, eisdem restituere procurauerint, excommunicationis sententie decernimus subiacere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, nonis Junii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

Nach zwei beglaubigten Transsumpten, der päpstlichen Curie vom 21. Juli 1474 und des Bischofs Albert von Lübek vom 27. Febr. 1481, im Haupt-Archive zu Schwerin, unter den Urkunden des Antoniusklosters Tempzin. Die vorstehende Bulle wird in beiden Beglaubigungsformeln als „littere „felicis recordationis Johannis XXII. pontificis“ bezeichnet. — Vgl. die nächst voraufgehende Bulle von demselben Datum, Nr. 5150. Die angezogene Bulle des Papstes Clemens V. s. Bd. V, Nr. 3342.

1330. Juni 5. Wismar. 5152.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt den Verkauf des Eigenthums von 8 Hufen in Schmakentin durch das Kloster Cismar an die Testamentsvollstrecker des weiland Vicars Marquard Kale zu Schwerin zur Stiftung einer Vicarei im Dome zu Schwerin.

Albertus dei gratia Magnopolensis, Stargardiensis et in Rostock dominus uniuersis Christi fidelibus presentia uisuris seu audituris salutem in omnium saluatore. Notum esse cupimus et constare uolumus uniuersis, quod dominus Johannes abbas totusque conuentus sancte Marie sanctique Johannis euangeliste in Cismaria, ordinis sancti Benedicti, Lubecensis dioecesis, considerata euidenti utilitate eiusdem monasterii sui et diligenti deliberatione prehabita, accedente ad hoc nihilominus ex superabundanti ad cautelam nostro ac dilecti fratris nostri domicelli Johannis ac consiliariorum nostrorum infrascriptorum et omnium, qui super hoc necessario fuerant requirendi, libero beneplacito et consensu, uendi-

Digitized by Google

derunt domino Johanni de Suuan, perpetuo vicario ecclesie Suerinensis, et aliis executoribus testamenti domini Marquardi Kalen bone memorie, quondam uicarii ecclesia in eadem, octo mansos in villa Smakentin, sita in parochia Lubouue, in dioecesi Suerinensi, cum omni proprietate, libertate, utilitate et iure uasallorum nostrorum ac iudicio sexaginta solidorum et infra et tertia parte maioris iudicii, uidelicet manus et colli, cum omnibus fructibus, prouentibus ac utilitatibus, aquis, aquarum decursibus et refluctibus, piscariis et singulis locis, utilibus et inutilibus, et cum omnibus conditionibus in priuilegiis progenitorum nostrorum plenius expressis et contentis, et sicut dicti abbas et conuentus huiusmodi bona hactenus habuerunt et multis annis in possessione habere et possidere de iure seu de consuetudine debuerunt, nobis uero et nostris heredibus duabus partibus maioris iudicii, uidelicet manus et colli, cum precaria in ipsa uilla Smakentin reseruatis, quas iidem abbas et conuentus tempore huiusmodi uenditionis nobis uoluntarie resignarunt, licet pluribus temporibus per literas seu priuilegia progenitorum nostrorum ipsos nouerimus habuisse, pro ducentis et septuaginta sex marcis duobus solidis minus denariorum Lubecensium, abbati et conuentui predictis, prout recognouerunt, integraliter persolutis. Quam quidem pecuniam abbas et conuentus sepedicti in euidentem utilitatem sui monasterii, uidelicet in reemptionem uillarum Korneke, Wendeschen Pastin et dimidie Slemin, confessi sunt coram nobis se plenius conuertisse, ac nihilominus dictis emptoribus possessionem dictorum bonorum tradiderunt liberam et uacuam ad perpetuam vicariam in ecclesia Suerinensi instaurandam, iam cuidam scholari Marquardus nomine, filio cuiusdam Vlrici consulis in Suerin, assignatam, per dictum Marquardum Kalen et quemlibet suum successorem huiusmodi bona cum omni proprietate et libertate ac cum singulis conditionibus supraposits perpetuis temporibus possidenda. Quorum quidem mansorum duos mansos colit Conradus, Hinsekinus Rederi duos, domina Jmme uidua duos cum dimidio, Hennekinus Rederi alterum dimidium mansum, uillani uille Smakentin memorate. Nos uero huiusmodi emptionis et uenditionis contractum sic canonice et legitime in omnibus celebratum, in quantum nostri interest, ratum et gratum habentes, presentibus approbamus, ratificamus et ex certa scientia confirmamus. Jn quorum omnium et singulorum euidentiam et testimonium sigillo nostro roborari mandauimus presens scriptum. Testes huius sunt: Hermannus de Orize, Johannes de Bulouue, Wipertus Lutzouue, Bartoldus Preen, Hinricus de Barnekouu et Gotscalcus Storm, milites, Henricus Friso, Johannes Ruffus, consules Rostochienses, Johannes Rodekögele, Johannes Kröpelin, Martinus Stromekendorp et Echardus de Wslmerstorp, consules de Wismaria, consiliarii nostri, Rotgherus rector ecclesie sancte Marie in Rostock, Bartoldus de Parchim, perpetuus vicarius in ecclesia Suerinensi, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wismarie, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo, feria tertia proxima post dominicam trinitatis gloriose.

Digitized by Google

Nach einer beglaubigten Abschrift des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin. — Im Auszuge gedruckt bei Lisch, Oertzen. Urk. I. B., S. 98. — Vgl. Nr. 5153 und oben Nr. 5147.

1330. Juni 5. Wismar. 5153.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt den Verkauf des Eigenthums von 8 Hufen in Schmakentin durch das Kloster Cismar an Gertrud, Wittwe des Schweriner Rathsherrn Dietrich von Hagen, und deren Söhne Johann und Dietrich.

Albertus dei gratia Magnopolensis, Stargardensis ac Rostock dominus vniversis Christi fidelibus presentia visuris et audituris salutem in omnium salvatore. Notum esse cupimus omnibus et constare, qvod venerabilis vir dominus Johannes abbas totusque conventus sancte Marie sanctique Johannis apostoli evangeliste in Cysmaria[1] — — — — — vendiderunt discrete domine Gertrudi relicte [T]hiderici[2] de Jndagine, qvondam consulis in Schwerin, suisque filiis Johanni et [T]hiderico[2] et eorum veris heredibus octo mansos in villa Schmaguntin, in parochia Lubowe, Schverinensi diocesi[s], sitos, cum omni proprietate[1] — — — — pro ducentis et septuaginta septem marcis denariorum Lubecensium, sup[ra]dictis abbati et conventui, prout recognoverunt, integraliter persolutis. Qvam qvidem pecuniam iidem abbas et conventus in evidentem utilitatem sui monasterii, videlicet in emptionem et comparationem ville Grobenitz, confessi sunt coram nobis se plenius convertisse, ac nihilominus dictis emptoribus possessionem prefatorum bonorum tradiderunt liberam et vacuam et huiusmodi bona cum omni proprietate et libertate ac cum singulis conditionibus sup[ra]-positis perpetuis temporibus possidenda. Mansorum autem dicte ville Johannes Houesche colit duos, Henneke Buer duos, Henneke Rackow unum, Nicolaus dictus Fywell unum, Ludeke vn[um], Henneke Wedege unum. Predicte ville villani eademque domin[a] Gerthrudis et eius filii prescripti ac eorum veri heredes ipsa bona sepedicte ville in qvascunque personas ecclesiasticas vel seculares in processu temporis, si decreverint, transferre poterunt vel legare pro ipsorum beneplacito voluntario. Nos igitur huiusmodi emptionis et venditionis[1] — — — —. Datum et actum Wismarie, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, feria tertia proxima post dominicam trinitatis gloriose.

Nach einer Abschrift aus dem 16. Jahrhundert im Haupt-Archive zu Schwerin. [1] Die weggelassenen Stellen sind den betreffenden Stellen der Nr. 5152 wesentlich gleich, nur dass der vierte Zeuge hier nicht Bartoldus, sondern Bartholomeus Preen genannt wird. [2] Statt Thiderici(-o) giebt die Abschrift Rhiderici(-o). — Vgl. Nr. 5152 und 1342, Juni 15.

Digitized by Google

1330. Juni 16. 5154.

Johann III., Fürst von Werle, bekennt, dass für die ihm vorgeschossene Geldsumme dem Gemeke Kossebade und seinen Brüdern die ihm zustândige Bede aus dem Lande Malchin verpfändet und von dem Fürsten Johann II. von Werle mitverbürgt ist.

Nos Johannes dei gracia domicellus de Werle tenore presencium recognoscimus lucidius profitentes, dilectum nostrum patruum, virum nobilem dominum Johannem de Werle, nostrarum precum ad instanciam honesto militi Gemekino et suis fratribus dictis Cotzebode pro nobis promisisse pro eo, quod dictus Gemekinus et sui fratres et ipsorum heredes totam nostram precariam, quam deinceps in terra nostra Malchin petere nos contigerit, excepta annona, tollere debebunt, inpedimento quolibet procul moto, quousque summam, in qua eisdem tenemur, in litteris ipsis a nobis datis scriptam, de ipsa precaria collegerint expedite. Dicto eciam nostro patruo, si dictus Gemekinus aut sui fratres inpedimentum ad tollendum dictam precariam per nos aut nostros haberent aliquod, ad extorquendum extunc ipsam captione pignerum plenam dedimus ac damus presentibus facultatem. Jn cuius euidenciam nostrum sigillum sub anno domini M°CCC°XXX., in crastino Viti, presentibus est appensum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel ist von dem aus der Charte geschnittenen Siegelbande abgefallen.

1330. Juni 20. Lübek. 5155.

Heinrich, Bischof von Lübek, beglaubigt für das Clarenkloster in Ribnitz die Bulle des Papstes Nicolaus IV. vom 29. Septbr. 1290, durch welche die Klöster des Clarenordens von allen geistlichen und weltlichen Schatzungen befreiet und die deshalb gegen sie ausgesprochenen Bannsprüche für nichtig erklärt werden.

In nomine domini. Amen. Hoc est transscriptum sive transsumptum cuiusdam littere, bullate uera bulla plumbea felicis recordacionis domini Nicolai pape IIII^{i}. Omnibus igitur presens transscriptum cernentibus nos Hinricus dei gratia ecclesie Lubicensis episcopus cupimus esse notum, nos uidisse et diligenter examinasse litteram infrascriptam et ipsius bullam, quam transscribi siue transsumi mandauimus in hec uerba:

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, vniuersis abbatissis et conuentibus sororum inclusarum monasteriorum ordinis sancte Clare salutem et

Digitized by Google

apostolicam benedictionem. Quanto studiosius deuota mente ac humili diuine contemplationis uacatis obsequiis, tanto libentius uestre pacis procuramus commodum et quietis. Attendentes igitur, quod, licet quam plura monasteria uestri ordinis uarias possessiones optineant, idem tamen ordo in paupertate fundatur uosque uoluntarie pauperes Christo pauperi deseruitis, uestris supplicationibus inclinati, ut uos seu uestrum alique ad exhibendum procurationes aliquas legatis uel nunctiis apostolice sedis siue ad prestandam subuentionem quamcunque uel ad contribuendum in exactionibus uel collectis seu subsidiis aliquibus per litteras dicte sedis aut legatorum uel nunciorum ipsorum seu rectorum terrarum uel regionum quarumcunque minime teneamini, nec ad id cogi possitis, eciamsi in huiusmodi sedis eiusdem contineatur litteris, quod ad queuis exempta et non exempta loca et monasteria se extendant et aliqua eis, cuiuscunque tenoris existat, ipsius sedis indulgencia non obsistat, nisi forsan littere ipse dicte sedis de indulto huiusmodi et ordine uestro plenam et expressam fecerint mencionem, ad instar felicis recordationis Clementis pape IIII^ti^, predecessoris nostri, auctoritate uobis presentium indulgemus. Nos enim decernimus irritas et inanes interdicti, suspensionis et excommunicacionis sentencias, si quas in uos uel aliquam uestrum aut aliquod monasteriorum uestrorum seu quoscumque alios occasione uestri premissorum pretextu contra huiusmodi concessionis nostre tenorem per quemcunque de cetero contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Vrbem Ueterem, III. kalendas Octobris, pontificatus nostri anno tercio.

Et quia collatione facta coram nobis et notariis et testibus infrascriptis inuenimus ipsum originale cum presenti transscripto siue transsumpto per omnia concordare, auctoritatem nostram et decretum interposuimus et presentibus interponimus, ut huiusmodi transscriptum siue transsumptum vbilibet, in iudiciis et extra, sicut ipsum originale fidem faciat pleniorem. Et mandauimus nihilominus subscriptis notariis, ut huic transscripto siue transsumpto manibus propriis se subscriberent et sua signa apponerent in testimonium premissorum. Jn cuius rei euidenciam presens transscriptum sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum Lubeke, anno domini M°CCC°XXX°, XII. kalendas Julii, presentibus honorabilibus viris et magistris Hinrico Goldoghen, Andrea Stephani, Gherardo de Lochem, canonicis Lubicensibus, testibus ad premissa rogatis, ac Johanne Martini, apostolica et imperiali, et Johanne Sclamyn, imperiali auctoritate notariis infrascriptis.

Digitized by Google

Aus dem Archive des Klosters Ribnitz. Das Archiv bewahrt zwei Original-Ausfertigungen auf Pergament, welche von den beiden genannten Notarien unterschrieben und unterzeichnet sind. Dem einen Exemplare, nach welchem die Urkunde in den Wöchentlichen Rostocker Nachrichten 1823, S. 176 flgd. gedruckt ist, fehlt der Schluss mit der Anführung der Zeugen hinter dem Datum. An einem Pergamentstreifen hängt das parabolische Siegel des Bischofs von Lübek auf einer eingelegten rothen Wachsplatte, mit dem kleinen parabolischen Secretsiegel auf der Rückseite.

1330. Juni 20. Lübek. 5156.

Heinrich, Bischof von Lübek, beglaubigt für das Clarenkloster in Ribnitz eine Bulle des Papstes Bonifacius VIII., d. d. Rom, 5. April 1298, durch welche dieser den Clarenorden unter die Seelsorge des Franziskanerordens stellt und denselben diesem einverleibt.

In nomine domini. Amen. Hoc est transscriptum siue transsumptum cuiusdam littere bullate uera bulla plumbea felicis recordacionis domini Bonifacii VIII. Omnibus igitur presens transscriptum cernentibus nos Hinricus dei gracia Lubicensis episcopus cupimus esse notum, nos uidisse et diligenter examinasse litteram infrascriptam et ipsius bullam, quam transscribi siue transsumi mandauimus in hec uerba:

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus sororum inclusarum ordinis sancte Clare presentibus et futuris salutem et apostolicam benedictionem. Jn sinu sedis apostolice uester ordo consistens sic splendet per incrementa uirtutum, quod digne meretur precipuis attolli fauoribus et specialibus graciis confoueri. Nos quidem ordinem ipsum libenter prosequimur prerogatiua fauoris et augmenta suorum processuum promouemus. Sane felicis recordacionis Vrbanus papa IIII^tus^, predecessor noster, cum multa prouidencia regulam uestram instituit, sub qua domino deseruitis: et ut eam possetis salubrius obseruare et ne sub diuersorum magisterio uiuendi modos ualeretis incurrere differentes, inter cetera statuit, ut sub illorum cardinalium, qui forent pro tempore gubernationi, protectioni atque correctioni ordinis fratrum minorum a sede apostolica deputati, obediencia, cura et regimine deberetis de cetero permanere, quibus teneremini firmiter obedire, et ipsi animarum uestrarum sollicitudinem gerentes et curam, monasteriis ordinis dicte sancte et personis degentibus in eis, capellanis, conuersis et familie, tam per se quam per viros ydoneos, quociens expedire uiderent, uisitacionis officium studerent impendere, corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, que correctionis seu reformationis officio noscerent indigere, instituerent nichilominus et destituerent, ordinarent, statuerent atque disponerent, prout secundum deum expedire uiderent. Cum igitur per hec et alia inter uestrum et

Digitized by Google

dictum fratrum minorum ordines specialis esse caritas censeatur, nos uolentes, quod idem ordo uester felicioribus exinde augeatur auspiciis, ut tanto salubrius possitis reddere domino uota uestra, quanto pocioribus fueritis libertatibus et graciis a sede apostolica communite, apostolica uobis auctoritate concedimus, ut uos ac omnia et singula monasteria uestri ordinis tam exemptionis priuilegio quam omnibus immunitatibus, libertatibus et indulgenciis et aliis priuilegiis quibuscumque utamini et gaudeatis ac uti et gaudere possitis, que prefato fratrum minorum ordini ac eius fratribus et personis sunt ab eadem sede concessa uel in posterum concedentur, quatenus huiusmodi exemptionis priuilegium et immunitates, libertates, indulgencie ac alia priuilegia uobis competunt uel competere possunt uel poterunt et quatenus uos et monasteria ipsa potestis ac poteritis esse capacia eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis [autem] hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, nonis Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Et quia collatione facta — — *[wie Nr. 5155]* — —.

Aus dem Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das parabolische Siegel des Bischofs von Lübek auf eingelegter rother Wachsplatte, mit dem kleinen parabolischen Secretsiegel auf der Rückseite. Das Ribnitzer Archiv bewahrt zwei Lübeker Originalausfertigungen auf Pergament. Ausserdem besitzt dasselbe noch ein Transsumpt der Bulle von „Thidericus prepositus Montis Sereni ac Johannes prepositus sanctimonialium in Langendorph", d. d. Wizenuelz 1354, in die beati Augustini, nach einer Beglaubigung des Erzbischofs Burchard von Magdeburg.

1330. Juni 24. Goldberg. 5157.

Johann III., Fürst von Werle, schlichtet den Streit zwischen dem Kloster Dobbertin und der Stadt Goldberg wegen Holznutzung und wegen der Nutzung des Dobbertiner Kloster-(Jager-)Sees.

In nomine domini. Amen. Johannes dei gracia domicellus de Werle omnibus in perpetuum. Ne ea, que aguntur coram nobis, excidant a memoria, consueuimus ea scriptis attencius roborare. Sciant igitur presentes ac posteri, qui presens scriptum susceperint perlegendum, quod discordiam, que uertebatur inter honorabilem virum dominum Erdwanum tunc temporis prepositum et conuentum sanctimonialium in Dobertyn, ex vna, et oppidanos oppidi Goldberghe, parte ex altera, super lignis et stagno Jawir, eo quod vtraque pars ius piscature et ius lignorum sibi volebat vsurpare, cum consensu partis vtriusque in modum, qui sequitur, terminauimus et discussimus, volentes, oppidani vna cum agricolis dicti conuentus Dobertynensis in eodem oppido Goldberghe residentibus lignis, que in ipsorum agris, paludibus aut vbicunque alibi prope Goldberghe situata sunt,

Digitized by Google

ammodo ad usus suos communiter et pacifice in perpetuum perfruantur; prepositus uero et conuentus stagnum Jawir e conuerso amplius plenarie et ex toto possidere gaudeant in perhennum (!), non obstantibus privilegiis, si oppidani quibusdam super piscatura dicti stagni a nostris progenitoribus muniti fuerint ex antiquo; hoc eciam adiuncto, quod nulla nauis per descensum riuuli Myldenitze aut per vecturam quouis modo in dictum stagnum Jawir pro piscatura uel pro alia causa qualicunque a prefatis oppidanis debeat importari; quod si factum fuerit, quod absit, prepositus et conuentus ius impignerandi eos licite habeant ipso facto. Prohibemus eciam et e contrario, ne prepositus et conuentus de huiusmodi lignis secandis seu alio modo quocunque perfruendis amplius temere se intromittant; quod si fecerint, oppidani eos impignerabunt uice uersa. Testes huius sunt clerici hii: Ludolfus plebanus in Goldberghe, Hermannus Brenze presbiter; laici uero sunt hii: Hermannus Cremün, Tetzo de Stanghenbergh, milites, Baroldus de Wosten, Christianus Parsowe, famuli; Nicolaus Kreghe, Ludolfus Honregheger, Hinricus Butzsel, consules in Parchem, Lutbertus Wrůt, Wernerus Bycherman, consules in Plawe, et alii quam plures fide digni. Jn cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum cum sigillo consulum in Goldberghe presentibus est appensum. Datum per manus Johannis de Malchin, nostri cappellani, in ecclesia Goldberghe, sub anno domini M°CCC°XXX°, in die natiuitatis beati Johannis baptiste, domini precursoris.

Nach dem Original im Archive des Klosters Dobbertin. An rothen seidenen Schnüren hangen:

1) das in Bd. V, zu Nr. 3563 abgebildete Siegel Johanns III. von Werle;

2) das vollständig erhaltene Siegel der Stadt Goldberg, wie es zu Nr. 3291 abgebildet ist.

1330. Juni 24. 5158.

Otto von Schwerin, Ritter, und sein Sohn Heinrich resigniren den Grafen Heinrich und Nicolaus von Schwerin die Zehnten aus Brietlingen (A. Lâne) und Hörpel (A. Soltau), nachdem sie dieselben an das Kloster Scharnebek verkauft haben.

Honorabilibus viris ac dominis suis dominis Hinrico et Nicolao comitibus de Swerin Otto miles dictus de Swerin et Hinricus filius eius, famulus, quicquid poterunt seruicii et honoris. Decimas villarum scilicet Brittlinghe et Horpele, quas de largitate vestra et antecessorum vestrorum nos et progenitores nostri in feodo vsque ad hec tempora tenuimus, quas religiosi viri videlicet dominus abbas et conuentus in Schermbeke a nobis et nostris heredibus compararunt, dummodo ipsis easdem cum pleno iure conferre dignemini possidendas in perpetuum, cum graciarum actionibus resignamus. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla pre-

Digitized by Google

sentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXX°, in die natiuitatis sancti Johannis baptiste.

Nach von Hodenberg's Abschrift vom Original, an dem noch die beiden Siegel hangen. — Vgl. 1332, Jan. 13, und 1333, Juni 15.

1330. Juni 26. Gützkow. 5159.

Johann und Henning, Grafen von Gützkow, verschreiben der Gemahlin des Grafen Henning von Gützkow, Mechthild, Tochter des Grafen Gunzel von Schwerin, das Leibgedinge.

In nomine patris. Amen. Nos Johannes et Hennyngus dei gracia comites in Ghutzecow presens scriptum intuentibus cupimus fore notum, quod de bona uoluntate nostra et maturo consilio nostrorum consiliariorum ac uasallorum nobili femine Meythildi, quondam filie nobilis comitis Ghunzelyni Suerinensis beate memorie, legitime Hinnyngi comitis Ghutzcowensis iunioris, data fide cum nostris fideiussoribus, videlicet Lippoldo Vrsino, in villa Slawetohc commoranti, Nicolao Winteruelt, Lippoldo Ursino, castellano Ghutzcowensi, militibus, Thyderico et Petro fratribus de Abbenborg, Borchardo Horn, Ludekino et Hinrico Vrsinis, armigeris, promisimus et fideiussimus viris infrascriptis: nobilibus comitibus de Szeuryn Hynrico et Nicolao, Borchardo de Dambeke, Ludekyno de Nyenkerken, Wernero de Haluerstat, Hinrico Rauen, Nicolao Mallyn, militibus, Olrico de Driberg, Ghoscalco Pryn, Johanni de Haluerstat et Gherlaco de Bluchere, armigeris, infra annum et diem sub tytulo dotalicii, quod dicitur lifchedynge, tricentarum marcarum redditus et allodium situm in uilla Vorwerke, in suis distinctis terminis, cum omni vsufructu, sicuti nostri progenitores et nos possedimus a nobilibus pueris nobilis ducis Stetynensis Wartyzslai felicis memorie, cum attinenciis, pecudibus, equis et ouibus, conferri obligamur facere et tenemur. Si autem predictus Hennyngus iunior comes morte preuentus fuerit ante eam, quod absit, legitimi et veri heredes predictorum comitum dictum dotalicium nobilis comitisse Meythildis, uxoris Henningi comitis, redimere voluerint, octingentas marcas puri argenti in ciuitate Zweryn in prompto personis ydoneis dicte femine Meythildi uel suis prouisoribus persoluere tenebuntur. Jn cuius rei euidenciam nostra sigilla et nostrorum fideiussorum presentibus sunt appensa. Datum Ghutzsecow, anno domini M° CCC° XXX°, in die gloriosorum martirum Johannis et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind 10 Pergamentstreifen, an denen nur noch 3 Siegel hangen:

5) das schildförmige Siegel des „Lippoldus Ursinus, castellanus Ghutzcowensis, miles“: schildförmig, mit einem vorwärts gekehrten Helme, der an jeder Seite einen nach aussen gewendeten Schwanenhals trägt; Umschrift:

....OLDI . Bα — —

(abgebildet bei Lisch, Behr. Urk. I, Tafel IV, Nr. 13);

Digitized by Google

7) das runde Siegel des „Petrus de Abbenborg, armiger“: auf gegittertem Felde steht ein rechts gekehrter Helm, welcher drei Fahnen trägt, deren jede mit drei Rosen, und deren Stange oben mit einem Federbusche geschmückt ist; Umschrift:

✠ SIGILLVM : PETRI : ABENBORCH

10) das schildförmige Siegel des „Hinricus Ursinus, armiger“ mit drei Schwanenhälsen und der Umschrift:

✠ S . . IN . . CI— — —

(abgebildet bei Lisch, Behr. Urk. 1, Tafel IV, Nr. 17).

Die Urkunde ist gedruckt ebendaselbst II. B, S. 124.

1330. Juli 4. Warin. 5160.

Johannes Babbe, ein Wepener, bekennet, dass men nach zugelegter rechnung wegen Bischoff Hermans seligen vnd bischoffs Johannis Jhm nur schuldig geblieben sey 12 Mk. weissen oder reinen silbers vnd 377 Mk. wendisch. Dafur ihm gemelter Bischoff Johannes setzet 2 last rogken, 1 last garstenmaltzes vnd 1 last habermaltzes ierlichs vff vier zeiten auss der Muhlen zu Wolcken zu boren, biss ihm vorberurte Summa wider erlegt werde. Datum Waryn, 1330., in die beati Odelrici.

Clandrian, Protoc. fol. 145 *.

1330. Juli 10. Penzlin. 5161.

Heinrich Holstein, Vogt zu Penzlin, bezeugt den Abschluss eines Vergleichs zwischen dem Kloster Broda und den Wenden genannt von Jazeke über die Erbschaftsansprüche der Letzteren an den Hof Jazke.

Nos Heyno Holzste, miles, aduocatus in Penzelyn, per presentes recognoscimus et testamur, quod amicabilis composicio et voluntaria consilio discretorum est ordinata inter prepositum in Brodis ex parte sui conuentus, parte ex vna, et Slauos dictos de Jazeke, videlicet Janekinum longum, Nycolaum longum, Lemmekinum et Hincekinum, Thydericum, Cunradum de Lypa, Thydericum Jermiz in Vridorp et Tessekinum Kucker, parte ex altera, super impeticione hereditatis curie Jazeke, quam nomine hereditario a dicto preposito impetiuerunt, quod finaliter est sedatum et in toto ita, ut dicti Slaui et eorum heredes nuncquam amplius prepositum uel suum conuentum in Brodis pro dicta causa impetere valeant seu molestar[e]; pro qua impeticione idem prepositus dictis Slauis quadraginta quinque marcas statutis diebus prestitit in parato.

Digitized by Google

Ceterum, si eundem prepositum uel conuentum in Brodis aliquis molestar[e] attemptauerit, predicti Slaui infra annum et diem disbrigare tenebuntur. Vt autem premissa inconuulsa permaneant et inuiolabiliter obseruentur, nostrum sigillum et sigilla plurimorum, videlicet Nycolai Ghemeken, militis, Hermanni Vos, Reynekini Crusen, Johannis et Hinrici Wokenstede, famulorum, presentibus sunt appensa. Testes huius sunt: Johannes de Vylem, Waltherus in Penzelin, Albertus in Anckershagen, Thydericus Scude, sacerdotes; Cunradus de Peccatele, Nycolaus Vedherow, Herwicus et Tammo Dokerstorp, famuli, Hinricus Mülter, Thydericus Scutte, Hermannus Theterow, consules ciuitatis Penzelin, et quam plures alii fide digni. Datum et actum in ecclesia Penzelin, anno domini M° CCC° XXX°, feria tercia proxima post octauas beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Original unter den Broda'schen Urkunden im Archive zu Neustrelitz. An demselben hangen 5 Pergamentstreifen, deren vierter das Siegel verloren hat; die übrigen Siegelbänder tragen:

1) das bereits in Bd. VI, zu Nr. 4209 abgebildete runde Siegel des Ritters Heino Holstein, mit vollständig erhaltener Umschrift;

2) das hieneben auf Kosten des Herrn Grafen Voss auf Gr. Giewitz abgebildete schildförmige Siegel: ein nach rechts gekehrter Helm mit einem rechtshin laufenden Fuchs; die Umschrift beginnt in dem rechten oberen Schildwinkel:

✠ S' . hɑ[R]MARRI . VOS

3) das Bruchstück eines schildförmigen Siegels, auf welchem man 2 Kesselhaken erkennt; von der Umschrift ist nichts mehr mit Sicherheit zu lesen.

5) ein rundes Siegel mit einem stehenden, quer getheilten Schilde: die obere Hälfte zeigt einen wachsenden, rechts gekehrten Löwen, die untere Hälfte ist geweckt; Umschrift:

✠ S' I——ɑI : DɑI . WOKɑNSTɑD

— Vgl. die Urkunde d. d. 1336, März 20. Ueber die stammverwandten Familien Holstein und Hanse (vielleicht auch von Wotenick) und deren Wappen vgl. Jahrb. XXIX, S. 268, und die Urkunden vom 26. Jan. 1337 und vom 1. März 1335.

1330. Juli 20. Rostock. 5162.

Der Rath zu Rostock ordnet den Fleischverkauf der Schlächter und der Wendschlächter daselbst.

Deinde consules vniuersi statuerunt et decreuerunt anno domini M° CCC° XXX°, feria sexta ante Marie Magdalene, quod carnifices lardum vendere non debeant, sed ante festum pasche tribus diebus forensibus schapulas et tybias et integra latera et carnes recentes vendere possunt, sicut ab antiquo fecerunt. Jnsuper Slaui vendere debebunt lardum per cursum et circulum anni, scilicet secundis feriis et quintis, in locis suis apud pontem alneum, ubi ab antiquo vendere consueuerunt. Dicti vero Slaui a festo beati Michaelis usque ad festum

Digitized by Google

natiuitatis Christi bouinas et ouinas carnes cum dimidiis corporibus et quartelibus perpetuo vendere possunt, sed carnes bouinas p[ro] XXIIII solidis emptas vendere debebunt. Gerwinus Wilde et Johannes Tolner tabule presidebant, quando decretum fuit; sed quando hic fuit inscriptum, Hermannus Lyse et Hinricus Frisonis aderant.

Nach dem Lib. arbitr. ciu. Rozstok fol. II b. Eingezeichnet gegen Ende des 14. Jahrh. — Gedruckt bei Nettelbladt, Hist.-dipl. Abh., Cod. p. XLVI.

1330. Juli 24. 5163.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, bestätigt dem Dom-Capitel daselbst alle Gnadenerweisungen, Freiheiten und Privilegien, welche dasselbe von den Herzogen von Sachsen erhalten hatte.

Marquardus dei gracia episcopus ecclesie Raceburgensis vniuersis presencia visuris salutem in domino. Protestamur publice per presentes, quod dilectis nobis preposito, priori totique capitulo ecclesie nostre Razeburgensis omnes gracias, libertates et priuilegia, que vel quas ab illustribus principibus dominis ducibus Saxonie in bonis suis et ecclesie ipsius hucusque habuisse dinoscuntur, approbamus et confirmamus eisdem, volentes pro nobis et nostris successoribus dictas gracias, libertates, priuilegia et iura eorum absque aliqua offensione inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Nach dem Copiar II. der Ratzeburger Kirche in Neustrelitz.

1330. Juli 25. Rehna. 5164.

Das Kloster Rehna verkauft den Testamentsvollstreckern des Lübeker Bürgers Johann Westfal für die von jenem dem Kloster vermachten 54 Mk. Lüb. eine jährliche Hebung von 3 Mk. aus der Landmühle, welche die Testamentsvollstrecker wiederum dem Kloster zum jährlichen Kohleneinkauf schenken.

Nos Johannes prepositus, Ghertrudis priorissa totusque conuentus sanctimonialium monasterii Rene recognoscimus in hiis scriptis, quod, inspecta vtilitate et necessitate monasterii nostri Renensis, de consensu omnium, qui de hoc fuerant requirendi, vendidimus rite et legitime Alberto Westfalo, Syfrido de Oldenborgh et Ludolfo, ciuibus in Lubeke, trium marcarum denariorum monete

Digitized by Google

Lubecensis redditus, in molendino nostro Landmolen dicto et ex ipso per eum, qui eidem molendino prefuerit, annis singulis in festo pasche in perpetuum exsoluendos, pro quinquaginta et quatuor marcis denariorum eiusdem monete, quas ipsi dederunt et soluerunt nobis nomine testamentario de bonis per Johannem Westfalum, ciuem quondam, dum viueret, Lubecensem, relictis in vsus necessarios monasterii nostri predicti, prout fideliter fecimus, conuertendas. Quos redditus trium marcarum monasterio nostro predicto pro remedio et salute eiusdem Johannis Westfali defuncti in elemosinam donauerunt et pro anima ipsius ad comparandum et emendum cum eisdem trium marcarum redditibus annis singulis carbones, intra clausuram eiusdem conuentus nostri presentandos et ad vsus communes totius conuentus predicti secundum ipsius indigenciam consumendos. Quodsi taliter factum non fuerit et seruatum, extunc predicti tres testamentarii et hii, quibus ipsi vices suas commiserint in hac parte, habebunt plenissimam potestatem deputandi eosdem redditus secundum eorum beneplacitum ad alias spirituales et pias causas et in aliis locis, omni contradictione cessante; nam hoc sic est actum specialiter et conuentum. Vnde nos, benefactoribus nostris cupientes, quantum in nobis est, spiritualia seminare tam in vita eorum quam in morte, anniuersarium diem obitus eiusdem Johannis Westfali defuncti felicis memorie peragere volumus annis singulis cum missis, vigiliis et oracionibus eumque participem facimus fraternitatis nostre specialiter et omnium bonorum operum, que per nos cottidie operari dignabitur diuina clemencia saluatoris. Jn testimonium et euidenciam premissorum sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Datum Rene, anno domini M° CCC° XXX°, in die beati Jacobi apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An erster Stelle hängt an einem Pergamentstreifen das runde Siegel des Propstes Johannes (III.) von Rehna aus weissem Wachs, wie es zur Urkunde Nr. 4431 beschrieben ist. An zweiter Stelle ist das wohlerhaltene Siegel des Klosters aus weissem Wachs abgerissen, aber noch neben der Urkunde vorhanden. — Vgl. Nr. 4538.

1330. Juli 25. Wismar. 5165.

Erwerbung eines Stücks von einer wüsten Worth für die Georgenkirche zu Wismar.

Sanctus Georgius de area equimeli (!) in latitudine XX pedum et longitudine XXIX pedum ab Rothero de Pole retro Schuneken. Jacobi apostoli, anno XXX.

Nach einem Extracte der geistlichen Stadtbuchschriften im Raths-Archive zu Wismar.

Digitized by Google

1330. Juli 26. Wismar. 5166.

Die Rathmänner zu Wismar willkären, dass im Falle des Verarmens ein Rathmann oder dessen Hausfrau eine Präbende im Hause zum heil. Geiste haben soll.

Anno X° X° X°, in crastino beati Jacobi, domini consules concorditer sunt arbitrati, quod, quicumque consulum depauperatus fuerit aut vxor et prebendam in domo sancti Spiritus affectauerit, illam habere debent omnium contradictione non obstante.

Nach dem Rathswillekürebuch, fol. 3. — Gedruckt bei Burmeister, Alt. des Wism. Stadtr. S. 14.

1330. Juli 31 (Febr. 21?)[1] 5167.

Der Rath zu Goldberg beurkundet, dass Hermann Distelow dem dortigen Pfarrer eine jährliche Hebung von 2½ Schill. aus der Badstube der Stadt und der anliegenden Worth geschenkt hat.

Consules opidi Goldtberg testantur, quod Hermannus Distelow plebano Goldtbergensi tertium dimidium solidum slauicalium denariorum annuatim perpetuo tollendum in stupa opidi et area illi stupæ adiacenti erogauerit. Datum 1330, in vigilia Petri apostoli[1].

Clandrian, Dobb. Reg. CLI. — [1] Das Datum ist leider sehr unbestimmt angegeben; doch scheint hier eher die Vigilia Petri ad vincula verstanden werden zu müssen, als die Vigilia cathedrae Petri, da Letztere (21. Febr.) im Jahre 1330 der Dies cinerum war und auch wohl als solcher bezeichnet wäre.

1330. (Aug.) Rostock. 5168.

Marquard Holstein entsagt um 40 Mk. allen Ansprüchen an das Vermögen seiner Frau, sowohl bei Lebzeiten als auf den Todesfall, und hat die Schulden allein zu berichtigen.

Marquardus Holste recognouit, se recepisse quadraginta marcas denariorum pro quatuor marcarum redditibus, quos Hinrico Gissekowen in hereditate sua lapidea vendidit iuxta consilium amicorum vtrobique. Cum hiis omnino separatus est ab vxore sua domina Ghertrude, ita quod ipsa viuente aut post obitum eius hereditatem suam et sua bona impetere non debeat, nec quicquam causare pro eisdem. Cum hiis XL marcis debita singula solus soluat.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325 — 1338, fol. 31ᵇ, zum Jahre 1330.

Digitized by Google

1330. Aug. 10. 5169.

Johann III., Fürst von Werle, mit mehreren Vasallen, der Graf Johann von Gützkow mit mehreren Vasallen und die Ritter Heinrich und Segeband Thun mit mehreren Rittern und Knappen geloben, den Vertrag treu zu halten und erfüllen zu lassen, welcher zwischen dem Herzoge Barnim von Pommern und den genannten Brüdern Thun geschlossen ist.

Wi Johan, van der gnade godes iunchere tho Werle, vnde vse manne Claus van Lobeke, Henneke Grube vnde Hinrik Noscentyn, wi Johan, van der gnade godes de aldeste greue van Gůtzekowe, vnde vse man her Lyppold Bere, ridder, Thiderik vnde Peter van Apenborch, unde wy Hinrik vnde Zegeband bro˙dere ghenomet Thun, Henneke Molteke, her Reyward van Penitz, Bernard van Lesten, Henneke Babbe, Ludeke Moltsan, Hermen Sulen, Goceke Pren, Vicke Molteke, Henneke Vlotowe vnde Henneke Vmmereysche bekennen vnde betu˙ghen openbare, dat wi ghelouet hebben vnde louen mit hand vnde mit munde in dessen breue vnde vntruwen deme eddelen vorsten hertoghen Barnam van Stettyn vnde synen mannen, de hir na bescreuen stan: hern Henningh, Werner, Gerde van Sweryn, Clause vnde Merten Winteruelde, Claus Luschowen, Wedegen van der Osten, Henninghen van dem Broke, Lyppold Beren van Kemmyn, Hennighen Sceplitz, Claus vnde Claus Heydenen vnde Berent Vosse, de riddere syn, Reymer Bůk, Wedeke Slichte, Henninghen van Ost, Bernt vnde Ebele van Heydebreke, Jancke Wulf vnde Eghard Heyden, Hinrik van Sweryn, de knechte syn, dat Hinrik vnde Zegheband Thun de so˙ne stede vnde vast vnde ewelik holden scůllen, de twschen dem eddelen vorsten hertoghe Barnam vnde en ghedegedinghet is, als hir na bescreuen steyt: De Tune vnde ere vrunt en scolen nummer wedder buwen dat hus tho Kykindepen, vnde de hertoghe scal dat mit grauen bewaren, dat dar nyn wech mer ouere ga, vnde se scolen mit deme hus tho Kummerowe ewechlik tho des hertoghen deneste sitten vnde sine truwen man blyuen vnde he ere holde here. Vortmer hebben se eme lathen bede vnde borchdenest desser dorp: Sconenuelde, Borntyn, Metcekowe, Summerstorp vnde dat borchdenest tho Mesegorre, vnde also, als se dat van em hadden. Were, dat se gelt in den dorpen vorsetten hadden, dat scolen se vntwerren. Vortmer scolen de Thune los lathen deme hertoghen sevenhůndert mark penninghe, de he en sculdich waz, dar he en vor setted hadde achtentich mark geldes. Vortmer scolen de Thune los maken dem hertogen to Henneke van Plone vifhundert mark penninghe nu to sunte Mertens daghe, dar he en vore setted hadde viftich mark geldes, de scolen los wesen; des blift de hertoghe Henneken sculdich vifhundert mark penninghe, dar vor scal he nů tho sunthe Mertens daghe viftich mark vpboren in der bede, de he eme setted heft.

Digitized by Google

Desse vifhundert mark scal de hertoge betalen half nů tho sunte Mertens daghe vort ouer eyn iar, so scolen los wesen vif vnde twintich mark geldes an der suluen bede; de anderen helfte van den vifhundert marken scal de hertoghe betalen nů tho sunthe Mertens daghe vord ouer twe iar, so scal dat leste gelt los wesen van der settinghe, vnde de breue, de de hertoghe daruppe geuen heft, de scal he vornygen, als hir vor screuen is; desse vifhundert mark scal de hertoghe mit Hane bereden, als de olden breue spreken. Alle breue, de de Thune hebben vppe desse bede vnde vppe borchdenest, dat to der Kikindepene lach, vnde uppe sculde, de scolen wesen dot vnde machtlos; wat ser hebben, de scolen se wedder antwarden, vnde scullen geuen ere breue vnde erer bro'dere vnde Henneke Molteke, dat se daraf lathen vnde nicht mer darvppen soken, vnde scullent deme hertoghen vntwerren van aller ansprake. Vortmer scolen se desse dorp beholden mit bede vnde mit borchdeneste: Dukowe vnde Pynnowe, vnde drvttich mark geldes tho Kencellyn. De druttich mark geldes mach de hertoghe losen vor drehundert mark penninghe. Hirvp scal en de hertoghe geuen syne breue. Hirmede scal id wesen en eweghe sone mit alle den, de tho beydent syden in desser soke mede begrepen syn, beyde man vnde stede; vnde de Tune scolen nyne voghede wesen de vrůwen van der Verchen. Were, dat de Tvne desser dink, de in der sone begrepen syn, nicht en helden, so scole wy herren, riddere vnde knechte, de hir vor benomet sin, der Thune vighent werden byn[en] ener mant darna vnde deme hertoghe helpen uppe se mit aller macht. Tho eme tughe desser sone vnde des louedes so hebbe wi alle vse ingesegele ghehenghet laten tho dessen breuen. De syntte geuen na der godes bort dusent iar dryhundert iar druttich iar, in sunte Laurencius daghe.

Nach dem Original im königl. Provincial-Archive zu Stettin; in 20 Einschnitten hangen noch 13 Pergamentstreifen, welche aber auch schon die Siegel verloren haben. — Gedruckt in Höfer's Auswahl der ältesten deutschen Urkunden, Hamburg, 1885, S. 365; Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 464; Behr. Urk. II. B., S. 126.

1330. Aug. 29. Malchin. 5170.

Johann III., Fürst von Werle, verleiht dem Kloster Malchow das Eigenthum des bei dem Kloster belegenen Hofes Wiksol, welchen dasselbe von Johann Pape und dessen Brüdern Nicolaus und Christian erworben hat.

In nomine domini. Amen. Johannes dei gracia domicellus de Werle vniuersis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris salutem in eo, sine quo non est salus. Ne, quod agitur in humanis actibus, tendat in obliuionem, consuetum est, illud testibus, litteris et instrumentis publicis perhennari. Noscat

Digitized by Google

igitur tam reuerenda nacio presencium quam felix successio futurorum, quod sanctimonialibus in Malchowe et preposito ibidem dimittimus et conferimus omnem proprietatem, quam hactenus habuimus super curiam prope monasterium Malchowe sitam, dictam Wicsol, quam idem prepositus a Johanne Papen dicto et suis fratribus Nicolao et Cristiano seu ipsorum heredibus ad vsus dicti monasterii comparauerat tytulo empcionis, in agris cultis et non cultis, siluis, rubetis, nemoribus, lignis, pratis, pascuis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, piscacionibus, molendinis, cum omni vtilitate et omni iure, uidelicet maiori et minori, hoc est manus et colli, et communiter, prout in suis continetur terminis atque metis, perpetuo libere possidendam. Ne igitur aliquem de nostris successoribus de huiusmodi aliqualiter dubitare contingat, nostrum sigillum ad perpetuam rei memoriam presentibus est appensum. Testes huius sunt: Nicolaus Hane, Nicolaus Cropellyn, nostri milites, Nicolaus Lobek, Johannes Grubo, Hennekinus Vlotowe, Adryanus, Hinricus Noscentyn, famuli, necnon Jacobus de Werle, famulus, et plures alii fide digni. Datum Malchin, anno domini M° CCC° XXX°, ipso die decollacionis Johannis baptiste.

Nach dem Original im Archive des Klosters Malchow. An einer Schnur von rother und grüner Seide hängt das wohl erhaltene Siegel des Fürsten Johann III. von Werle, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3563. — Vgl. Urk. vom 14. März 1332.

1330. Septbr. 6. Wanzka. 5171.

Das Kloster Wanzka verleiht dem Werner von Blankensee und auf dessen Todesfall seinen Vettern das Präsentationsrecht zu der Pfarre in Blankensee zur einmaligen Besetzung derselben nach dem Tode des jetzt lebenden Pfarrers.

Nos Margareta abbatissa, Sweneka priorissa diuina inspiracione totusque conuentus ac Bertramus prepositus monasterii Wantzik recognoscimus presentibus publice protestando, quod nos collacionem et presentacionem ecclesie in Blankense donauimus pro vna persona ydonea Wernero de Blankense, cum primum ecclasia (!) eadem vacauerit per obitum plebani nunc viuentis; si vero eundem Wernerum ante quam plebanum ibidem nunc viuentem mori contingerit, extunc patruelibus ipsius presentacionem et collacionem dicte ecclesie pro vna tantum persona concedimus et donamus. Post obitum vero illius per ipsum Wernerum aut suos patrueles presentati dicta collacio, presentacio et prouisio memorate ecclesie ad nos libere perpetuis temporibus vt antea redibit. Plebanus quoque eiusdem ecclesie animarum parentum dicti Werneri faciet et peraget commemoracionem, vt consuetudo requirit. Jn cuius testimonium sigillum conuentus et prepositi memorati presentibus est appensum. Datum Wantzik, anno domini M° CCC° tricesimo, feria quinta ante natiuitatem beate virginis Marie.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen:

1) das schon in Bd. III, zu Nr. 2208, beschriebene und hieneben abgebildete runde Siegel; auf gegittertem Grunde die Krönung der Maria; Umschrift:

✠ S . CONVENTVS : ECCLESIE : SANCTE : MARIE : VIRGINIS : IN . WANCIK

2) ein kleines rundes Siegel mit dem Agnus dei, dessen Fahnenlanze in dem ✠ der Umschrift endigt; die Umschrift lautet:

✠ S' BERT'MMI . PREPOSITI IN WANSIC

1330. Septbr. 9 — 15. (Rostock.) 5172.

Die Rathmänner zu Rostock beurkunden, dass Heinrich Köwalk und seine Schwester sich mit dem Kloster Doberan wegen der streitigen Güter zu Wilsen gütlich vereinbart haben.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris consules Rozstokcenses vniuersi salutem in domino et subscriptorum noscere veritatem. Recognoscimus tenore presencium lucide protestantes, quod Hinricus dictus Køwalk et domina Alheydis vxor sua, relicta Hinrici Drøne, nostri quondam conciuis, coram consistorio nostro publico constituti recognouerunt sponte et fatebantur, se cum domino abbate Doberanensi et toto conuentu suo ex parte curie Wylzen et omnium bonorum ipsos ibidem tangencium per industriam proborum virorum composuisse, ita quod omnis dissentio siue discordia inter eos ex parte eiusdem curie suborta est amicabiliter composita et finaliter terminata, dimittentes penitus prefatum dominum abbatem suumque conuentum liberos et solutos et a dicta curia et bonis omnibus ipsius ac impetitione qualibet omnino cessantes. Jn cuius rei euidens testimonium sigillum ciuitatis nostre presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXX°, infra octauas natiuitatis beate virginis gloriose.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin, an welchem das Rostocker Stadtsiegel mit dem Secret als Rücksiegel wohl erhalten hängt. — Der „Magister Johannes Bule, thesaurarius ecclesie Lubicensis, index et conseruator subdelegatus ab honorabili viro domino Conrado, sancte Magdeburgensis ecclesie decano, iudice et conseruatore abbati et conuentui monasterii in Doberan — — a sede apostolica deputato", hatte die „Alheydis relicta quondam Hinrici Dronen, opidani in Rozstok", verurtheilt, bis zum 18. Jan. von aller Belästigung des Klosters Doberan wegen der „curia Wylsna" abzustehen und dem Kloster 40 Mark Lüb. Pf. Processkosten zu vergüten, und hatte sie dann, als sie sich nicht fügte, gebannt. (Dieser Bannspruch liegt in einer gleichzeitigen Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin vor.) — Vergebens hatte der Sachwalt der Alheidis, Johannes Bolto, „1330, ipso die conuersionis sancti Pauli" (Jan. 25), gegen den Spruch des M. Joh. Bule Appellation an die päpstliche Curie eingelegt; diese wies sie, weil zunächst an den Magdeburger Decan zu appelliren gewesen sei, zurück „1330, in

Digitized by Google

vigilia purificationis Marie“ (Febr. 1). — Nach dem oben mitgetheilten Vergleich aber hob Joh. Bule „1330, ipso die beati Brictii episcopi et confessoris“ (Novbr. 13), die über die Albeidis verhängten Kirchenstrafen wieder auf (Original mit anhangendem Siegel im Haupt-Archive zu Schwerin) und löste in derselben Urkunde auch den „Henneko Molteke in Belez a sentencia excommunicationis, quam ad dictorum abbatis et conuentus [peticionem?] in ipsum protulimus“, ohne anzugeben, weshalb ihn das Kloster verklagt hatte und nun von ihm entschädigt war.

1330. Septbr. 11. Cöslin. 5173.

Die von Verchemin vergleichen sich nach dem Ausspruch eines Schiedsgerichtes mit dem Kloster Dargun über die streitigen Grenzen ihrer Dörfer Verchemin und Banzin und entsagen allen Ansprüchen.

Vniuersis presencia visuris sev audituris nos Hinricus, Nicolaus, Albertus et Thidericus fratres, Detbernus et Hinricus fratres, omnes dicti de Verchemin, plenitudinem seruiendi. Sub tenore presencium recognoscimus et cum manifesta recognicione presentibus protestamur, quod, cum multe dissenciones et controuersie inter dominos Dargunenses, ex vna, et nos, parte ex altera, super terminorum distinctionibus villarum videlicet Verchemin et Bandessin dudum habite fuerant, tandem per viros fide dignos, videlicet Swantum de Bonnyn, famulum, Hinricum Vredeland, Gherardum Sartorem et Gherardum Gruben, ciues in Cussalin, in quos tamquam in veros arbitros vtrimque compromisimus, hee dissenciones et omnes alie postergate, abolite totaliter sunt et sopite. Ad ordinacionem igitur dictorum arbitrorum renunciauimus et per presentes renunciamus omnibus actionibus sev inpeticionibus, si que nobis competerent et in futurum competentes fuerint, contra eosdem dominos Dargunenses super terminis prenotatis, ita quod neque nos neque nostri heredes vnquam de cetero ipsos super sepedictis terminorum distinctionibus infestare sev inpedire modo aliquo debeamus, obligantes nos et heredes nostros, quod dictam ordinacionem per prefatos arbitros factam et placitatam nullatenus debeamus infringere, sed ipsam gratam, firmam et inconwlsam nos et heredes nostri perpetuo volumus obseruare; et sic rixe et controuersie quecunque habite inter sepedictos dominos Dargunenses et nos, vt premittitur, amicabiliter terminate sunt et presentibus totaliter terminantur. Testes sunt: dominus Tesmarus de Bonnyn, dominus Bisprau, milites, Swantus de Bonnyn, famulus; Conradus Vos, Hinricus Vredeland, Elerus Koker, Thidericus Wendelstorp, Gherardus Sartor et Gherardus Grube, ciues in Cussalin, Heydenricus de Osten, Bernardus, filius Swanti de Bonnyn, et plures alii fide digni. Jn euidenciam pleniorem omnium premissorum presentem paginam nostris sigillis singillatim duximus roborandam. Datum et actum Cussalin, anno domini M° CCC° XXX°, feria tercia proxima post festum natiuitatis sancte Marie virginis gloriose.

Digitized by Google

Nach dem Original im königl. Provincial-Archive zu Stettin. An Pergamentstreifen hangen sechs gelbe Wachssiegel, von welchen das erste, dritte, fünfte und sechste dreieckig, das zweite sechseckig, das vierte rund ist. Alle zeigen in einem dreieckigen Schild dreimal (2., 1.) zwei übereinandergelegte, mit den Schallöffnungen nach oben und auswärts gerichtete Hifthörner; die Umschriften lauten:

bei 1) ✠ S' NICOLAI . DE VERCHEMIN

(abgebildet bei Bagmihl, Pommersches Wappenbuch I, Tab. XXX, Nr. 3, beschrieben oben zu Nr. 3752;)

bei 2) ✠ S' hINRIC. I

bei 3) ✠ S' ALBERTI DE VERCHEMĪ

bei 4) ✠ S' TIDEKE VERCHEMIN *

bei 5) * S' DITBERNI DE VERCHEMIN

bei 6) ✠ S' h.,..CI . DE . VERCHEMI.

Ueber jeder Pressel steht der Name des Siegelnden, nämlich: Nicolai, Hinrici, Alberti, Thiderici, Detberni, Hinrici. — Vgl. Bd. VI, Nr. 3752.

1330. Septbr. 12. 5174.

Johann, Archidiaconus zu Alt-Röbel, delegirter Richter des Bischofs Johann zu Schwerin, vergleicht einen zwischen dem Pfarrer Dietrich zu St. Marien in Parchim und den Gebrüdern Lewold und Heinrich (v. d. Mölen), Bürgern zu Parchim, obschwebenden Streit wegen des Böker Holzes.

Nos Johannes dei gratia archidyaconus in Antiquo Robele, iudex vnicus a venerabili in Christo patre ac domino, domino Jo[hanne] Zwerinensis ecclesie episcopo, delegatus in causis, que vertebantur inter dominum Theodericum plebanum ecclesie sancte Marie in Parchym, ex vna, et viros discretos Leuoldum et Hinricum fratres, burgenses dicte ciuitatis, parte ex altera, notum esse cupimus vniuersis presencia visuris seu audituris, quod predicti dominus Theodericus necnon Leuoldus et Hinricus fratres iam dicti in nostra constituti presencia, nobis iudicio presidentibus, (se) super quibusdam controuersiis inter eosdem existentibus ratione lignorum ad predictam ecclesiam sancte Marie spectantium ex informatione virorum discretorum nostro ad hoc accedente consensu compositionem amicabilem inierunt in hunc modum: videlicet quod ipsi Leuoldus et Hinricus duos mansos ecclesie sancti Georrii in Parchym, sitos in villa Boken, ad ipsorum sortem, que in wlgo cauele dicitur, receperunt taliter, quod, si qui in posterum ligna vsualia exegerint de mansis prenotatis, talibus memorati fratres seu ipsorum heredes, vel emptores ac possessores dictorum bonorum, in futurum satisfacere debent ac huiusmodi lignorum inpeticionem totaliter disbrigare tenebuntur. Jn huius facti euidens testimonium, vt controuersia inter eosdem dudum ventilata prorsus sopiatur, sigillum nostrum cum sigillis dictorum fratrum, puta Leuoldi et Hinrici, presentibus

Digitized by Google

est appensum. Testes sunt: vir honorabilis dominus Arnoldus prepositus in Nouo Robele, dominus Hermannus dictus Robelmann, plebanus in Plawe, dominus Bodo plebanus in Lomen, dominus Hermannus de Karchowe, dominus Jo[hannes] Pistor, presbyteri, Jo[hannes] Wesenberch, burgensis in Robole, et alii viri plurimi fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXX°, feria IIII^a^ infra octauas natiuitatis virginis Marie.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Aus dem Pergament der Urkunde sind die 3 Siegelbänder geschnitten, deren drittes das Siegel verloren hat. Die beiden erhaltenen sind:

1) ein parabolisches Siegel, von welchem die linke Seite abgebrochen ist. Auf der rechten Seite sieht man unter einem gothischen Baldachin die heiligen drei Könige vor dem Christuskinde, welches auf dem Arme der nicht mehr vorhandenen Mutter Maria sitzen wird; von der Umschrift ist noch zu erkennen:

IO — — — CIVITATIS . ROBOL . .

2) ein Schildsiegel, von welchem nur die obere Wachsplatte über dem Pergamentstreifen oben und unten ausgebrochen ist. Auf dem längsgetheilten Schilde befindet sich rechts ein Vogelflügel mit Klaue, links ein halbes Mühlenrad; Umschrift:

. LOVOLDI . . . . OLONDINO . .

1330. Septbr. 21. Neustadt. 5175.

Heinrich, Graf von Schwerin, verschreibt dem Kloster Zarrentin die Einkünfte von 6 Mk. aus der Bede des Dorfes Schonelo zum Unterhalt der Nonne N. von Blücher, der Tochter des Wipert von Blücher.

Nos Hinricus dei gracia comes Zwerinensis lucide recognoscimus per hec scripta, quod ex parte filie Wyperti de Bluchere, quam religiosa domina domina . . abbatissa totusque conuentus monasterii in Cernetyn propter deum ac nostras peticiones ad eorum sumpserunt collegium, redditus sex marcharum denariorum Zwerinensium obligauimus et presentibus obligamus eisdem domine abbatisse et conuentui de nostra precaria ville Schonelo, absque omni obstaculo annis singulis subleuandos, hoc prouiso, quod huiusmodi redditus redimere poterimus pro quadraginta marcis denariorum Lubicensium. Quarum decem marche dabuntur pro vestitu, residue vero triginta pro clenodiis, iuxta consuetudinem in tali monasterio antiquitus obseruatam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Nienstad, anno domini M° C° C° XXX°, in die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete runde Siegel des Grafen Heinrich von Schwerin mit dem rechts gelehnten, quer getheilten Schilde unter einem Helme mit einem offenen Fluge, welcher unten mit einem schraffirten Querbalken belegt ist; Umschrift:

✠ . S' . HINRICI . COM[ITI]S . ZWERI[NENSIS]

Dasselbe Siegel hängt auch an der Urkunde vom 2. März 1333. Ein Helmsiegel des Grafen ist schon zur Urkunde vom 26. Febr. 1300 Nr. 2599, sein grosses

Digitized by Google

rundes Siegel mit dem schreitenden Pferde in Bd. IV, zu Nr. 2525, abgebildet. Vgl. Wigger in Jahrb. XXXIV, S. 109, 111, 125. Ueber Schonelo vgl. Jahrb. XXXIV, S. 10. — Gedruckt bei Wigger, von Blücher I, Urk. S. 194.

1330. Septbr. 24. Lübek. 5176.

Heinrich, Bischof von Lübek, subdelegirt den Bischof Johann von Schwerin zu der vom Papste Johann XXII. ihm befohlenen Bestätigung des Klosters Ribnitz und der Uebertragung des Patronats der Stadtkirche zu Ribnitz an das Kloster.

S. das Transsumpt in der ersten der beiden unter dem 31. Decbr. 1330 folgenden Urkunden und vgl. Nr. 5122. — Clandrian, Protoc. fol. 17 b registrirt:

„Hinrici, Bischoffs zu Lubeck, brieff, dem Pabsts Johannis mandat wegen confirmation dess Closters Ribbenitz, so ihm darin befolen, einuerleibt ist, weil der Bischoff zu Zwerin darin seumig sey. Datum 1330."

Clandrian bemerkt dazu: „Diser ist nicht inss rein geschrieben, sondern vnter die vnmoligen geworffen."

1330. Septbr. 28. 5177.

Heinrich, Graf von Schwerin, schenkt dem Kloster Lüne das Eigenthum des Zehnten aus dem Dorfe Reinstorf (A. Lüne).

Heynricus dei gracia comes Zwerinensis omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Nos cupientes deum honorare bonis actibus et honestis et animabus nostris uiam salutis eterne elemosinis preparare, recognoscimus igitur per presentes, (quod) cum consensu omnium heredum nostrorum legitimorum, quorum interest aut interesse poterit in futurum, publice protestantes, quod nos ob honorem dei et in remedium animarum nostrarum donauimus domino Gherlaco preposito monasterii Lunensis et eidem ecclesie et conuentui ibidem deo famulanti proprietatem et pheodum decime in Reynstorpe et quicquid iuris habuimus in eadem, iuste donacionis titulo perpetuo possidendum. Ne quis autem donacionem proprietatis huius decime ualeat in posterum inmutare, presentem litteram sigilli nostri munimine in testimonium dedimus roboratam. Datum anno domini M° CCC° XXX°, in uigilia beati Michaelis archangeli.

Nach dem Original des Klosters Lüne. Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen. — Vgl. die Urkunde vom 1. Novbr. 1343.

Digitized by Google

1330. Septbr. 29. 5178.

Hildemar von Derzow verkauft dem Kloster Eldena 8 Kossaten in Konow.

Omnibus presencia visuris sev audituris nos Hilmarus de Derssowe, famulus, salutem in domino. Noscant tam presentes quam futuri, quod nos Hilmarus de Derzowe, famulus, rite ac racionabiliter vendidimus sev dimisimus honesto viro domino Rodinggero, preposito in Eldena, ac vniuerso conuentui ibidem octo cossatos in villa Kůnowe. Eodem iure ac proprietate, quo pater noster et nos dictos cossatos vsque in hodiernum diem habuimus sev possedimus, ita et ipse prepositus ac conuentus predictus prenarratos cossatos in perpetuum possidebunt. Vt autem hec vendicio per nos ac per nostros posteros firma ac rata perseueret, in huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Thidericus Wenckesterne, famulus, dominus Gherhardus plebanus in Domnyzze, dominus Thidericus plebanus in Kůnowe, dominus Johannes de Wittenborch ac alii plures fide digni. Datum anno domini M° C° C° C° X° X° X°, in die Michahelis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein rundes Siegel: in einem stehenden Schilde 3 Löwen, von denen die beiden oberen sich anschauen, der untere rechts gekehrt ist, mit der Umschrift:

✠ S' . hILMARI . DE . DERZOW

Dieses, welches der Knappe Hildemar von Derzow 1330—1339 führt, ist ein anderes, als das schildförmige Siegel mit demselben Wappenzeichen, welches von der Person desselben Namens 1322 bis 1328 gebraucht wird und zur Urkunde Nr. 4325 beschrieben ist.

1330. (Octbr.) Rostock. 5179.

Matthias, Peter Böttcher's Sohn, verkauft an Hermann Wandschneider eine Rente von 2 Mk. Pf. um 20 Mk. aus dessen Hause zu Rostock.

Am Rande: Herbordus de Lippia, tutor puelle Sweneken, filie Hermanni Pannicide, assignauit et describi fecit cum consensu amicorum eius puelle et resignauit ipsi puelle, moniali in Yvenacke, hos duarum marcarum redditus ad tempora vite sue percipiendos; qua defuncta dicti redditus ad suos heredes reuertentur.

Nach dem Rostocker Stadtb. 1324—1335, fol. 53ᵇ. — 1339 um Pfingsten: „Johan Longus . . vendidit Herdero Raven, tutori sanctimonialis dicte Sweneken, martertere sue, ad manus eiusdem

Digitized by Google

puelle trium marcarum redditus pro XXX marcis denariorum in hereditate sua lapidea, apud fossam sita.“ Stadtb. 1337 flg., fol. 26. — 1342, Mai: „Conradus Pannicida vendidit Hinrico Pannicide, patruo suo, quatuor marcarum redditus pro quinquaginta marcis denariorum in hereditate sua lapidea in platea Cerui. — — Dictus Hinricus dabit sorori sue Swenneken, sanctimoniali in Yvenak, IIII½ marcarum redditus annuatim de istis quatuor marcarum redditibus ad tempora vite sue, qua defuncta tunc XX marce dabuntur propter deum cum consilio amicorum proximorum.“ — 1349: „Henneke Wilde in platea Cerui vendidit Herbordo de Lippia, tutori Swenneken, claustralis in Yuenakke, ad vsus dicte claustralis quatuor marcarum redditus pro L marcis ad tempora vite sue. — Dictaque Swenneken defuncta, prefati redditus ad proximos heredes eiusdem reuertentur, et XX marce de bonis suis, vbicunque fuerint, propter deum dabuntur.“ Daselbst fol. 162.

1330. Octbr. 9. 5180.

Johann III., Fürst von Werle, verleihet den Bürgern Johann Spornits, Iwan von Radum und Lüdeke von Malchow zu Parchim 10 Hufen in dem Dorfe Malchow (bei Parchim) zu Mannrecht, unter Vorbehalt des Rückkaufs durch die Brusehaver.

Vniuersis ac singulis presentia visuris uel audituris liqueat manifeste, quod nos Johannes dei gratia domicellus de Werle de maturo consilio nostrorum vasallorum contulimus ac dimisimus dilectis ciuibus nostris in Parchem Johanni Spornize, Ywano de Radum et Ludekino de Melchowe suisque veris heredibus decem mansos sitos in villa Melchowe cum omni utilitate et fructu in siluis et lignis, pratis, pascuis, paludibus, rubis et rubetis, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, viis et inuiis, in suis terminis et distinctionibus, sicut iacent, iure vasallorum nostrorum, eo modo, proprietate et libertate, quo Brusehaueren eos habuerunt et hactenus possiderunt, absque ullo seruicio possidendos ad annos indeterminatos; adiecto eciam, quod dicti Brusehaueren habent facultatem, similiter et eorum heredes, reemendi dictos mansos a ciuibus prenominatis uel ab eorum heredibus, quandocunque eis hoc competit, pro ducentis marcis slauicalium denariorum, in die scilicet Michaelis; et illo anno, quo istos mansos reemerint Brusehaueren, non tollent pachtus. In premissorum omnium lucidius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Huius rei testes sunt: Wnko de Werder, Hermannus filius domini Hermanni militis de Kremmun, Henneke Grubo et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXX°, in die beati Dyonisii et sociorum eius, martirum beatorum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin mit dem an einem Pergamentstreifen hangenden kleinen Schildsiegel Johanns III. von Werle, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3563.

Digitized by Google

1330. Novbr. 11—23. Wismar. 5181.

Bruder Germers von Landmählen Schuldzeugniss für die Wismarschen Rathmänner Heinrich Ricquerstorp und Johann von Kalsow.

Frater Germer de Landmølen tenetur dominis Hinrico Ricquerstorp et Johanni de Kalsowe XIF marcam Lubicensium denariorum de toto debito inter ipsos computato.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Martini und Clementis 1330.

1330. Novbr. 11—23. Wismar. 5182.

Nicolaus und Heinrich von Stralendorf, Gebrüder, bezeugen sich dem Wismarschen Bürger Heinrich Körneke verschuldet mit 120 Mk. Lübisch und einer dafür in Fahren abgelösten Rente.

Nicolaus Stralendorp, Johannes Bøydenstorp, Conradus Hansterd, Herman de Pøle et Hinricus Stralendorp tenentur iuncta manu Hinrico Kørneke centum et XX marcas Lubicensium denariorum et redditus, quos in Varne cum dicta pecunia libertabant, proximo Martini soluendos absque ducatu vtendo sub dampno sibi releuando. Nicolaus Stralendorp et frater eius Hinricus eripient alios quatuor indempnes.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Martini und Clementis 1330.

1330. Novbr. 23—30. Wismar. 5183.

Berthold und Konrad vom See, Nicolaus Hösik von Strömkendorf und Georg Barnekow bekennen sich Raven und Jacob von Hamm zu Lübek mit 55 Mk. Lübisch verschuldet.

Bertoldus de See et Conradus frater eius, Nicolaus Hosik de Strømekendorp, Georgius Barnekowe tenentur iuncta manu Nicolao Høsik, ciui nostro Wismariensi, LV marcas Lubicensium denariorum ad manus Rauonis et Jacobi de Hamme, ciuibus Lubicensibus (!), quarum soluent in proxima natiuitate Cristi XX marcas, XX Mar[t]ini proximo et extunc vltra annum Martini XV marcas.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Clementis und Andree 1330.

Digitized by Google

1330. Novbr. 30. Wismar. 5184.

Die Rathmänner Heinrich Ricquerstorp und Johann Kalsow zu Wismar zeugen eine Schuldforderung ein.

Gherd schrødere, Radeko mollere de Deghetowe et Henneke frater eius in Kreuotes mølen in Tarneuit[z] tenentur manu iuncta VŁ marcam Lubicensem pro molari carnispriuio dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni Kalsowen.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen Andree 1330.

(1330?) Wismar. 5185.

Wismarsches Weisthum über das Forum der Geistlichen und Bürger.

Wanne en pape enen leyen stekt ofte sleyt, wo de byschop dat richtet, also scholen de radmanne richten over enen leyen, dede stekt eder sleyt enen papen, vnde anders nicht. Dat willen de radman vor en wilkoret recht hebben vnde holden.

Nach dem Wismarschen Rathswillekürebuch fol. 3. Dieses Weisthum steht zwischen zwei Willküren aus dem Jahre 1330; es wäre möglich, dass die Zerwürfnisse der Stadt mit ihrem Bischofe die Aufzeichnung veranlasst hätten. — Gedruckt in Burmeisters Alterthümern des Wismarschen Stadtrechts S. 14.

1330. Nach Novbr. 30. Wismar. 5186.

Die Vorsteher des Hauses zum heil. Geiste zu Wismar vereinbaren sich mit Hermann Kletzin über den Bau eines Hauses auf dem Meierhofe in Martensdorf.

Herman Kletzyn construet vnam domum in curia Mertinstorp statim post natiuitatem Cristi, secundum quod edificauit Johanni Witten domum suam in Scimme, ligamentis et ligando de lignis domus sancti Spiritus, omnia foramina faciendo in ea ad parietes necessaria, usque quo totaliter sit erecta. Cum tegulis uel tegulando se non occupet. Pro qualibet vaak dabuntur sibi XI solidi Lubicenses, et vt eo diligenciorem se reddat, sibi dantur II modii pisi, sex modii siliginis, sex modii brasii ordeacei et II latera carnium.

Nach einer Inscription des Wismarschen Stadtbuchs, eingetragen 1330, nach Andree.

Digitized by Google

1330. Decbr. 13. Dömitz. 5187.

Hildemar von Derzow verkauft dem Kloster Eldena einen Bauerhof in Konow für 9 Mk. Silbers und 1½ Wispel Roggen.

Omnibus, ad quorum noticiam presencia peruenerint, ego Hildemarus de Dartzowe, famulus, salutem in eo, in quo omnium est vera salus. Ad vniuersorum presencium et futurorum cognicionem cupio peruenire, me bona deliberacione preuia, nichilominus heredum et omnium, quorum interest, pleno interueniente consilio, honorabili viro Rûdinghero, preposito in Eldena, necnon toti conuentui sanctimonialium ibidem vendidisse et racionabiliter resignasse pro nouem marcis argenti Stendaliensis et altero dimidio choro siliginis, michi et meis heredibus integraliter persolutis, curiam Petri Rurensis[1] in Konowe cum duobus mansis, omni iure et vtilitate, sicut ego hactenus possedi, perpetuis temporibus perfruendum. Vt autem hec vendicio per me aut meos heredes in posterum non vacuetur, sed durabilis et firma perseueret, meum sigillum presentibus apposui in testimonium euidens et cautelam. Testes huius sunt facti: vniuersitas consulum opidi Domalitz, Thidericus Wenkestern, armiger, Gherardus, rector ecclesie ibidem, et Arnoldus Cophus, familiaris conuentus predicti, cum plurimis aliis laude dignis. Actum et datum Domalitz, anno domini M° C° C° C° XXX°, in die beate Lucie virginis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das runde Siegel des Hildemar von Derzow, wie es zur Urkunde Nr. 5178 beschrieben ist. [1] In dem Namen „Petri Rurensis" ist der Anfangsbuchstabe des Wortes Rurensis ein grosses R.

1330. Decbr. 13. Wollin. 5188.

Otto und Barnim, Herzoge, und Elisabeth, Herzogin von Pommern, schliessen ein Schutz- und Trutzbündniss mit dem Bischofe, dem Propste Barnim, Fürsten von Werle, und dem ganzen Dom-Capitel zu Camin.

Wy Otto vnde Barnym, van der gnade gades hertoghen to Stetin, der Pameren, Wende vnde der Cassuben, vnde wy Elisabeth, en hertoghynne der vorbenomeden, van vser kindere weghen, bekennen vnde betughen apenbar yn dessen breuen, dat wy vns vorenet vnde vorbunden hebben vppe alle, de nu sint, myt deme erbaren manne, vnseme heren vnde gestliken vader biscop Frederik van Cammyn, vnde myt vnseme leuen ome Barnym van Werle, dem pravist, vnde den domheren darsuluest, alle tyth endrachtichliken tosamen to bliuen — — —. Desse bref ys gegheuen to Wolin, na der bort vnses heren dusent iar drehundert iar druttich yar, yn sunte Lucien daghe.

Digitized by Google

villa Poterowe a venerabili in Christo patre ac domino, domino Marquardo Raceborgensis ecclesie episcopo, in reconpensam quarte partis ville nostre Smilowe assignata eidem episcopo pro centum et septuaginta marcis denariorum Lubecensium in nostros usus co[m]missis resignauimus et presentibus resignamus. Unde, quamuis nos aut nostros heredes contingeț redimere castrum, episcopus aut ipsius successores dictam quartam partem ville Smilowe cum omni iure libere possidebunt, quousque sibi aut suis successoribus tota predicta pecunie summa integraliter sit soluta. Jn quorum testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Et nos Elizabeth ducissa Saxonie cuncta premissa de nostro consensu et voluntate facta protestantes, presentem litteram nostri sigilli munimine roboramus. Datum Lovenborghe, anno M. CCC. XXXI., feria quinta post octauam epyphanie domini.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Die beiden angehängten Siegel, das Reitersiegel des Herzogs Erich und das Siegel der Herzogin Elisabeth, sind beschädigt. — Gedruckt in der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urk.-Sammlung II, S. 80.

1331. Jan. 25 — Febr. 2. Wismar. 5211.

Henning und Gottschalk, Gebrüder Preen von Rederank, bekennen sich Bernhard von Warendorf zu Wismar mit 100 Mk. Lübisch verschuldet.

Henningus et Gozschalcus fratres dicti Preen de Rederank, capitanei, Hinricus et Gozschalcus fratres dicti Pren Stenhus, dominus Thidericus Klawe et Bøydwinus de Kartlowe tenentur Bernardo de Warendorp centum marcas Lubicensium denariorum a proximo Martini vltra quatuor annos soluendas iuncta manu. Medio vero tempore dabunt annis singulis quolibet festo sancti Martini semper proximo ipsi Bernardo et heredibus suis duas lestas duri frumenti, et similiter vltimo sancti Martini pagabunt dictas centum marcas cum pensione iam nominata et distincta. Si vero prius soluere voluerint in festo aliquo sancti Martini sub dicto tempore, hec predicent Bernardo aut suis heredibus festo natiuitatis sancti Johannis baptiste, et tunc tempore solucionis soluent pecuniam cum pensione prenotata. Ex parte huiusmodi nullo ducatu debent vti. Dicti capitanei et eorum heredes eripient indempnes alios eorum compromissores.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Conuersio sancti Pauli und Purificacio 1331.

Digitized by Google

1331. Febr. 5. Steuerwald bei Hildesheim. 5212.

Otto, Bischof von Hildesheim, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Otto dei et sedis apostolice gracia Hyldensemensis ecclesie episcopus, fratrum minorum prouincie Saxonie conseruator et iudex ab eadem sede deputatus, vniuersis Christi fidelibus — — —. Datum Sturwolt in nostro castro prope Hyldensem, in festo sancte Agathe virginis et martiris, anno incarnacionis domini M° CCC° XXXI°, indictione XIIII.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Diese Urkunde stimmt in dem weitern Text mit den Ablassbriefen der Erzbischöfe Burchard von Bremen (1331, Novbr. 3) und Otto von Magdeburg (vom Jahre 1331, s. u.) im Allgemeinen überein. Doch heisst es statt der Erwähnung des Berichts des Bruders Werner von Ribnitz nur: „sicut certa relacione cognouimus." — Das Siegel ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgeschnitten. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1331. Febr. 6. 5213.

Albern Bonsak und Hartwig Ramekendorp vergleichen sich mit den Preen um 9½ Hufen zu Cambs und um Fehden.

A.

Wi Albern Bonsak vnd Hartewich Ramekendorp bekenn[et in] desser scrift, dat vse edele here greue Hinrik van Zwerin heft ene gansze sone degdinghet tvschen vs vnd vsen erfnamen vnde vro"nden, af en sit, vnde hern Georrius, Johane vnd Goschalke Pren vnd eren erfnamen vnde vro"nden, af ander sit, vm de scelinghe, de wi mit en hadden vm de neghen houe vnd en verdendel, de wi coft hebben van hern Georrius, van Johan vnd Goschalke vnd eren erfnamen, de ligget to Camptze, also hir na screuen steyt: dat wi vnde vs erfnamen de neghen houe vnd en verdendel vnbeworen beholden vnd hebben scolen mit holte, mit watere, mit weyde, mit aller nut vnde vro"cht, mit richte, mit rechte, to manrechte, also her Georrius vnde Johan vnde Goschalk vnd er erfnamen se hadden. Ok scal her Georrius, Johan vnde Goschalk vnd er erfnamen vs vnd vse erfnamen vnde vro"nt van sculden vnde broke nemen van vsen edelen heren greuen Hinrike vnd iuncheren Clawsse vnd se vs to vro"nde maken vm dat Ramekendorp vnde Gert Bonsak hern Georrius vnde sine vro"nt in erme lande venghen vnde se vt erme lande vo"rden, tuschen hir vnde paschen; ok vm dat her Georrius, Johan vnde Goschalk vt vsme gode nemen vnd nemen leten to vnrechte, dar scolt se vs vm don tuschen hir vnde mitvasten, dat her Nigenkerken se hed don. Vppe desse ding, de hir vor screuen stat, hebbe wi

Digitized by Google

louet vnde louen mit vsen vro^{v}nden Ghert vnd Albern Bonsak, Hinrik Bonsak, Ghert Bonsak, Ludeke Barvoyt, Hinrik Butsowe, Conrad Bonsak, Ghert Bonsak vnde Dideric Bonsak vn(d)tro^{v}wen hern Georrius, Johan vnd Goschalk Pren vnd eren erfnamen vnde vro^{v}nden vor ene gansze sone. Des sint vs ingheseghele to dessem breue henget. Desse bref is ghegheuen na godes bort dusent iar drehundert iar in deme envnddrutichsten iare, des mitwekens na lichmissen.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den 11 Siegelbändern aus Pergament hat nur das erste sein Siegel ganz verloren. Erhalten sind folgende Siegel:

2) schildförmig: über einem Helm stehen zwei durch eine horizontale Linie verbundene Rosetten; Umschrift:

. S' hARTWICI RA.MEKENDORP .

3) drei schraffirte rechte Schrägbalken auf dem schildförmigen Siegel; Umschrift:

[S' .] hINRICI . BONSA.

4) schildförmig: auf einem rechten Schrägbalken ein gefiedertes Blatt; Umschrift:

✠ S' . CHERARDI BONENSAC

5) schildförmig: das Schildzeichen gleicht dem von Nr. 4; Umschrift:

✠ S — — — C .

6) schildförmig: das Zeichen wie von Nr. 4; Umschrift:

✠ S' CHERARDI . BONENSAC .

7) schildförmig: mit zwei concentrischen, gezackten Rädern; die Umschrift der linken Seite fehlt, auf der rechten erkennt man:

BARUOT .

8) rund: auf schraffirtem Grunde ein rechtsgelehnter Schild mit einem geschachten Andreaskreuze; über dem Schilde ein Helm, dessen Helmzier jedoch abgebrochen ist; von der Umschrift noch zu lesen:

— NRI[CI] DE * BVT —

(vgl. 1349, Montag nach Invocavit);

9) schildförmig: Schildzeichen wie Nr. 3; Umschrift:

✠ S' ..RARDI . BONE..AC

10) rund: mit zwei rechten Schrägebalken im Schilde; Umschrift:

✠ S' CONRADI . BOZAC .

11) schildförmig: das Schildzeichen wie Nr. 4; Umschrift:

✠ S' . ...RICI . BONENSAC .

B.

Wi her Georrius Pren, en ridder, vnde Henneke Pren vnde Goschal Pren bekennet des in desser scrift, dat vse edele here greue Hinrick van Zverin heft ene gansze sone ghedeghedinghet twschen vs vnde vsen erfnamen vnde vro^{v}nden, af en sit, vnde Albern Bonsak vnde Hartewich Ramekendorp vnde eren erfnamen vnde vro^{v}nden, af ander sit, vm de schelinghe, de wi mit en

Digitized by Google

hadden vm de neghen houe vnde eyn verdendel, de wi verkoft hebben Albern Bonsak vnde Hartwich Ramekendorpe vnde eren erftnamen, de lighet to Camptze, also hir na screuen steyt: dat sze vnde er erfnamen de neghen houe vnde eyn verdendel vmbeworen beholden vnde hebben scolen mit holte, mit watere, mit weyde, mit aller nut vnde vro^{v}cht, mit richte, mit rechte, to manrechte, also wi her Georrius vnde Joh[an] vnde Goschalk vnde vs erfnamen hebben ghehat. Ok schole wi her Georrius vnde Johan vnde Goschalk vnde vse erfnamen vnde vro^{v}nt se van sculden vnde van broke nemen van vseme edelen heren greuen Hinrike vnde iuncheren Clawsse, se en to vro^{v}nde maken vm, dat Ramekendorp vnde Gert Bonsak vs vnde vse vro^{v}nt, her Georrius, in erme lande venghen vnde se vt erme lande vorden, twschen hir vnde paschen; ok vm dat wi her Georrius vnde Johan vnde Goschalk vt erme gode nemen vnde nemen leten to vnrechte, dar schole wi en vmme don twschen hir vnde mitvasten, dat her Nigenkerken vs het don. Vppe desse ding, de hir vore screuen stat, hebbe wi louet vnde louen mit vsen vro^{v}nden, wi her Georrius Pren vnde Conrat vnde Johan, sine sone, vnde Johan Pren vnde Goschalk Pren, sines broder sone, her Merten Pren, eyn ridder, Johannes Storm vnde Johan Pren de Bochholte vnde Georrius Pren, sin broder, vnde Merten Pren van Stenvelde vnde Henneke, sin broder, vn(d) tro^{v}wen Albern Bonsak vnde Hartwich Ramekendorpe vnde Gert Bonsake vnde Ludeke Barvotte vnde eren erfnamen vnde vro^{v}nden vor ene ganze sone. Des sint vse ingheseghele to desseme breue ghehenghet. Desse bref is ghegheuen na godes bort dusent iar drehundert iar in deme ennendruttichten iare, des mitwekens na lichmissen.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Die Charte hat 12 Einschnitte zu Siegelbändern, von denen jedoch der 3., 4. und 12. keine Siegelbänder mehr tragen, und das 2. und das 9. Siegelband ihre Siegel verloren haben. Uebrig sind von den Siegeln jetzt nur noch:

1) ein schildförmiges Siegel mit den drei Preenschen Pfriemen; Umschrift
⚹ S' . ⊖ꟻ — — PRꟻꟻ .

5) ein schildförmiges Siegel mit demselben Zeichen; Umschrift:
✠ S' — IOhꟻNNIS . PR[ꟻꟻ]

6) schildförmig: mit demselben Schildzeichen; Umschrift:
✠ S' . [D]OMINI . IOhꟻNNIS . PRꟻꟻ .

7) schildförmig: mit gleichem Schildzeichen wie die vorhergenannten Siegel; Umschrift:
✠ SIⵔLLVⵔ IOhꟻNNI[S PRꟻ]N

8) schildförmig: mit gleichem Schildzeichen (die Griffe ohne Löcher); Umschrift:
S' ⵔOSSꟻLOI . PRꟻN .

10) ein schildförmiges Preensches Siegel; Umschrift:
✠ .ꟻRTINVS PRIN .

11) schildförmig: mit den drei Preenschen Pfriemen; Umschrift:
✠ S' hꟻNNꟻKꟻ . PRꟻ[ꟻ]

Digitized by Google

1331. Febr. 17 — März 17. Wismar. 5214.

Heinrich, Gottschalk und Hasse, Herders Söhne von Twenhusen, bezeugen ihre Aussöhnung mit dem Kloster Doberan.

Constituti coram consulibus Hinricus, Gozscalcus et Hasso, fratres (fratres) et filii Herderi de Twenhusen, recognouerunt, quod omnis controuersia vertens inter venerabilem virum dominum abbatem Dobranensem et ecclesiam suam siue monasterium, ex vna, et dictos fratres, parte ex altera, nomine cuiusdam hereditatis in Twenhusen, pro qua impetebant dictum dominum abbatem et suum monasterium, in omni amicicia pro se et heredibus suis siue successoribus reformata, sopita sit et finita, ita quod nunquam futuris temporibus ex parte eorum, heredum suorum vel successorum allocucio alicuius inpeticionis sequi debeat vel moueri.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Innocauit und Dominica Judica 1331.

1331. Halle. 5215.

Otto, Erzbischof von Magdeburg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass für die Besucher des Klosters und die Verehrer der dortigen Reliquien.

Otto dei gracia Magdeburgensis archiepiscopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Sacras sanctorum reliquias ad hoc deus in terris pie creditur reliquisse, vt fideles, qui digno deuocionis obsequio eisdem venerandis institerint, per ipsorum sanctorum intercessiones et merita superne gracie pociora percipiant incrementa. Sane, cum ad monasterium dominarum ordinis sancte Clare in Ribeniz de nouo constructum plurimorum sanctorum, tam videlicet apostolorum, martirum, confessorum, quam virginum reliquie, et precipue tam venerabiles quam notabiles, capita scilicet beati Georgii martiris incliti et sancte Dorothee virginis ac martiris eximie, sint, prout ex certa relacione viri religiosi fratris Wernheri de Ribeniz, ordinis fratrum minorum, ministri prouincie terre sancte, quondam ministri prouincie Saxonie, didicimus, adducende ibique pro sui reuerencia et salute fidelium sollempniter collocande, vestram proinde hortamur attende (!) in domino karitatem, quatenus predictum locum cum omni diligencia visitantes sanctis ipsis debitum in suis reliquiis impendere studeatis honorem, vt sic eorum suffragiis commoda quietis eterne vobis prestante domino possitis salubriter procurare. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et dictorum sanctorum patrocinio plene confisi, omnibus

Digitized by Google

vere penitentibus et contritis, qui in die adventus tantarum reliquiarum et singulis annis in eiusdem anniuersario ipsas in premisso loco deuote fuerint venerati, uel qui in dedicacionis anniuersario locum ipsum humiliter visitare decreuerint, quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis, si diocesani consensus accesserit, misericorditer relaxamus. Datum Hallis, anno domini M° C° C° C° XXXI°.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das zum Theil zerbrochene parabolische Siegel aus rothem Wachs, mit der Figur des Erzbischofs unter einem Baldachin; Umschrift:

S : O— — —an ✠ aaaa

— Vgl. die Note zu Nr. 5209 und Nr. 5216, 5217 und 5219.

1331. Halle. 5216.

Gevehard, Bischof von Merseburg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Geuehardus dei gracia Merseburgensis episcopus vniuersis Christi fidelibus — — —. Datum Hallis, anno domini M° CCC° XXXI°.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Diese Urkunde stimmt in dem weiteren Text mit dem Ablassbriefe des Erzbischofs Otto von Magdeburg, Nr. 5215, welcher von derselben Hand geschrieben ist, wörtlich überein. Nur heisst es:

„ex certa relacione viri religiosi fratris Wernheri de Ribeniz, ordinis fratrum minorum, lectoris Hallensis, quondam ministri prouincie Saxonie —"

Das Siegel, welches von braungrünem Wachs war, ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgefallen. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1331. Febr. 23. Halle. 5217.

Heinrich, Bischof von Naumburg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Heynricus dei gracia Nuenburgensis episcopus vniuersis Christi fidelibus — — —. Datum Hallis, anno domini M° CCC° XXXI°, sabbato Jntret, in conuentu fratrum minorum.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Diese Urkunde stimmt in dem weiteren Text mit dem Ablassbriefe des Erzbischofs Otto von Magdeburg, Nr. 5215, wörtlich überein. Nur heisst es:

„ex certa relacione viri religiosi fratris Wernheri de Rybeniz, ordinis fratrum minorum, quondam ministri prouincie Saxonie, nunc vero lectoris Hallensis —"

Das Siegel ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgeschnitten. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

Digitized by Google

1331. Febr. 24. 5218.

Dietrich, Bischof von Havelberg, bestätigt drei von dem weiland Ritter Konrad Büne mit Hebungen aus Nätebow, Bollewik und Finken gestiftete Vicareien in der Kirche zu Nätebow.

Nos Theodoricus, prepositus in Nouo Robell, ac Johannes de Cernow, viceprepositus ibidem, tenore presentium publice protestamur, nos litteras reuerendi in Christo patris ac domini, domini Theodorici pie memorie quondam Hauelbergensis ecclesie episcopi, illesas, inconuulsas et quauis suspitione carentes, sigillo [o]blongo, in quo erat schulpta imago episcopi dextram habens erectam ad benedicendum et in sinistra tenens baculum pastoralem, sigillatas, tenorem, vt sequitur, continentes, vidisse et diligentius examinasse:

Nos Theodoricus dei gracia Hauelb[e]rgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, salutem et sinceram in domino caritatem. Recognoscimus ac tenore presentium publice protestamur, nos legisse priuilegia nobilis domini Nicolai felicis memorie quondam domini de Werle, per que Conradum Bune beate requiei, militem honestum, mansos cum omni proprietate, libertate et vtilitate docetur cum suis legittimis heredibus possidere, quibus mansis supradictus miles pro salute sue anime tres vicari[a]s in ecclesia beate Marie virginis Nedebow constituit bona voluntate maturaque deliberatione dotando, perpetue duraturas. Hii sunt redditus ad supradictas vicarias deputati. Altare in honorem beate virginis consecratum habet XII marcarum redditus in villa Nedebow de quatuor mansis cum sex marcarum redditibus, quorum tres marcas in Boldeweke et alias tres marcas in villa Vincke dominus Hinricus Rodepape memoriter comparauit. Altare vero sancte Katerine habet duodecim marcarum redditus de quatuor mansis in Nedebow sitis cum sedecim pullorum prouentibus in Boldeweke annuatim suscipiendis. Item altare in honorem sancti Mathei sanctique Andree consecratum habet XII marcarum redditus in Nedebow annuatim de quatuor mansis cum sedecim pullis in Boldeweke tollendis; dominus etiam Johannes de Cessin duarum marcarum reddit[u]s in quadam curia eiusdem ville ad suam vicariam perpetuos comparauit. Que omnia et singula sub appensione nostri sigilli auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur, duximus in nomine domini presentibus confirmanda, ita sane, quod altarista quilibet ibi suum altare per se vel per alium idoneum iuxta voluntatem patronorum debite officiet, et in festiuitatibus in sollemnitatibus plebano humiliter assistent in missarum sollemniis obsequios[i]us ministrando. Datum anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo, dominica die Reminiscere qua cantatur.

Digitized by Google

Et in premissorum omnium euidentiam et testimonium, in qua auctenticum domini nostri Hauelbergensis episcopi vidimus, vt premittitur, sigilla nostra per modum copie presentibus appendimus requisiti amicabiliter et rogati, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, dominica qua cantatur Cantate domino[1].

Nach einer notariellen Abschrift im General-Visitations-Protocoll von 1534 im Haupt-Archive zu Schwerin. (1 1350, April 25.) — Gedruckt in Jahrb. XVI, S. 221.

1331. Febr. 25. Halle. 5219.

Ludwig, Bischof von Brandenburg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Lvdewicus dei gracia episcopus ecclesie Brandeburgensis vniuersis Christi fidelibus — — —. Datum Hallis, anno domini M° CCC° XXXI°, in crastino beati Matthye apostoli.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Dieser Ablass stimmt mit dem weiteren Text der Urkunde des Erzbischofs Otto von Magdeburg, Nr. 5215, wörtlich überein. Nur heisst es:

„ex certa relacione viri religiosi fratris Werbneri de Ribenyz, ordinis fratrum minorum, lectoris Hallensis, quondam ministri prouincie Saxonie —"

Das Siegel, welches aus rothem Wachs war, ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgefallen. — Vgl. die Note zu Nr. 5209, auch Nr. 5216 und 5217.

1331. März 2. 5220.

Heinrich und Lippold von Küsserow verkaufen dem Kloster Dargun 2 Hufen in Damm.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis nos Hinricus ac Lippoldus dicti de Cusserowe per presentes cupimus esse notum, quod nos, deliberacione prehabita sufficienti, iusto vendicionis tytulo vendidimus religiosis viris dominis . . abbati et conuentui monasterii de Dargun duos mansos sitos in villa Dam, soluentes annuatim V marcas denariorum vsualium, cum omni iure, fructu et vtilitate, quibus ipsos possedimus, pro quinquaginta marcis denariorum monete pretaxate. De quibus mansis ego Hinricus predictus V marcas denariorum exponere tenebor annis singulis de curia mea monasterio predicto, quoadusque ipsi mansi ad suas proprias areas deducantur. Nichilominus dictos mansos nos prefati warandare tenebimur et expedire ab omnibus eos impetentibus, quandocumque dicti abbas et conuentus super eis impetiti fuerint et nos fuerimus requisiti. Preterea pro omni seruicio dominorum terre nos et nostri heredes seu

Digitized by Google

successores semper stabimus, quodcumque cadere poterit super mansos sepedictos. In cuius testimonium rei sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXXI°, sabbato proximo ante dominicam qua cantatur Oculi.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind zwei Pergamentstreifen, von denen

1) das Siegel verloren hat,

2) ein schildförmiges Siegel trägt mit zwei sich kreuzenden Balken, welche an jedem Ende mit Rosen besetzt sind; Umschrift:

✠ . S' LIPPOLDI . DЄ KVSSЄROVЄ .

1331. März 3. Wismar. 5221.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Lübeker Bürger Volmar von Atendorn das Eigenthum von 11 Hufen mit den dazu gehörigen Höfen und Katen im Dorfe Neuburg, welche derselbe von den Preen und Storm gekauft hat, und verkauft ihm dazu den Burgwall zu Neuburg nebst einem Katen und Gericht und Beile.

Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok domicellus vniuersis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Cum facta hominum ideo rediguntur in scriptis, ne de facili in obliuionem decidant et labantur: ea-propter notum esse volumus presentibus et futuris, quod nostri fideles dilecti, videlicet Georgius dictus Pren miles septem mansos pro precio quadringentarum et quinquaginta marcarum denariorum Lubicensium, quorum mansorum nunc colit et tenet Stocvis duos mansos, et de quolibet ipsorum dabuntur singulis annis tria tremodia auene, decem et octo modii siliginis et decem et octo modii ordei; item Krighe colit duos mansos, et de quolibet ipsorum dabuntur annuatim tria tremodia auene, decem et octo modii siliginis et decem et octo modii ordei; item Marquardus Borchwal colit vnum mansum, de quo dabuntur annuatim tria tremodia auene, decem et octo modii siliginis et decem et octo modii ordei; item Andreas apud cimiterium colit vnum mansum, de quo dabuntur annuatim tria tremodia auene, decem et octo modii siliginis et decem et octo modii ordei; item Hinceke Vocke colit dimidium mansum, de quo dabuntur decem et octo modii auene, nouem modii siliginis et nouem modii ordei annuatim et sex solidi denariorum slauicalium; item Heyneke Vocke colit dimidium mansum, de quo dabuntur annuatim decem et octo modii auene, nouem modii siliginis et nouem modii ordei et sex solidi denariorum slauicalium; item sex case, que wlgariter kothen nuncupantur, sunt annexe predictis septem mansis, quarum vnam nunc tenet Thidericus Pythyt, de qua dabuntur annuatim viginti pulli, item aliam nunc tenet Hinceke Swarte, de qua dabuntur annuatim decem et octo pulli, item aliam

Digitized by Google

nunc tenet Boytyn textor, de qua dabuntur decem pulli annuatim, item aliam tenet nunc Johannes Buddenster, de qua dabuntur decem pulli annuatim, item aliam Albertus Westfal, de qua dabuntur annuatim viginti pulli, item aliam Hasard, de qua dabuntur annuatim octo solidi denariorum Lubicensium; Godschalcus miles, Johannes et Hermannus armigeri, fratres dicti Storm, duos mansos ,pro centum marcis denariorum Lubicensium, quos mansos nunc colit Ludolfus Beuer, et de quolibet ipsorum dabuntur annuatim tria tremodia siliginis et ordei quatuor mensuris minus et tria tremodia auene; et Godschalcus Pren dictus Stenhus, armiger, duos mansos pro centum et quinquaginta marcis denariorum Lubicensium, quos quidem duos mansos nunc colit Johannes Schoke, et de quolibet ipsorum dabuntur annuatim duo tremodia siliginis, duo tremodia ordei et duo tremodia auene; item quatuor case, que koten nuncupantur, sunt predictis mansis annexe, quarum vnam tenet nunc Martinus sutor, de qua dabuntur quatuor solidi denariorum slauicalium annuatim, item aliam Timmo Melker, de qua dabuntur annuatim septem solidi denariorum slauicalium, item aliam Detleuus, de qua dabuntur octo solidi, item aliam vidua Johannis Trendelen, de qua dabuntur annuatim decem et octo pulli; item fabrica, de qua dabuntur octo solidi denariorum slauicalium; de qua quidem pecunia omnium predictorum mansorum dicti nostri fideles pagatos se tenent penitus et contentos: rite et racionabiliter vendiderunt iuste vendicionis titulo de nostro et tutorum nostrorum omnium et singulorum, scilicet Georgii Hasencop, Hermanni de Ortze, Johannis de Bulowe, Wiperti Luzowe, Hinrici Barnecowe, Hinrici de Plesse, Godschalci Storm et Echardi Hardenacken, militum, et Johannis Molteken, armigeri, et aliorum nostrorum fidelium ac heredum et proximorum venditorum, necnon omnium, quorum intererat, beneplacito et consensu, honesto viro Volmaro de Atendorn, ciui Lubecensi, pro se ac suis veris heredibus et successoribus recipienti, adiacentes dicte ville Nienborch, site in terra nostra Magnopolensi, Zwerinensis dyocesis, cum omnibus distinctionibus terminorum suorum, vt nunc iacent, et cum omnibus suis attinenciis, iuribus et iuridicionibus, nichil penitus excipiendo, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, viis et inuiis, exitibus et regressibus et vniuersis ac singulis aliis in hiis contentis. Nos eciam de nostrorum tutorum ac fidelium predictorum consensu, deliberacione prehabita et causa cognita, locum wlgariter dictum borchwal, adiacentem dicte ville Nienborch, de quo dabuntur annuatim octo solidi denariorum Lubicensium, et casam sub predicto borchwal iacentem, quam nunc tenet Sartor, de qua dabuntur singulis annis sedecim pulli, libertatem talem videlicet, quod ipse Volmarus et sui heredes ac successores, necnon omnes coloni dictorum mansorum exempti et liberi esse ac manere perpetuo debeant de omnibus seruiciis, precariis, exactionibus, prestacionibus, ministracionibus et quibuscumque aliis grauaminibus nobis seu aliis nostris fidelibus aut cuicunque alii, siue in sollempnitatibus nupciarum, puerperiorum vel

Digitized by Google

miliciarum, seu necessitatibus gwerrarum, expressionum, indigenciarum, egestatum seu causarum aliarum quibuscumque casibus emergencium faciendis vel dandis, excepto eo, quod, si necessitas terre incubuerit, dicti coloni ad defensionem illius intra dictam terram Magnopolensem, et non extra, vna cum aliis colonis nostre predicte terre Magnopolensis tenebuntur, et quod prefatus Volmarus et sui heredes ac successores precariam a dictis colonis recipiant, tociens et tantam, quociens et quantam nos et nostri heredes et successores recipiemus ab aliis colonis nostre terre Magnopolensis antedicte, et iudicium supremum et infimum, scilicet manus et colli, ac iudicia intermedia, cum omni ecclesiastica libertate, commoditate et proprietate perpetua et omnibus emolumentis et redditibus inde deriuantibus, vendidimus rite et racionabiliter dicto Volmaro pro se suisque heredibus recipienti pro trecentis marcis denariorum Lubicensium nobis integre persolutis et conuersis in solucionem nostrorum debitorum. Coloni tamen predictorum mansorum non obstantibus premissis libertatibus ipsis comparatis et concessis suas annuas pensiones seu census dicto emptori et suis heredibus et successoribus ad ciuitatem Wysmariam vel ad aquas vicinas deducere secundum Volmari et suorum heredum ac successorum predictorum voluntatem et annonam pro pensione debitam, mensuratam Wysmariensi mensura nunc currente, soluere tenebuntur. Nec prorsus ipsi coloni dictorum mansorum, qui pro tempore fuerint, nobis vel nostris heredibus aut successoribus seu dictis nostris fidelibus aut cuiquam alii, nec eciam ipse emptor aut sui heredes et successores sublimi vel humili ad aliqua alia precariarum, prestacionum, exactionum, seruiciorum, vectigalium, laborum aut quorumcumque grauaminum onera, preterquam premissum est, quomodolibet astringentur. Et si, quod absit, gwerra vel dissensio fuerit exorta inter nos, nostros heredes seu successores, vasallos nostros pretactos aut alios seu quoscumque alios, ex vna, et ciuitatem et burgenses Lubecenses, dictum emptorem, heredes aut successores suos seu alios. ad quos huiusmodi bona transferri contigerit, aut quoscumque alios, parte ex altera, vel si dictum emptorem, heredes aut successores suos, seu in quos bona predicta transferri contigerit, aut eorum aliquem pro delicto aliquo leui vel enormi a quocumque iudice ecclesiastico vel seculari banniri, excommunicari, proscribi aut relegari contingat: hiis et quibuscumque aliis inpedimentis, inhibicionibus, mandatis seu excepcionibus non obstantibus, dictus emptor et alii supradicti dictis bonis vti debent pacifice et quiete, vt superius est premissum, suosque prouentus, quando decreuerint, extra nostras terras, aut quocunque voluerint, duci faciant pro ipsorum libito voluntatis. Habebunt insuper ipse emptor et sui heredes et successores, vel ad quos bona huiusmodi deuenerint, plenam et liberam voluntatem transferendi dicta bona, quacunque alienacione decreuerint, in ecclesias et personas quascunque ecclesiasticas aut seculares absque nostro et cuiuslibet alterius nouo consensu et absque quibuslibet aliis inpedimentis, vbi et quando eis

Digitized by Google

fuerit oportunum. Preterea sepedicti nostri fideles cum suis et cum omnibus, quorum interest seu interesse poterit, dicta bona coram nobis et nostris predictis tutoribus ac fidelibus libere et legitime resignarunt et renunciauerunt penitus omni suo iuri, quod in hiis hactenus habuerunt. Nos eciam de consensu nostrorum tutorum ac fidelium predictorum omni iuri nostro, si quod in hiis bonis nostris progenitoribus olim competebat aut si quod nobis aut nostris heredibus seu successoribus competit aut competere poterit in futurum, renunciauimus et renunciamus penitus per presentes; et ex superhabundanti donamus ipsa bona sepetacto Volmaro et eius heredibus et successoribus et eis, ad quos huiusmodi bona transferri contigerit aut eciam deuenire, cum omni iure et proprietate ac condicionibus omnibus et singulis pretactis perpetuo possidendo, promittentes bona fide omnia et singula predicta rata et firma tenere, nec eis aut eorum alicui contrauenire quouis modo de iure vel de facto. Vt autem premissa omnia et singula robur optineant perpetue firmitatis, presens scriptum nostro sigillo fecimus in euidens testimonium roborari. Datum Wysmer, anno domini M°CCC° tricesimo primo, dominica qua cantatur Oculi mei semper.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Fäden von rother und grüner Seide hängt das zu Nr. 5056 abgebildete Vormundschaftssiegel. Im Raths-Archive zu Wismar findet sich von dieser Urkunde ein Vidimus, welches „Johannes prepositus, Euerhardus decanus totumque capitulum ecclesie Lubicensis", unter dem „sigillum nostri capituli, quo vtimur ad negotia", 1384 „in profesto sancti Kalixti pape et martiris" (= Octbr. 13) ausstellten. An einem Pergamentbande hängt noch das runde Sachensiegel des Lübischen Capitels mit der Figur Johannis des Täufers auf gemustertem Grunde und mit der Umschrift:

S' CAPITVLI . LVBCA..... · .. · .CCOTIA

Die Rückseite trägt die Registratur: „pro vicar. in Lubow". Danach ist dieses Transsumpt wahrscheinlich mit den Urkunden des Kalands zu Lübow nach Wismar gekommen. — Gedruckt ist die Urkunde, nach dem Reg. Cap. Lub. II, 44, bei Leverkus I, S. 703; im Auszuge bei Lisch, Oertzen. Urk. I, B., S. 100. — Vgl. Nr. 5222 und 1331, April 26.

1331. März 3. Wismar. 5222.

Georg Preen und Gottschalk Storm, Ritter, und Johann und Hermann Gebrüder Storm und Gottschalk Preen von Steinhausen, Knappen, genehmigen die Urkunde des Fürsten Albrecht über Neuburg, Nr. 5221.

Ad vniuersorum noticiam nos Georgius Pren, Godschalcus Storm, milites, Johannes et Hermannus fratres dicti Storm et Godschalcus dictus Pren de Stenhus, armigeri siue ministeriales magnifici viri Alberti Magnopolensis, Stargardie et Rozstok domicelli, venditores bonorum, de quibus fit mencio in quadam littera sigillata sigillo eiusdem domicelli, inde confecta, cupimus peruenire et in hiis scriptis publice protestamur, quod contenta in littera predicta omnia et singula

Digitized by Google

nos tangencia de consensu nostro seu per nos sunt facta et translata, et nos prefatam litteram, in quantum ad nos seu quemlibet nostrum pertinet, et in ea contenta presentibus approbamus et vera esse recognoscimus, nec eisdem aut ipsorum alicui de iure vel de facto contraueniemus. Littera vero, de qua fit supra mencio[1], sic incipit: „Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstock domicellus vniuersis presencia visuris salutem in domino sempiternam. Cum facta hominum ideo redigantur in scriptis, ne de facili in obliuionem decidant et labantur: eapropter notum esse volumus presentibus et futuris, quod nostri fideles dilecti, videlicet Georgius dictus Pren, miles, septem mansos pro precio quadringentarum et quinquaginta marcarum denariorum Lubicensium", et sic finit: „promittentes bona fide omnia et singula predicta rata et firma tenere, nec eis aut eorum alicui contrauenire quouis modo de iure vel de facto. Vt autem premissa omnia et singula robur optineant perpetue firmitatis, presens scriptum nostro sigillo fecimus in euidens testimonium roborari. Datum Wysmer, anno domini M°CCC° tricesimo primo, dominica qua cantatur Oculi mei semper." Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum loco et die supradictis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An seidenen Schnüren hangen fünf ziemlich erhaltene schildförmige Siegel:

1) mit drei Preenschen Pfriemen; Umschrift:

— S' ЄЄORRII PR[Є]N .

2) ein Siegel mit drei sechsspeichigen Rädern; Umschrift:

— S' ЄOTSCALCI . STORM MILIT —

3) ein beschädigtes Stormsches Siegel mit demselben Schildzeichen wie auf Nr. 2; Umschrift:

— S' IOhANNIS * — — —

4) das Schildzeichen wie auf Nr. 2; Umschrift:

— — ЄRMAN — — * S — —

5) das Schildzeichen wie auf Nr. 1; Umschrift:

✠ S' ЄO — — LCI PRЄЄN .

— [1] S. Nr. 5221 und vgl. 1331, April 6.

1331. März 9. Wismar. 5223.

Der Rath zu Wismar ersucht den Rath zu Lübek um einen Spruch in einem über Angelegenheiten der Klumpsilverschen Vicarei obwaltenden Streite auf Grundlage der mitgetheilten Actenstücke.

Sapientibus ac honorandis viris, amicis eorum dilectis, dominis . . consulibus Lubicensibus . . consules de Wismaria seruicii et honoris, quantum

Digitized by Google

possunt. Vestra sciat dilectio, litigium esse inter nostros conciues de scripturis infrascriptis, que, ut hic notantur, scripte sunt: prima in testamento, secunda in magnum librum nostre ciuitatis, tercia in paruum librum debitorium, quem per notarium nostrum habemus custoditum.

Scriptura testamenti hec est: *[Hier folgt Nr. 2530].*

Secunda scriptura, scilicet magni libri nostre ciuitatis, hec est:

Hinricus Klumpsiluer inpignorauit suam hereditatem, in qua moratur, pro ducentis marcis slauicalibus, pertinentibus ad elemosinam sui patris. Hanc pecuniam ipse Hinricus et dominus Bernardus Klumpsiluer et eorum heredes et quicunque constituti fuerint in prouisores eiusdem pecunie, dare possunt, in quibuscunque elemosinis volunt, pro ipsorum voluntate, vel possunt de ipsa pecunia facere missas decantare pro anima patris predictorum.

Tercia scriptura et vltima scriptura, in paruum librum scilicet debitorium, talis est:

Sic inter subscriptos extat placitatum. Hinricus Klumpsiluer colet, quamdiu viuit, XVIł iugera agrorum pertinencia ad elemosinas patris sui pro huiusmodi hura, sicut distincta est inde danda; post mortem vero eius eisdem iugeribus colendis eiusdem Hinrici pueri et domini Bernardi Klumpsiluer, fratris sui, pueri sunt eque prope. Si vero super hoc aliquis infringere poterit, hoc fiat, prout dictauerit iuris ordo. Dictus Henricus habet ducentas marcas slauicalium denariorum ad dictas elemosinas pertinentes, quas sub se reseruare potest, quamdiu sibi placet, de quibus decantatur missa pro anima sui patris; et certificate sunt, prout reperitur in magno libro ciuitatis; quibus ducentis marcis post mortem ipsius Hinrici sui pueri et dicti domini Bernardi pueri nomine prouisorio sunt eque prope. Sed si aliquis infringere potest, hoc fiat secundum iuris exigenciam, sicut de agro supradicto.

Super huiusmodi transcriptis, que dilectioni vestre mittimus sub ciuitatis nostre sigillo sigillata, sub anno M° CCC° XXX. primo, sabbato ante dominicam Letare, cum multa deuocione supplicantes, vestro iure dictos litigantes disbrigari.

„Nach dem Original im Archive zu Lübek, welches in Briefform zusammengefaltet war. Von dem aufgedrückt gewesenen Siegel ist der bei weitem grössere Theil abgesprungen.“ (Wehrmann.) Genaueres lässt sich über den Rechtshandel nicht ermitteln. In dem Wismarschen Zeugebuch (Ende Decbr. 1331) bekennt Hinze Hoppe, dass die Söhne des Rathmanns Bernd Klumpsiluer ihm das ausgekehrt haben, was „per seniorem dominum Hinricum Klumpsiluer“ testamentarisch bestimmt worden. Bernd war im Rathe zu Wismar sicher von 1308—1328, und Hinrik 1327—1329. In diese Zeit von 1308 bis 1328 fällt die obige Scriptura tertia; dagegen kann man von der Stadtbuchschrift genauer sagen, dass sie zwischen 1308 und 1317 fällt, da sie sich in dem erhaltenen Theile (von 1317 an) nicht findet.

Digitized by Google

1331. Vor März 10. 5224.

Versammlung von Abgeordneten der Seestädte zu Rostock.

Acten über diese Versammlung sind nicht auf uns gekommen. Wir kennen sie nur aus der oben in Nr. 5143 auf S. 129 gegebenen Notiz des Wismarschen Kämmerei-Registers vom 17. Mai 1330 bis 8. Mai 1331: „Versus Rozstok domini Rodekoghele et Kalsowe, vbi ciuitate[nses] congregati erant ante Letare, III m.“ Irrig wird in den Hanserecessen, Bd. I, S. 60, der Sonntag Lätare des Jahres 1330 verstanden.

1331. März 13. Avignon. 5225.

Papst Johann XXII. belehnt die Herzoge von Pommern mit ihren Landen, welche sie ihm aufgetragen haben.

Joannes etc. dilectis filiis nobilibus viris Ottoni et Barnim eius nato ac Bu[c]izlao [1], Barny[m] [2] et Vvartizlao ducibus Stetinensibus salutem etc. Dilectus filius Theodoricus Za[c]hel[u]itz [3], canonicus Caminensis, procurator vester, a vobis, fili[i] [4] Otto et Bur[n]ym [5], tam vestris propriis, quam vestro, filii Bu[ciz]lae [6], Barnym et W[ar]tizla[e] [7], quorum vos, dicti Otto et Barnym, tutores esse noscimini, nominibus constitutus in nostra et quorumdam fratrum nostrorum s[ancte] R[omane] e[cclesie] cardinalium presentia proponere procurauit, quod vos, zelum eximie deuotionis, quam ad Romanam ecclesiam, matrem vestram, habere noscimini, nobis et eidem ecclesie, quantum vobis est ad presens possibile, ostendere cupientes, vestr[is], prefati Bu[c]yzlae, Barnym et Vvartyzlae, nominibus ducatus, comitatus, villas, oppida et castra vestra infrascripta, ad vos totaliter et immediate pleno iure spectantia, que libere ac pacifice possidetis, vultis et intenditis a nobis et eadem ecclesia Romana tenere in feudum, et tam vos quam vestri heredes et successores exinde nobis nostrisque successoribus et ecclesie memorate fideles vassalli existere proponitis perpetuis temporibus et deuoti, nobis humiliter supplicans procurator predictus, vt vobis de ipsis ducatibus, comitatibus, [v]illis [8], oppidis et castris infeudationem facere ac ea vobis pro vobis et vestris successoribus in feudum dare et concedere dignaremur, et offerens procurator prefatus, nomine procuratorio quo supra, pro vobis infeudationem predictam a nobis et ecclesia memorata recipere ac nobis et eidem ecclesie pro dictis ducatibus, comitatibus, villis, oppidis et castris prestare fidelitatis debite iuramentum. *Et infra:* Nos autem, audita et plenius intellecta supplicatione predicta visoque tenore instrumenti procuratoris huiusmodi ac deliberatione super premissis prehabita diligenti, ducatus, comitatus, villas, oppida et castra predicta, que sequuntur, videlicet in ducatu Stetinensi: Stetin, Gripesvvolt, T[anc]lym [9], Dymi[n] cum castro, Antiqu[am] Trepethowe, Vvolgast cum castro, Ukerimunde

Digitized by Google

cum castro, Grifenhagen, Ga[r]tze, Pyritze, Ba[n]e, Noua[m] Starga[r]den, Gol-[n]ovve, Vv[o]llyn, Cam(a)yn(g) ciuitatem, Grifen[b]erghe, Noua[m] Trepe-thovve, Belgarden cum castro, Po[lc]y[n], Vzenym, Doberen, Lobes(t) cum ca-stro, Lassan, Warpe; item comitatum [G]utzekovve et comitatum Nougarden, item Belgarden[10] cum castro, B[e]re[n]sten cum castro; item principatum Ruyge, S[u]ndis, Castrum nouum in insula Ruyge[11], Bart, Grimme, Tribuses, Loytze cum castro; castra D(r)ymy[n], Cumerovve, K[i]k[in]dep[e]ne, Sacherigen-molen, Sanzekovve, Osta, Vvolt, Broke, Clemp[e]novve, Cumirovve, Lindeberch, Mughe[n]borgh, Spant[e]kovve, Cochele[12], Oldevvighesc[e] guerg[13], Linde, Cosenoue[14], Saro[u]e, Vuk[er]imunde, Voghe[l]sa[nc], Cle[m]penovve in terra Stetinen[si], de Verrade, de Tvverade, Ba[n]e, Brode, Lu[b]bethovve[15] et Hindenborch: vobis in persona procuratoris predicti, pro vobis ac heredibus et successoribus vestris nomine procuratorio quo supra recipientis, infeudamus ac pro [n]obis[16] et eadem Romana ecclesia in feudum auctoritate apostolica damus et concedimus, eiusdem Romane ecclesie et cuiuslibet alterius iure saluo. Quas quidem infeudationem, dationem et concessionem in feudum prefatus procurator nomine quo supra recipiens et acceptans, mox ibidem recognouit et sponte con-fessus fuit, vos dictos ducatus, comitatus, villas, oppida et castra predicta tenere ac vos, heredes et successores vestros debere tenere perpetuo in feudum a nobis et predicta ecclesia Romana, et propter hoc in noua creatione cuiuslibet Romani pontificis fidelitatis iuramentum debere ac teneri eidem Romano pontifici prestare cum omnibus capitulis, que de iure ac consuetudine partium illorum ad iura-mentum huiusmodi se extendunt. Dictumque iuramentum prestitit nobis ibidem nomine vestro cum omnibus predictis capitulis procurator predictus, nobis suppli-cans humiliter et deuote, vt vobis literas nostras apostolicas dignaremur concedere in testimonium premissorum, quod eidem duximus fauorabiliter concedendum. *Additur superior mandati procuratori dati formula*[17]. Nulli ergo etc. nostre infeudationis etc. Datum Auinione, III. idus Martii, [pontificatus nostri] anno XV.

Nach Raynaldi Annal. eccles. XV (ed. Roman.), ann. 1331, Nr. 24 ex „Ann. 15, p. 4, ep. com. 776". — Raynaldus giebt [1]immer Butizl. — [2]Barniu — [3]Zathelnitzen — [4]fili — [5]Barnym — [6]Butzilac — [7]Vvratizlal — [8]et illis. — [9]Die hier corrigirten Namen lauten bei Rayn.: Tuntlym, Dymim, anti-que, Galtze, Baue, Nouastarganden, Golnovve, Vvellyn, Grifenlierghe, Pontym, Sutzekovve, Bareusten, Syndis, Drymym, Kakmedepone, Clempenovve, Mugheuborch, Spantekovve, Olderrighesclgnerg, Sarone, Vukulmunde, Voghessaue, Clepenovve, Baue, Lumbethovve — [10]d. i. Belgard an der Leba. — [11]Die ciuitas Ruyendal (1313, Fabricius IV, 2, Nr. 661*) oder nova civitas (1314, ibid. Nr. 672) oder nova civitas in parrochia Swantegur (Dähnert, Pomm. Bibl. IV, 56) ward nach dem Dorfe Garz verlegt; die „concives et consules novae civitatis Gartz" kommen schon 1319 vor. — [12]Ueber das Schloss zur Kogel vgl. Bd. V, Nr. 3084. — [13]Wohl = Oldwigshagen. — [14]Ein Konerow lag bei Treptow, s. Bd. II, Nr. 1489, III, Nr. 1923. — [15]= Lübtow — [16]vobis. — [17]Hiermit weist Raynaldus wohl hin auf die bei ihm unmittelbar vorher abgedruckte Vollmacht der pommerschen Herzoge für den oben genannten Caminer Domherrn, für sie die Lehne beim Papste zu muthen und den Lehneid zu leisten, datirt Stettin, 1330, 18. Septbr. — Dieser Lehnbrief, welchen wir theils wegen der Grenz-districte, theils wegen der vorpommerschen Festen, die damals im Pfandbesitze meklenburgischer

Digitized by Google

Fürsten waren, aufgenommen haben, ist früher auch abgedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. II, S. 1, aus dem Kölner Druck des Raynaldus, wo aber die Grafschaft Gützkow ausgefallen ist.

1331. März 14. Güstrow. 5226.

Johann II., Fürst von Werle, vertauscht mit Genehmigung des Bischofs Johann von Schwerin an das Kloster Broda das Patronat der Kirchen zu Falkenhagen mit der Tochterkirche Schönau, zu Federow mit der Tochterkirche Kargow und zu Schlön gegen das Patronat der Kirche zu Waren.

In nomine domini. Amen. Nos Johannes dei gracia dominus de Werle senior recognoscimus tenore presencium lucidius protestantes, quod, licet ius patronatus ecclesiarum videlicet Valkenhaghen cum filia sua Sconowe, Vedderowe cum filia sua Kargowe et Slone hactenus lure hereditario possiderimus et habuerimus, pro vtilitate tamen et comoditate ius patronatus predictarum ecclesiarum de consensu et voluntate nostri dilecti patrui Johannis domicelli de Werle ac dilectorum filiorum nostrorum pure et libere permutauimus in merum ius patronatus ecclesie opidi Warne cum religiosis viris domino Johanne priore, electo in prepositum, rectore ecclesie Noue Brandeborch, totoque capitulo ecclesie Brodensis omne ius, quod habuimus in dictis ecclesiis, abdicantes, in ecclesiam Brodensem perpetuo transferentes, ita quod predicte ecclesie canonici et prepositus eorum, quamcunque personam decreuerint, ad ipsas ecclesias valeant ammodo et deinceps presentare vel per se personaliter possidere, faciendo cum premissis ecclesiis, quod eorum placuerit voluntati, ita quod nos et nostri successores sev heredes ius patronatus dicte ecclesie in Warne ammodo habebimus in reconpensam perpetuis temporibus possidendum; non obstante, quod iure hereditario ius patronatus ecclesiarum dictarum in potestate nostra habuerimus seu litteris quibuscunque super hoc confectis, quo iure hereditario et litteris, si alique offerrentur per nos vel nostros successores, quoad predictas ecclesias sev ius patronatus ipsarum presentibus renunciamus et eas nullius firmitatis esse volumus et vigoris, aliis nichilominus tamen articulis donacionum predilecti aui nostri domini Nicolai de Werle litteris contentis in suo vigore et robore quoad Brodensem ecclesiam permansuris. Jn cuius facti euidens testimonium sigilla, videlicet nostrum et nostri dilecti patrui domicelli de Werle, presentibus sunt appensa. Datum et actum Guzstrowe, anno domini M° CCC° XXXI°, feria quinta proxima post Letare, presentibus Heyn. Holtzsten, milite, domino preposito in Dobertyn, domino Stacio canonico Guzstrowensi, Hermanno Papenhaghen canonico Bardewicensi, Hinrico de Lubeke et Mychaele, nostris capellanis, et Johanne Bellyn, famulo, et aliis fide dignis. Nos igitur Johannes dei gracia episcopus ecclesie Zwerinensis pre-

Digitized by Google

scripta per nobilem dominum Johannem de Werle seniorem facta protestamur et in nomine domini sigillo nostro confirmamus.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. An grünen seidenen Fäden hangen 3 Siegel:

1) das vollständig erhaltene grosse schildförmige Siegel des Fürsten Johann II. von Werle, abgebildet in Bd. V, Nr. 3538;

2) das Siegel Johanns III. von Werle, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3563;

3) ein Bruchstück des bischöflichen Siegels.

— Vgl. Bd. II, Nr. 1284, Anm., und 1331, Mai 29.

1331. März 24. (Lübek.) 5227.

Aufzeichnung über die von dem Lübischen Rathmanne Volmar von Atendorn geschehene Ueberlassung des halben Dorfes Wahrstorf an den Ritter Gottschalk Storm.

Notum sit, quod dominus Volmarus de Atendorn recognouit coram dominis Brunone de Warendorpe, Hermanno Mornewech et Hinrico de Plezcowen, se nichil iuris aut proprietatis habere in villa dicta Wartizstorpe. Et quamuis priuilegium, quod dominus Conradus de Atendorn, patruelis suus, et ipse Volmarus simul habuerunt, confectum super comparacione eiusdem ville, contineat, ipsam villam cum suis attinenciis pertinere equaliter ipsis duobus, tamen idem dominus Volmarus protestatus est, se dimisisse domino Gotscalco Storm, militi, suam medietatem ipsius ville, salua domino Conrado predicto sua parte seu medietate remanente, ita videlicet, quod medietas domino Gotscalco et medietas domino Conrado prescriptis equaliter pertinebit. Actum anno domini M° CCC° tricesimo primo, in festo palmarum. Testes sunt: domini consules Hermannus Mornewech et Hinricus de Plezcowe predicti.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 478, aus den Litterae memoriales auf der Registratur zu Lübek. Auf der Rückseite steht: „Dominus Volmarus de Atendorn.“

1331. April 1. Wedendorf. 5228.

Johann von Bülow, Ritter, schenkt dem Kloster Rehna zu Memorien 100 Mk. Lüb. oder eine jährliche Hebung von 10 Mk. aus dem Dorfe Benzin.

Nos consules in Godebuz vniuersi litteras domini Johannis de Bulowe et suorum filiorum in Wedewendorp, datas ab eis dominabus monasterii in Rene pro memoriis, non abolitas, non can-

Digitized by Google

cellatas, nec in aliqua parte viciatas vidimus et audiuimus in hec verba:

Ego Johannes de Bulowe, miles, tenore presencium lucide recognosco et protestor, quod de maturo consensu meorum filiorum, videlicet Johannis, Nicolai, Godefridi et Johannis, ac aliorum heredum meorum in perhennem memoriam et salutem anime mee meorumque progenitorum et heredum rite ac racionabiliter dedi dominabus et monasterio in Rene centum marcas denariorum Lubicensium, pro quibus de bonis meis in villa Bentsin expedite annuatim percipient X marcarum redditus monete supradicte. Jn quibus bonis dictum monasterium iudicium habebit, sicuti hucvsque habui, et ipsos redditus per inpigneranciam, si necesse sibi fuerit, poterit extorquere, me uel meis heredibus ad hoc minime requisitis, donec ipsi monasterio a me aut meis heredibus centum marce denariorum Lubicensium fuerint integraliter persolute. Persolutis autem hiis centum marcis, liberi erunt dicti redditus et iudicium ad vsus meos et heredum meorum, sicut prius dinoscebantur pertinere. Cum hiis etenim centum marcis domine dicti monasterii et earum prepositus perpetuos redditus, scilicet VIII marcarum, comparabunt. De quibus redditibus dictus conuentus singulis annis duo seruicia habebit perpetue duratura, vnum videlicet de medietate dictorum reddituum die beati Mauricii, in anniuersariis domini Johannis de Bvlowe pie recordacionis, mei patris, aliud quoque de secunda medietate, quandocumque dies anniuersarius mee deposicionis celebrabitur. Si vero, quod absit, per me uel meos filios predictos et heredes seu sequaces dicta summa aut redditus predicti aliquo modo fuerint impediti, ita quod dicto monasterio minime persoluantur, extunc ego et predicti filii mei et heredes propria sponte eligimus sententia excommunicacionis innodari et excommunicatos publice denunciari, donec eis omnia fuerint persoluta. Jn cuius rei testimonium sigillum meum et predictorum filiorum meorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Wedewendorpe, anno domini millesimo CCC° XXXI°, secunda feria pasche.

Et ego Godscalkus Storm, miles, aduocatus in Godebuz, similiter litteras predictas domini Johannis de Bvlowe et suorum filiorum prefatorum vidi et audiui, et propter veritatem et agnicionem rerum gestarum sigilla, videlicet dominorum consulum in Godebuz et meum, presentibus sunt appensa. Datum Godebuz, anno domini millesimo CCC° XL° septimo, in feria quinta festi pentecostes.

Nach dem Original dieses Transsumpts vom 24. Mai 1347 im Haupt-Archive zu Schwerin. Bei der Urkunde liegt das mit dem Pergamentstreifen abgerissene runde Secretsiegel des Rathes der Stadt Gadebusch, abgebildet in Bd. I, zu Nr. 315 (2); Umschrift:

✠ SECRETVM CONS[VLVM . GODEBVZ

Das zweite Siegel ist gleichfalls abgerissen und fehlt. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 3107.

Digitized by Google

1331. April 2. Rostock. 5229.

Elisabeth, Dietrich Frese's Wittwe, und ihr Sohn Hinzeke Frese zu Rostock verkaufen der Stadt Rostock die Bede und das ganze Gericht von dem Dorfe Barnstorf, mit Ausnahme von 3½ Hufen, welche sie selbst bebauen.

Uniuersis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu audituris domina Elyzabet, relicta Thiderici Frisonis, ac Hinceke Friso, filius eius, ciues in Rozstok, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium lucide protestantes, nos bona deliberacione prehabita, cum consensu nostrorum tutorum et amicorum proximorum infrascriptorum vendidisse racionabiliter ac cum omnibus, quorum interest aut interesse poterit, coram viro nobili domicello Alberto Magnopolensi, Stargardie et Rozstok domino, sponte resignasse honorabilibus viris dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Rozstok totas precarias et integras tocius ville Bernestorppe cum iudicio maiore, scilicet manus et colli, ac minore, cum omni fructu et vtilitate, prout nos hactenus habuimus et a viro nobili domino Hinrico Magnopolensi tenuimus, absque seruicio quolibet, libere optinendas et perpetuis temporibus possidendas, exceptis precariis trium mansorum et dimidii supra campum dicte ville Bernestorpe iacencium, nobis reseruatis, hac, que sequitur, sub condicione: quod, quamdiu dictos tres mansos et dimidium personaliter colimus, aut si alteri ipsos in parte aut in toto simpliciter, prout nunc possedimus, vendiderimus, precarie non dabuntur de eisdem, si vero sepedictos tres mansos cum dimidio in parte aut in toto alicui vendere decreuimus cum consilio nostrorum amicorum pro pluribus censibus annuis et pensionibus, quam nunc damus pro eisdem, ille precarias ciuitati erogabit. Preterea pro warandia diei et anni, prout iuris est, nostri tutores et amici, videlicet Hinricus Friso, Ludolphus de Godlandia, Hinricus Rode, Thideke Wilde, Tideman Hollogher, vna nobiscum compromiserunt. Vt autem hec racionabilis empcio supradicta firma permaneat et eterna, tunc presentes litteras inde confectas nostrorum tutorum et amicorum ac compromissorum iam dictorum suis sigillis presentibus appensis petiuimus ac iussimus firmiter roborari in testimonium veritatis. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° XXXI°, feria tercia infra festum pasche.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. Angehängt sind 5 Siegel an Pergamentstreifen:

1) ein schildförmiges Siegel mit einem bärtigen Menschenkopfe mit grossen Ohrringen (abgebildet in Jahrb. XI, Taf. III, Nr. 2); Umschrift, rechts in der Ecke beginnend:

✠ S' HANRICI . FRISONIS

2) ein rundes Siegel mit einem Hauszeichen; Umschrift, rechts beginnend:

S' LVDOLPHI . DE . GOTLANDIA

Digitized by Google

3) ein rundes Siegel mit einem stehenden Schild, in dem ein mit 2 Rosen belegter wagerechter Balken liegt; Umschrift:

✳ S' hIИRIGI RODhG

4) ein schildförmiges Siegel mit zwei belaubten und mit Wurzeln versehenen, gekreuzten Bäumen, die durch einen Kranz verbunden sind (ähnlich wie Jahrb. XI, Taf. II, Nr. 7); Umschrift:

✠ S' . ƆIDGMИNNI WILDG ✳

5) ein kleines rundes Siegel mit einem Hauszeichen; Umschrift:

✳ S' Th... . ИIIII . hOLLO©hGR .

— Vgl. Bd. VI, Nr. 4063 und 4173, auch 1333, Aug. 11.

1331. April 8[1]. 5230.

Heinrich und Nicolaus, Grafen von Schwerin, überlassen dem Knappen Ludolf von Selsinge, Vogt zu Lüneburg, den Hof zu Bode.

Van der gnade godes we Hinrik vnde Clawes, greuen genomet van Zwerin, bekennet allen kristenen luden in desseme breue, dat we mit willen vnde mit w[o]lbort alle vnser eruen hebbet ghelaten vnde latet deme eraftegen knapen Ludelue van Selsinge, de voghet is to Luneborch, vnde synen rechten eruen, eder weme he wil, de vriheit vnde den eyghendom des houes, de geheten is to deme Bodwede, vnde ouer alle dat, dat darto horet, mit alleme rechte, als we bettehere hebben beseten vnde hat den voresprokenen hof. To eneme orkunde desser vorbeschreuenen ding hebbe we vnse inghesegele gehenget to desser schrift. Gegheuen vnde geschreuen na godes bort dusent iar drehundert iar in deme eynvndedryttegesten iare, des ersten mandaghes na paschen[1].

Nach Sudendorf's Urk.-Buch I, S. 263, aus einem im königl. Archive zu Hannover befindlichen Copiar aus der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts. ([1] Sudendorf versteht den Ostermontag = 1. April)

1331. April 9. Lübek. 5231.

Bruno von Warendorf, Bürgermeister zu Lübek, überträgt seinem Sohne Johann von Warendorf das Dorf Mallentin und 4 Hufen in Gostorf.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo CCC° XXXI°, indictione quarta decima, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri, domini Johannis divina prouidencia pape XXII., anno quinto decimo, V° ydus Aprilis, constitutus in presencia mei notarii et testium subscriptorum honorabilis vir dominus Bruno de Warendorpe, proconsul civitatis Lubicensis, sanus mente

Digitized by Google

et corpore per graciam Jhesu Cristi, dedit, cessit, assignavit et in sortem hereditatis paterne donavit Johanni de Warendorpe filio suo, clerico Lubicensi, presenti et in partem hereditatis sue recipienti, quandam villam dictam Malentin, sitam in terra Dartzowe, Raceburgensis dyocesis, et quatuor mansos terre iacentes in villa Gozwinestorpe, dicte dyocesis, cum omnibus ruribus, proventibus, pertinenciis et emolumentis ac omni iure, proprietate et libertate, quibus dictus dominus Bruno prefatam villam Malentin a bone memorie Marquardo et Hinrico fratribus dictis de Lo, militibus, ac dictos quatuor mansos a Marquardo, Hinrico et Hartwico, militibus, et Volquino fratribus dictis de Lo asseruit racionabiliter comparasse, sicut ex privilegiis super hiis confectis et sigillo nobilis viri domini Hinrici, felicis recordacionis quondam domini Magnopolensis, sigillatis posset evidencius apparere, tenendos, habendos et tamquam partem sue hereditatis perpetuis temporibus obtinendos; dans et concedens eidem filio suo Johanni omnia iura et actiones reales et personales, utiles et direct[a]s, que vel quas dictus dominus Bruno habet vel habere posset occasione dictorum ville et mansorum ac iurium, fructuum et pertinenciarum ipsorum contra quascunque personas et specialiter contra Conradum, Emekinum et Marquardum fratres dictos de Lo, armigeros, Raceburgensis dyocesis, et eorum quemlibet, qui ipsum dominum Brunonem, ut dixit, villa et mansis predictis ac iuribus, fructibus et pertinenciis suis, in quorum pacifica possessione multis annis extiterat, ut dicebat, violenter contra deum et iusticiam ac dictorum privilegiorum tenores spoliarunt et eos iam longo tempore occupaverunt et adhuc detinent indebite occupatos; ponens nichilominus ac statuens prefatum Johannem de Warendorpe in locum suum tamquam actorem principalem velut in rem suam, sic quod ipse Johannes deinceps possit contra predictas personas et quascunque alias occasione predictorum ville et mansorum ac iurium, fructuum et pertinenciarum suorum actionibus realibus et personalibus, utilibus et directis experiri, consequi et tueri, excipere et replicare petereque a predictis personis et aliis quibuscunque aut heredibus ipsorum villam et mansos predictos ac fructus et redditus ipsorum perceptos, et qui percipi potuerunt, necnon dampna, expensas et nichilominus interesse, si que vel quas dictus dominus Bruno incurrit occasione spoliacionis et occupacionis predictarum, ac omnia et singula facere, que in premissis et circa premissa fuerint necessaria ac eciam oportuna; promittens michi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice dicti Johannis de Warendorpe ac omnium, quorum interest vel poterit interesse, quod hanc cessionem et donacionem perpetuo ratam et gratam habebit, nec eam aliqua causa vel ingratitudine revocabit. Acta sunt hec Lubeke, in domo habitacionis honorabilis viri magistri Hinrici Goldoghen, canonici Lubicensis, sub anno, indictione, pontificatu et die predictis, presentibus discretis viris magistro Hinrico prefato, Johanne de Brunswich et Wasmodo presbiteris, perpetuis vicariis ecclesie sancte Marie Lubicensis, ac Johanne de Slamin, clerico Zwerinensis dyocesis,

Digitized by Google

publico auctoritate imperiali notario, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Notariats-zeichen.*) Et ego Hermannus, natus Hermanni Frisonis, clericus Bremensis, publicus auctoritate sacri Romani imperii notarius, quia cessioni, dationi, assignationi et donationi, necnon concessioni, positioni, promissioni et eius receptioni aliisque omnibus et singulis factis, ut premittitur, una cum dictis testibus interfui, presens instrumentum et in eo contenta rogatus manu propria scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto et nomine roboravi.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 479, aus dem Original auf der Trese zu Lübek.

1331. April 11. Demmin. 5232.

Johann III., Fürst von Werle, schliesst ein Landfriedensbündniss mit dem Herzoge Barnim von Pommern.

Wy Johan, van der gnade godes iunchere van Werle, bekennen openbare vnde betughen in dessen breuen, dat wi na vser riddere rade hebben dan ene vorbindinghe mit vseme leven zwagere hertoghe Barnym van Stettyn. Thom ersten male scole wy ewighe vrunt blyuen vnde nummer mer vigende werden. Were dat so, dat scelinghe tuschen vns queme, dar scole wi vnme tho samende riden. Swo ver vnser riddere an beydent syden vns darumme lyken, dar scole wi vns ane no͛gen lathen. Vortmer, kumpt scelinghe tuschen vnser beyder man, de scole wi mit mynnen eder mit rechte steden. Vortmer vnser eyn scal dem anderen tho hulpe komen vp alle de, de vnser ieneghen anevechtende sint. De volginghe de scal malk dem anderen tho gemake keren vnde scolen des tho samende riden; swes wi tho rade werden, dat scal malk dem anderen holden. Beneme dat noth, dat wi nicht tho samende komen kůnden, so scal malk syner ratgeven twe tho den anderen senden mit vůller macht. Vortmer, we des anderen bedarf, de scal eme de kost geven vnde scal de dinghenisse vpboren tho der kost tho hulpen. Were, dat wi slothe wnnen, leghen se an vnsen landen, se scolen vnse blyuen; leghen se auer an vighende lande, so scole wi se delen na mantale. Worden ok vanghenen an kyve vanghen, de scal men na mantale delen. Dat desse vorscreuene dink stede vnde vast blyuen, des hebbe wi desse breue besegelt mit vnseme inghesegele. Thughe deser dink synt: her Hane, her Nortman, riddere, Johan Grube vnde Claus van Lobeke, knapen. Dit is chescen vnde dese bref is ghegheuen na der bord godes dusent iar drehundert iar envndedruttich iar, des dunredaghes na dem ersten sundaghe na paschen, vppe deme hus tho Demmyn.

Digitized by Google

Nach dem Original im königl. Provincial-Archive zu Stettin. Angehängt ist ein Pergamentstreifen, an welchem jetzt das Siegel fehlt. — Gedruckt in Höfer's Auswahl der ältesten deutschen Urkunden, S. 367, und Jahrb. VII, S. 248.

1331. April 12. Warin. 5233.

Godefridi, Pfarhern zu S. Jurgen in Parchim, vnd Gherardi Buscel, burgern doselbst, vnter ihren Sigeln latinischer brieff, darin sie H. Ludolpho, Bischoffen zu Zwerin, zu erkennen geben, das sie seines Vorfaren hern Johannis gesunde sigel vnd brieffe gesehen dises inhalts: nomlich,

das er, Johannes, Bischoff zu Zwerin, hern Hermanno Robelman, Pfarhern zu Plawe, vnd Arnoldo von Haren auss der Stadt Sunde 32 dr. Korns, alss 16 dr. rogken vnd 16 dr. habern, die zum bischofflichen tische gehoren, vff zeit ihres lebens vor 300 Mk. wendisch verkaufft habe, ierlichs auss folgenden dorffern zu heben: alss Grossow, Ludekendorp, Scolentyn, Parceke, Cebberyn, Loppin, Citlist, in Cussin, Jabel vnd vom hofe Rotze. Nach beider absterben sollen erwente zehenden frey an den Bischofflichen tisch wider kommen. Datum Bischoffs Johannis briefes stehet Warin, 1331., feria 6. post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Datum Transumpti 1337., feria 6. ante dominicam Lætare Jerusalem[1].

Clandrian, Protoc. fol. 157°. Am Rande steht: „de decima in Archidiaconatu Warnensi.“ — [1] 1337, März 28.

1331. April 14. Lübek. 5234.

Jacob von Hamm bekennt, dass seinem Sohne Heinrich 23 Mark 12 Schill. von den Hebungen gehören, welche er mit Ertmar Raven zu Niendorf, im Kirchspiele Dreveskirchen, besitzt.

Notum sit, quod Jacobus de Hamme, constitutus coram consulibus recognouit, quod filio suo Hinrico pertineant XXIII marce et XII solidi denariorum Lubicensium in redditibus, quos idem Jacobus cum Ertmaro Rauen [possidet] in Nyendorpe, sita in parochia Otheskerken.

Nach einer (getilgten) Inscription des ersten Lübischen Niederstadtbuches, eingetragen 1331, Misericordia domini, mitgetheilt von Professor Mantels. — Vgl. Bd. VII, Nr. 4588.

Digitized by Google

(1331. Rostock.) 5235.

Kunigunde von Magdeburg verpfändet dem Eberhard von Nöre wegen einer Forderung desselben an sie und ihren Ehemann ihr Haus am Mittelmarkte zu Rostock.

Omnis dissencio inter Henningum de Magdeborc et vxorem suam dominam Conegundim et Euerardum de Nore ratione debitorum suorum, in quibus dicti sibi soluere tenebantur, cum consensu eiusdem domine Conegundis et suorum puerorum Gherardi et Thiderici et suorum amicorum proximorum consilio est cedata et sopita, ita quod dicta domina cum consensu predictorum posuit tytulo pignoris prosecuti eidem Euerardo pro CC marcis et XXX[1] marcis et XVIII marcis argenti hereditatem suam lapideam liberam, apud medium forum sitam, a proximo festo pasche vlterius ad annum, tali conditione: si dictam pecunie summam et argentum sibi tunc non soluerit, extunc prefatus Euerardus ipsam hereditatem pro dicta pecunie summa et argento vendere poterit et obligare, cuicunque voluerit, absque contradictione. Gherwinus Wilde et Johannes Tolner tabule presidebant. De isto anno dicta domina redditus non erogabit.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1337, fol. 33, zum J. 1331. — [1]XXX ist gestrichen und darüber geschrieben: LX, von derselben Hand.

1331. (April.) Rostock. 5236.

Tiedemann und Dietbold Horn behalten gemeinschaftlich das Dorf Diedrichshagen und 30 Drömt Rente aus dem Dorfe Santtz.

Thidemannus et Ditboldus fratres dicti Horn per industriam suorum amicorum proximorum sunt ex parte omnium bonorum promptorum et societatis, quas invicem habuerunt, complanati et separati tali conditione mediante, quod dicti fratres Thidemannus et Ditboldus et eorum heredes obtinent similiter et equaliter totam y[n]daginem Thiderickeshagen cum omni iure et vtilitate et in villa Saghencen triginta tremodiorum redditus, quos Wlueke de Cene quondam ibidem habuerat. Cum hiis ab invicem sunt diuisi penitus et separati. Gherwinus Wilde et Johannes Tolner tabule presidebant.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1338, fol. 34[b].

Digitized by Google

(1331. Rostock.) 5237.

Eberhard und Markward Nachtraven zu Rostock schliessen einen Gesellschaftsvertrag.

Venerunt ad presentiam camerariorum Euerardus et Marquardus socii dicti Nachtraven, fatebantur vno ore dicentes, quod omnia bona ipsorum in hereditatibus, in redditibus et debitis et bonis paratis, foris et intus, vbicunque locorum existencia, ipsis ambobus pertinent equaliter possidendo, excepta vna hereditate in platea piscatorum sita, que Euerardo soli pertinet.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1338, fol. 35, zum Jahre 1331.

1331. April 26. Lübek. 5238.

Heinrich, Bischof von Lübek, bestätigt auf Grund der Vollmacht des Papstes Johann XXII. (d. d. 1327, Octbr. 16, Avignon) die durch den Lübeker Bürger Volmar von Atendorn gegründete und mit Einkünften zu Neuburg bewidmete Lübeker Domherrn-Pfründe, über welche er dem Gründer und dessen Erben bis ins vierte Glied das Verleihungsrecht ertheilt.

Hinricus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus — — — — vocatis et presentibus honorabilibus viris dominis Johanne Hildemari decano totoque capitulo dicte ecclesie, Volmaro predicto [*sc.* de Atendorn, ciui Lubicensi] concessimus licenciam in nostra ecclesia fundandi et dotandi prebendam vnam discretam et singularem ac alia omnia et singula faciendi iuxta predicte littere [*sc.* Johannis pape XXII.] continenciam et tenorem. Qua quidem licencia eidem ciui concessa, singularem et discretam prebendam fundauit et dotauit cum bonis infrascriptis, videlicet vndecim mansis in loco dicto Borchwal ac vndecim casis cum vna fabrica dictis loco et mansis annexis, adiacentibus ville Nigenborch, dicte Zwerinensis dyocesis, prout hec bona cum emolimentis et redditibus suis distincte seu lucide in litteris inde confectis describuntur, per eundem Volmarum presentatis nobis et ecclesie nostre prefate, et cum omni proprietate et dominio in honorem beatorum Johannis baptiste, Nicolai et Blasii, patronorum eiusdem ecclesie, optulit eidem ecclesie pure propter deum et libere — — — —. Quibus rite peractis omnibus et singulis, prefatus Volmarus presentauit decano et capitulo predictis Volmarum de Atendorn filium suum, clericum Lubicensem, ad prebendam, ut premittitur, per eum fundatam et dotatam, quem idem decanus suo et dicti capituli nomine de mandato nostro recepit in canonicum et in fratrem ac

Digitized by Google

ad eandem prebendam admisit — — —. Datum Lubeke, anno domini M° CCC° tricesimo primo, in crastino beati Marci evangeliste.

Vollständig nach dem Reg. Cap. Lubic. gedruckt bei Leverkus I, S. 706. — Vgl. Nr. 5221 und 5222.

1331. April 29. 5239.

Werner, Johann, Konrad und Gerhard Pramule, Brüder, verkaufen dem Kloster Dargun den Hof zu Damm, welchen Werner Preen bewohnt hat, mit 6 Hufen, der Mühle und dem halben Kruge, und verpflichten sich, die von dem Hofe jährlich zu einer Vicarei in Alt-Kalen zu gebenden 2 Mark anderswo anzuweisen.

Vniuersis presencia visuris nos fratres Wernerus, Johannes, Conradus, Gerhardus famuli dicti Pramule cupimus fore notum, quod nos, de amicorum nostrorum consilio, bona voluntate vendidimus iusto vendicionis tytulo dominis abbati et conuentui monasterii de Dargun sex mansos, semine hyemali seminatos, et curiam in villa Dam cum omnibus attinenciis suis et structuris, in qua Wernerus Pren, gener quondam noster, habitauerat, quorum mansorum tres siti sunt in campo, qui Borchuelth nuncupatur, residui vero tres mansi sibi sunt in loco, qui Wynteruelth appellatur, cum omnibus terris suis, scilicet nemoribus, pratis, pascuis, piscacionibus, ac molendinum cum necessariis suis instrumentis, casas eciam cum redditibus dicte curie adiacentes et dimidiam tabernam, supradicta omnia cum omni vtilitate, prout idem Wernerus Pren multo tempore quiete possedit, pro quingentis marcis denariorum monete slauicalis. De prefata autem in Dam curia sex mansorum annui sunt redditus exsoluendi, quorum reddituum duas marcas singulis annis ad perpetuam vicariam in Antiqua Kaland nos antedicti fratres in alio loco tollendas deputabimus expedite. Abbas igitur et conuentus supradicti ne racione empcionis huiusmodi impeticiones seu molestias a quoquam hominum paciantur in futurum, nos Wernerus, Johannes, Conradus, Gerhardus prenominati fratres stamus pro omnibus et singulis coram bonis hominibus iure contentari volentibus, qui prefatos sex mansos cum terris suis, curiam, molendinum, casas, redditus seu quodlibet predictorum quauis occasione possent impetere, heredibus Bordekini Pren duntaxat exceptis, fide data copulata manu promittentes, quod infra diem et annum omnia supradicta et eorum quodlibet, si per dicti monasterii nuncios fuerimus requisiti, volumus fideliter disbrigare. Stamus preterea in hiis nos litteris obligantes pro dicti Werneri Pren filia et pro fratribus nostris et eorum ac nostris heredibus, quod eorum nullus, nec ex parte eorum quisquam, vllo tempore monasteri[um] Dargun seu conuentum memoratum

Digitized by Google

impetere debeat vel impedire racione quorumlibet premissorum. Vt autem hec nostra vendicio debite facta firma permaneat, nos Wernerus, Johannes, Conradus, Gerhardus fratres sepedicti in testimonium omnium et certitudinem predictorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes, qui huic vendicioni presentes aderant, fuerunt: domini Hinricus de Osta, Guntherus de Lewetzowe, Arnoldus de Osta, Johannes Petzeke, milites, et alii plures religiosi et seculares fide digni. Actum et datum anno domini M°CCC°XXX°I°, in die beati Roberti abbatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen 4 schildförmige Siegel mit einem vorwärts gekehrten Helme, welcher mit 4 Rosen an den Seiten und obern Ecken besteckt ist. Auf dem ersten Siegel sind die rosenähnlichen Scheiben mit Federn besteckt, auf den 3 andern erscheinen nur Rosen, welche aber vielleicht Rosetten aus Federn vorstellen sollen; Umschriften:

1) ✠ S' . WERNERI : PRAMVLE
2) ✠ S' . IOhANNIS . PRAMOVLE
3) ✠ ❀ S' . CONRADI . PRAMV*LE +
4) ✠ * S' * ChER...I . PRAMV*LE *

— Ueber Werner Preen vgl. Urkunden vom 31. Octbr. und 26. Decbr. 1331, 1347, Decbr. 7 und 1350, Aug. 14.

1331. April 29. 5240.

Werner, Johann, Konrad und Gerhard Pramule, Brüder, verkaufen dem Kloster Dargun 2 Hufen in Damm.

Nos fratres Wernerus, Johannes, Conradus et Gerhardus famuli dicti Pramule presentibus recognoscimus publice protestantes, quod nos de consensu et consilio amicorum nostrorum et fratrum vendidimus iusto vendicionis tytulo dominis abbati et conuentui monasterii de Dargun duos mansos cum sua hereditate in villa Dam, iure, frvctu et vtilitate, quibus Petrus Pradole possederat hereditatem et mansos, cum suis terris omnibus, scilicet nemoribus, pratis, pascuis, piscacionibus ceterisque attinenciis, pro sexaginta et quatuor marcis monete Sundensis. Abbas igitur et conuentus supradicti ne racione empcionis huiusmodi impeticiones seu molestias a quoquam hominum paciantur in futurum, nos fratres Wernerus, Johannes, Conradus, Gerhardus antedicti stamus pro omnibus et singulis iure contentari volentibus, qui prefatos duos mansos cum suis pertinenciis quauis occasione possent impetere, fide data coniuncta manu promittentes, quod infra diem et annum, si per dicti monasterii nuncios fuerimus requisiti, debemus et volumus fideliter disbrigare. Promittimus insuper fide data in hiis nos litteris obligantes, quod Petrus Pradole supradictus memoratos duos mansos infra diem et annum ad manus abbatis et conuentus predictorum sine

Digitized by Google

contradiccione resignabit bona et libera voluntate. Vt autem hec nostra vendicio firma permaneat, nos Wernerus, Johannes, Conradus et Gerhardus fratres sepedicti in testimonium et certitudinem premissorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes, qui huic vendicioni presentes aderant: domini Hinricus de Osta, Guntherus de Lewetzowe, Arnoldus de Osta, Johannes Petzeke, milites, et alii plures fide digni. Actum et datum anno domini M°CCC°XXX°I°, in die beati Roberti abbatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind 4 Pergamentstreifen, an deren 1., 3. und 4. die zu Nr. 5239 beschriebenen, entsprechenden Siegel hangen.

1331. Mai 4. Wittstock. 5241.

Burchard, Propst, Lorenz, Prior, und das Dom-Capitel zu Havelberg vergleichen sich mit dem Capitel zu Broda über die Wahl des Klosterpropstes von Broda, und der Bischof Dietrich von Havelberg bestätigt diesen Vergleich.

Nos Borchardus dei gratia prepositus, Laurentius prior totumque capitulum ecclesie Hauelbergensis recognoscimus publice per presentes, quod super discordia inter nos et capitulum ecclesie Brodensis super iure eligendi prepositum eiusdem ecclesie de gremio ecclesie nostre Hauelbergensis concordauimus hoc modo, videlicet quod nos omni iuri, si quod habuimus uel habemus in electione huiusmodi, renuncciauimus et presentibus renuncciamus, non obstantibus quibuscunque litteris uel priuilegiis a quibuscunque donatis, admittentes et concedentes eisdem priori et capitulo ecclesie Brodensis, ut inter se de gremio ecclesie sue uel alterius eligendi prepositum dicte sue ecclesie liberam perpetue habeant facultatem, sine omni inpedimento nostro uel nostrorum successorum, confirmacionem tamen eleccionis huiusmodi ab episcopo nostro Hauelbergensi petituri et recepturi; et in signum subiectionis nobis quatuor marcas argenti Stendaligensis singulis annis in festo Philippi et Jacobi in ciuitate Wyzstoch expedite sub penis suis, in litteris ipsorum et episcopi super hoc confectis contentis, erogabunt, nisi eos aliquem de gremio ecclesie nostre Hauelbergensis eligere contingeret, quo regente ad solucionem dictarum quatuor marcarum argenti minime tenentur. Ceterum instrumenta uel priuilegia donacionis super fundacione ecclesie sue, que nos habemus, solum in subsidium iuris sui sub nostra custodia reseruabimus, pro vtilitate communi eis, si opus fuerit, presentando. Et nos Thidericus dei gracia episcopus Hauelbergensis ordinacionem prehabitam et omnia premissa rata habemus et ex certa sciencia de voluntate dictorum prepositi et capituli nostri presentibus confirmamus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillis dic-

Digitized by Google

torum prepositi et capituli duximus apponendum. Datum et actum in castro nostro Wyzstoch, anno domini M°CCC°XXXI°, sabbato proximo post dominicam Cantate, presentibus honorabilibus viris preposito in Jerchowe domino Conen, domino Marquardo preposito in Wyzstoch, magistro Nycolao plebano in Kyrisz, magistro Gherardo officiali nostro, domino Johanne Mankemus canonico Hauelbergensi, magistro Hermanno Papenhagen canonico Bardwicensi et domino Waltero vicario in Pencelyn, domino Johanne Kůbir et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. An Fäden von grüner Seide hangen drei Siegel:

1) das parabolische Siegel des Bischofs Dietrich, welches den Bischof auf einem, mit Thierfiguren verzierten und mit reich geschmückter und mit einer Decke behangener Rücklehne versehenen, Sessel sitzend darstellt, die rechte Hand vor die Brust und in der Linken den Stab haltend; Umschrift (ergänzt nach den Urkunden von 1340, Febr. 13, und 1341, Febr. 24):

[✠ S'] ThEODERICI : DEI [: CR̄A : hA..LB]ERCENSIS ECCLĪ̄E ĒP̄I]

2) ein rundes Siegel mit dem Brustbilde der heil. Maria, das Christkind auf dem rechten Arme haltend, die linke Hand an die Brust gelehnt; Umschrift:

[SC]A . MARIA . Ī . hAVELBE[RC]

3) das Bruchstück eines Siegels: zwei einander zugewandt sitzende Figuren, beide mit einem Heiligenschein umgeben, von denen die linke gekrönt ist und die zu ihrer Rechten sitzende und die Hände zum Gebet faltende Figur krönt (Krönung Mariä).

— Gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 3, S. 97; vgl. Boll, Starg. I, S. 178.

1331. Mai 6. Schwerin. 5242.

Nicolaus, Graf von Schwerin, überlässt seinem Vetter, dem Grafen Heinrich von Schwerin, das Eigenthum des Dorfes Lehmkuhlen, mit der Berechtigung, dasselbe zu einer Vicarei zu legen.

In godes namen. Amen. Wi Nicolaus, van der gnade godes iunchere vnde greue thoᵛ Zwerin, bekennen oppenbare vnde betughen vnde doᵛn witlich alle cristenen lvden, de dessen ieghenwardeghen breif leesen, horen edder seen, dat wi mit beradenen mode vnde mit gantzeme volborde vnser erven hebben vnseme leven vedderen greue Hinrik van Zwerin dor got vnde dor vnser elderen vnde vnser eghenen sele willen ghelaten vnde latet al den eghendoᵛm over dat dorp, dat de Lemcule is gheheten, mit aller vriheyt, also vnse elderen vnde wi ith beseten hebben bette an dessen dach vnde ith vns gheervet is, vnde also ith binnen alle siner scheyde ghelicht vnde geleghen heft, mit holte, mit watere, mit weyde, mit ackere buwet vnde vnghebuwet, mit deinste, mit bede, mit aller vrůcht vnde nůt, ane dat overste richte alleyne, dat wi vnde vnse erven dat moghen losen vor alsodane penninghe, dar wi dat beschedene richte vnseme vedderen vore hebben ghesetteth. Dit vorsprokene dorp vnde

Digitized by Google

gůt schal ok vnse veddere ane ienegher hande wedersprake edder hindernisse vnser edder vnser erfnamen gheleygghen thov eyner vicarie, de he nů an de ere godes maken wil. Thughe desser dinghe sint: her Hinrik Rauen, her Gherard van Zulowe, riddere, Henneke van Zulowe, Hinrik Rosenhaghen vnde Martinus, vnse scriver. Vnde thov eyner grotteren orcunde alle desser dinghe vnde stedicheyt so hebbe wi vnse ingheseghel henget thov desme breue. De is gegheven vnde screuen thov Zwerin, na godes bort dusent iar drehundert an dem envndruyttegesten iare, in deme heylighen daghe svnte Johannis ante portam Latinam.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel ist von dem eingehängten Pergamentbande abgerissen. — Vgl. 1331, Aug. 4.

1331. Mai 9. Rostock. 5243.

Gotthard Preen und sein Sohn Berthold verkaufen dem Vicar Dietrich Vrije, dem Rathsherrn Bernhard Kopmann und seinem Bruder Brüning zu Rostock und an Heinrich und Johann Pütenitz zu Ribnitz 2 1/3 Hufen zu Letschow.

Nos Godeke et Bertoldus meus filius, dicti Preen, presentibus publice protestamur, quod de maturo nostro consilio ac omnium, quorum interest uel interesse poterit, pleno consensu vendidimus et dimisimus ac coram domino nostro domino Alberto Magnopolensi, Stargardensi et Rozstoccensi domino sponte resignauimus duos mansos, quos nunc Hinricus Vinke colit, et terciam partem mansi, quem Hermannus Letzekow colit, ville Letzekow adiacentes, cum omni proprietate, utilitate et ecclesiastica libertate, de quibus duobus mansis dictus Hinricus Vinke viginti septem modios siliginis, nouem modios ordei, duo tremodia auene, quatuor solidos Rozstokcensium denariorum, duo toppe lini et dimidium pullum, item Hermannus Letzekow de tercia parte mansi, quem colit, quatuor modios siliginis, quatuor modios ordei, quinque modios auene, octo denarios et terciam partem de top lini et terciam partem pulli annue soluere tenebuntur, Thiderico Vryien, perpetuo vicario in ecclesia beate virginis in Rozstok, Bernardo Kopman, consuli in Rozstok, Bruningho eius fratri, Hinrico et Johanni filiis Gher[ardi] Půteniz in Ribbeniz eorumque veris heredibus pro octoginta marcis denariorum Rozstokcensium octo solidis minus nobis plenarie persolutis. Hos quidem dictos redditus dictorum mansorum cultores et eorum successores quolibet festo sancti Martini persoluent expedite. Jn cuius testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes sunt: Johannes Borst, plebanus sancti Nicolai in Rozstok, Johannes Hannouer, plebanus in

Digitized by Google

Lubow, Meynhardus scolasticus beate virginis in Rozstok; Lodewicus Kruse, consul in Rozstok, Hinricus et Gherardus Crusen, eiusdem auunculi, ac alii plures fide digni. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° XXX. primo, die ascensionis domini.

Nach dem Dipl. eccl. Butzow. fol. XXXV und fol. LXXXIX, aus dem Transsumpt des Bischofs Heinrich von Schwerin d. d. 1343, fr. 4 post Margar. — Vgl. 1326 und 1331, Juni 28, auch 1337, Mai 7, 1343, Juni 23 und Juli 16.

1331. Mai 9. — 1332. Mai 27. Wismar. 5244.

Kämmerei-Rechnung der Stadt Wismar von Himmelfahrt 1331 bis dahin 1332.

Anno domini M° CCC° XXX° primo camerarii electi in ascensione domini, videlicet domini Johannes Kalsowe et Thidericus Lasche, a quibus subscripti conuenerunt bodas:

Tammeke conuenit bodam suam, sicut habuit, pro III½ marca. *[Hier folgen die weiteren Einnahmen von Buden.]*

Werner Møderitz pratum et agrum iuxta Wotrentze a proximo Johannis vltra ad tres annos, annum pro duabus marcis. Jn qualibet natiuitate sancti Johannis dabit redditus.

Prata ante valuam Lubicensem recepta sunt ad IIII^or^ annos. *[Hier folgen noch Einnahmen von 6 Buden.]*

Computacio eorundem camerariorum:

Die corporis Cristi versus dominos de Werle IIII mr. domini Kropelin et Strømekendorp.

Pro cemento et eius calcinacione V mr^c^ et II sol. Pro lignis ad calcinandum VII mr^c^ et V sol. Hermanno lapiscide VIII mr^c^ de muro murato.

Domino Eghardo Walmerstorp V mr^c^, quas consumpsit in captiuitate.

Pro lignis ad domum laterum XXX sol.

Versus Lvbeke dominis Johanni Kropelin et Martinus (!) contra comites circa trinitatem IIII mr.

Pro cemento VI mr^c^ III sol. Pro lignis XXX sol. et III½ denarium. Pro lignis III mr^c^ et IIII½ sol. Jtem pro lignis IIII mr^c^ et XV denarios. Hermanno teghelere IIII mr^c^. Pro lignis XXI½ solidum. Pro lignis XXX sol.

Hartmanno tenetur ciuitas libram grossorum Michaelis, domino Hinrico Rikquerstorp XXVI marcas Michaelis, Johanni Kriwitz et Lvdekino Haluehoyken XXX mr^c^ minus VI solidis pro argento.

Digitized by Google

Anno domini M° CCC. XXX. secundo, feria sexta post dominicam Misericordia domini[1], a camerariis dominis Johanne de Kalsowe et Thiderico Laschen conuenit seu hurauit Wernerus Møderitz pratum et agrum circa Wotrentze pro II marcis Lubicensibus et insulam apud molendinum Lubicense(m) pro quatuor solidis a proxima natiuitate sancti Johannis ultra ad IIII annos, et redditus dabit quolibet anno in dicto festo sancti Johannis.

Eodem anno conuenit siue hurauit dominus Koosuelt bodas suas ad vnum annum pro III mr' a proximo pascha vltra et restruet parietem per ipsum inter bodas destructam. Arnd Brunswik conuenit bodam suam a proximo Johannis vltra annum pro XX sol. et ergo non sorciet[ur] cum aliis. Hanneman pro Aa IIℓ marcam, a proxima natiuitatis sancti Johannis baptiste vltra annum. Hasse Lasche domum a proximo pascha vltra annum pro II mr'.

Aus dem in Bd. VII, zu Nr. 4724 beschriebenen Wismarschen Kämmerei-Register von 1326 bis 1336, fol. 25 b — 27 b, im Anschlusse an Nr. 5144. (Die Fortsetzung s. 1332, Mai 28.) — Gedruckt in Jahrb. XXIX. S. 96. — [1] = 1332, Mai 8.

1331. Mai 11. An der Swine. 5245.

Friedrich, der Bischof, Fürst Barnim von Werle, der Propst, und das ganze Dom-Capitel von Camin bewilligen der Herzogin Elisabeth von Wolgast und ihren Kindern, dass sie Land und Stadt Camin, welche Herzog Wartislav IV. 1321 für 10,000 Mark wendisch dem Stift auf 10 Jahre verpfändet hatte, trotz des Verfalles auch noch binnen den nächsten 12 Jahren wieder einlösen können, und ermässigen zugleich den Pfandschilling auf 7000 Mark wendisch.

Nos Fredericus dei gratia episcopus, Barnim prepositus totumque capitulum ecclesie Caminensis — —. Datum et actum prope Zwinam, anno domini millesimo CCC. XXXI., proximo sabbato post ascencionem domini, presentibus — —.

Nach dem Original im Staats-Archive zu Stettin, mit den Siegeln des Bischofs und des Capitels von Camin, mitgetheilt vom Staats-Archivar Dr. Klempin. — Vgl. Nr. 5188 und die Note.

1331. Mai 20[1]. Cismar. 5246.

Das Kloster Cismar bezeugt, dass das ganze Mühlenerbe zu Dammhusen dem Müller Lambert gehört.

Nos Johannes dei gracia abbas, Johannes prior totusque conuentus in Cysmer ordinis sancti Benedicti, Lubicensis dyocesis, recognoscimus vniuersis,

Digitized by Google

hereditatem molendini nostri Dammenhusen prope ciuitatem Wysmer cum piscina et piscatura ipsius, incursibus et decursibus aquarum, restagnacionibus, rubetis, lignis, arundine et quibuscumque aliis in dicti molendini piscine limitibus et terminis crescentibus ad Lambertum, nunc molendinarium dicti nostri molendini, et suos heredes iure hereditario pertinere, excepta graminatura, qua perfruentur ciues Wysmarienses, prout in litteris domini Magnopolensis de hiis confectis lucide declaratur, tali videlicet condicione, vt singulis annis XII marcarum redditus denariorum Lubicensium quater in anno, scilicet in festo pasche trium marcarum redditus, in natiuitate beati Johannis baptiste trium marcarum redditus, in festo sancti Michaelis trium marcarum redditus et in natiuitate Cristi trium marcarum redditus, prefati Lambertus et sui heredes, aut quicumque dictum molendinum possederint, nobis et ecclesie nostre soluant. Si autem predicti tardos et ingratos in soluendo se reddiderint, vt premittitur, per inpignoracionem poterimus extorquere. Verumtamen, si processu temporis dicta Lubicensis moneta in slauicalem monetam fuerit commutata, sepedicti Lambertus et sui heredes, aut qui dictum molendinum possederint, XXIIII marcas slauicalium denariorum singulis annis nobis dabunt, scilicet sex marcas slauicalis monete modis et terminis prenotatis, ita quidem, prout sepedicta moneta slauicalis in ciuitate Wysmer fuerit communiter approbata; hoc eciam adiecto: si nos Johannes abbas, vel quicumque abbas pro tempore fuerit, aut officialis noster, vnus de dominis nostris in Wysmer et in bonis nostris in terra Slauie moram quantulamcumque traxerimus, in dicta piscina ad vsus nostros, quandocumque et quocienscumque voluerimus, piscandi liberam habebimus facultatem. Jn omnium premissorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cysmer, anno domini M° CCC° XXXI°, feria secunda post festum penthecostes [1].

Nach einer Abschrift im Wismarschen Zeugebuch, eingetragen nach der Abschrift der Urkunde d. d. 1331, Aug. 9, Cismar. (Vgl. diese und 1338, Novbr. 29.) — Gedruckt in Schröders P. M., S. 1117. — [1] Der Pfingstmontag fiel auf den 20. Mai; möglicher Weise ist hier aber nicht die feria secunda pentecostes, sondern der darauf folgende Montag (fer. 2. post festum trinitatis), also der 29. Mai, zu verstehen (vgl. 5230), wiewohl man dann die Bezeichnung nach dem Trinitatisfeste erwarten möchte.

1331. Mai 22. Röbel, und Juni 1. Wittstock. 5247.

Johann, Propst des Klosters Broda, Ludolf, früher Propst daselbst, und das Capitel zu Broda vertauschen an den Fürsten Johann II. von Werle das Patronat der Kirche zu Waren gegen das Patronat der Kirchen zu Falkenhagen mit der Tochterkirche Schönau, zu

Digitized by Google

Federow mit der Tochterkirche Kargow und zu Schlön, wozu Bischof Dietrich von Havelberg am 1. Juni seine Genehmigung ertheilt.

In nomine domini. Amen. Nos Johannes dei gracia prepositus in Broda, Ludolfus, ibidem quondam prepositus, nunc autem rector ecclesie Noue Brandenborch, totumque capitulum eiusdem ecclesie Brodensis recognoscimus tenore presencium lucidius protestantes, quod, licet ecclesia nostra Brodensis ius patronatus ecclesie opidi Warne dudum a nobili viro domino Nycolao domino de Werle, auo domini nostri Johannis de Werle senioris domini nunc presentis, titulo libere donacionis possiderit et habuerit, pro vtilitate tamen et necessitate nostre dicte ecclesie ipsum ius patronatus ecclesie in Warne predicte de consensu et voluntate reuerendi patris nostri Thyderici episcopi nostrorumque omnium assensu communi pure et libere permutauimus in merum ius patronatus ecclesiarum villarum Valkenhaghen cum filia sua Schonowe, Vederowe cum filia sua Kargowe et Slone cum dilecto domino nostro Johanne de Werle predicto, a nobis omne ius, quod habuimus in dicta ecclesia, abdicantes et in ipsum, suos et heredes perpetue transferentes, ita quod ipse et sui heredes personam, quamcumque decreueri[n]t, ad ipsam valeant ammodo et deinceps presentare. Et nos et ecclesia nostra Brodensis ius patronatus predictarum trium ecclesiarum ammodo habebimus in reconpensam perpetuis temporibus possidendum, non obstantibus litteris domini Nycolai, aui domini nostri Johannis de Werle predicti, quas ecclesie nostre Brodensi super ius patronatus ecclesie in Warne predicte donauit et quas in potestate nostra seu ecclesie nostre habemus, seu aliis litteris quibuscumque nobis seu nostre ecclesie a quibuscumque donatis. Quibus omnibus et omni iuri nobis ab eis competenti quoad ecclesiam in Warnis seu ius patronatus ipsius presentibus renunctiamus et eas nullius firmitatis esse volumus quoad hoc et vigoris, aliis nichilominus articulis donacionum in dictis domini Nycolai de Werle litteris contentis in suo vigore et robore permansuris. In cuius facti euidens testimonium sigilla, videlicet nostrum, capituli nostri Brodensis ac Ludolfi rectoris ecclesie Noue Brandenborch predicti et dicti domini nostri episcopi Hauelbergensis, presentibus sunt appensa. Datum et actum Robele, anno domini M° C° C° C° XXXI°, feria quarta infra octauas penthecostes, presentibus Heynone Holtzsten, milite, domino preposito de Dobertyn, domino Stacio canonico Gusterowensi, Hermanno Papenhagen canonico Bardewicensi, Hinrico de Lubeke et Mychaele, capellanis nobilis domini de Werle, et Johanne Bellyn, famulo, et aliis fide dignis. Et nos Thydericus dei gracia episcopus Hauelbergensis premissa omnia et singula firma, rata et grata habentes, ea omnia et singula presentibus appensione eciam sigilli nostri approbando auctoritate nostra ordinaria confirmamus. Datum Wizstok, anno incarnacionis domini ut supra, sabbato post festum corporis Christi.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen 4 aus grünen seidenen Fäden gebildete Siegelbänder, deren drei die Siegel (bis auf ein kleines unkenntliches Bruchstück an vierter Stelle) verloren haben. An zweiter Stelle aber hängt ein parabolisches Siegel, welches unter einem Baldachine zwei Heiligenfiguren, rechts den heil. Petrus, links den heil. Laurentius mit dem Rost (?) in der Hand, darunter einen rechts gewandten, knieenden Geistlichen darstellt; Umschrift:

S' . IOhANNIS . PRΘPOSITI B[R]ODΘN

— Vgl. Bd. II, Nr. 1284, Anm., und oben Nr. 5226.

1331. Mai 29. Schwerin. 5248.

Nicolaus, Graf von Schwerin, verpflichtet sich, den Schaden, welcher seinem Vetter, dem Grafen Heinrich (von Schwerin), aus ihrem Bündnisse entstehen möchte, zur Hälfte zu tragen.

Wi Nicolaus, van der gnade godes iunchere vnde greue tů Zwerin, bekennen oppenbare in desseme breue, dat wi vmme alle stucke an vrede tho makende, dar wi vnde vnse leve veddere greue Hinrik vrůnt vnde vromede tho then mo^{v}ten, wath schaden vnse benomede veddere daran nimt an kost, an vanghenisse, an vorlust vnde an allen dinghen, den schole wi half draghen. Tho^{v} eyner bethughinge desser dinghe so hebbe wi vnse ingeseghel henghet tho desme breue. De is gegheuen tho Zwerin, na godes bort dusent iar drehundert iar an dem envndedruttighesten iare, des neghesten mitwekenes na der heylighen drivaldicheyt.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von dem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen ist das Siegel abgerissen. — Vgl. Nr. 5256.

1331. Mai 30. Wismar. 5249.

Die Müller von der neuen Bischofsmühle und von der Grafenmühle zu Schwerin bekennen sich als Schuldner der Wismarschen Rathmänner Heinrich Ricquerstorp und Johann von Kalsow.

Johannes, molendinarius noui molendini episcopi Zwerinensis, et Conradus Hogheherte, molendinarius molendini comitis Zwerinensis, tenentur iuncta manu XIX marcas Lubicenses pro duobus molaribus, terminus proximo Michaelis, dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni de Kalsowe.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs von Corporis Cristi 1331.

Digitized by Google

1331. Juni 2. 5250.

Johann II., Fürst von Werle, verleiht dem Dom-Capitel zu Gästrow 4 Mark Hebungen aus der Mühle zu Krakow zu einer Präbende, welche Schenkung und Stiftung der Bischof Friedrich von Camin bestätigt.

Fredericus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus uniuersis Christi fidelibus, ad quos presencia peruenerint, salutem in domino sempiternam. Noueritis, nos litteras nobilis uiri domini Johannis de Werle non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas uidisse in hec uerba:

Jn nomine domini. Amen. Quisque manus munificencie sue ad augendum cultum diuinum eo liberalius aperire debet, quo ad hoc fortius tamquam ex debito obligatur. Sane, cum omne donum perfectum de sursum sit proueniens a patre luminum, nos Johannes dei gracia dominus de Werle, in quantum possumus diuina gracia assistente, de muneribus a deo receptis aliqualem uicem reddere desiderantes, ne reprehensionem ingratitudinis incurramus, et ad diuinum cultum et ampliandum numerum prebendarum in ecclesia Gustrowensi innitentes, unam prebendam in eadem ecclesia, dominorum Borchardi prepositi, Thymmonis decani et capituli eiusdem ecclesie grato occurrente assensu, sufficienti deliberacione prehabita, de maturo nostrorum uasallorum consilio instauramus et de nouo creauimus ipsamque redditibus quatuor marcarum usualis monete in molendino Crakowe dotau(er)imus, dimittentes et assignantes eidem ecclesie cum proprietate et iure uasallorum nostrorum et cum stagno superiore adiacente seu annexo influente huiusmodi redditus perpetuo possidendos, singulis annis tollendos et, si necesse fuerit, nobis, aduocatis nostris seu iusticiariis irrequisitis pignere extorquendos, donantes eiusdem prebende redditus preposito, decano et capitulo ecclesie predicte conferendi persone ydonee liberam facultatem. Cuius quidem donacionis per nos facte testes sunt nostri milites et uasalli: Johannes Hauelberghe, Hermannus de Cremon, Ghemekinus Cozsebode, Winoldus de Zubezin, Gunterus Wineke, Johannes de Gustrowe, armigeri, et alii quam plures fide digni. Jn eiusdem eciam donacionis euidenciam ampliorem presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus roborari. Datum per manus Johannis de Sternenberche, rectoris scolarium in Gustrowe, sub anno incarnacionis domini M° CCC° XXX° primo, ipsa dominica infra octauas corporis Christi.

Nos igitur considerantes omnia et singula predicta racionabiliter ordinata, ipsa grata et rata habentes, auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus, precipientes in uirtute sancte obediencie et sub pena excommunicacionis late sentencie in hiis scriptis, ne ali-

Digitized by Google

quis predicte ordinacioni et presenti nostre confirmacioni ausu temerario audeat contraire. Jn cuius euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum.

Nach dem Diplomatar des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow fol. 59, Nr. LXXII. — Clandrian giebt in seiner Registratur S. 23 folgende zwei Regesten:

Johannes, Her von Werle, gibt der Kirchen vnd Capittel zu Güstrow 4 mark Hebungen auss der Muhlen, zwischen Crakow vnd der Capellen belegen, damit eine praebende zu stifften. Datum 1331, dominica proxima post festum corporis Christi.

Friderici, Bischoffs zu Cammin, Confirmation vber dem, das Johannes, Her von Werle, eine præbende in der Kirchen zu Gustrow gestifftet vnd dieselbige mit 4 mk. Hebungen auss der Muhlen zu Crakow mit dem See, welcher droben ligt, begifftiget hat. Actum 1331, ipsa dominica infra octauas corporis Christi.

Clandrian muss also wenigstens von der Urkunde des Fürsten Johann II. von Werle eine andere Ausfertigung gekannt haben als die in die oben abgedruckte bischöfliche Confirmation eingerückte. — Vgl. Kirchbergs Erzählung Cap. 178 (Westph. Cap. 176) über den Raub und die Verspottung einer Hostie zu Krakow durch dortige Juden, die Hinrichtung der Juden (auf dem Judenberge [jetzt Jörenberg] bei Krakow) und den Bau einer Capelle. Die Stücke der Hostie, welche auf der Strasse lagen,

„dy samneten alle dy phaffen drad
vnd brachten sy an eyne stad,
da der von Werle her Johan
eyn capellen buwete sundir wan
vnd eyn ewige vicarie
mit gantzir andacht, falsches frye,
von dem opphere, daz do wart
geopphirt al dy selbin vart,
vnd mit helfe vnd willen drade
von Cammyn des bischoffes rade.
Da wart zulouf, suchunge groz,
des ophers man do vil genoz;
daz teylte her Johan genonwe
mit den tumheren von Gusterowe."

Nach der obigen Angabe lag also die Capelle vor dem Güstrower Thore jenseit der Mühle, „wo (nach Beyer, Jahrb. XXXII, S. 107) noch jetzt in einer Wiese, hinter der nördlichen Häuserreihe der auf Sumpfboden erbaueten Vorstadt, ein künstlich erhöheter, viereckiger Platz auffällt, welcher der Kirche gehört und ohne Zweifel die alte Capellenstätte ist".

1331. Juni 5. Malchin. 5251.

Burchard, Herbord und Bernhard von Kaland, Brüder, verkaufen an Gottfried von Reez zu Malchin die Einkünfte von 5 Hufen in Hohen-Remplin.

In nomine domini. Amen. Nos Borchardus, Herbordus et Bernardus fratres, famuli de Kalant dicti, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, simul cum lapsu temporis euanescant, expedit, vt eadem dictis testium et litterarum firmi[tu]dine roborentur. Noscat igitur nacio presens et posteritas futurorum, [nos] vendidisse Gotfrido de Retze in Malchyn et suis veris heredibus mero nostre voluntatis arbitrio vnanimi et consensu quinque mansorum reditus in Alta villa Rampelyn, cum omni libertate, vtilitate ac genere iurium, manus et colli, maximo et diminuto, pratis, pascuis, siluis, rubetis, viis et deuiis, aquis et aquarum decursibus, absque vllo seruicio dominorum ac an-

Digitized by Google

gariacione, prout nos actenus possidebamus. Ceterum omnes et singuli, tam fratres quam sorores, et alii in minori etate constituti, cum ad discrecionis annos peruenerint, statim infra quindene spacium sine aliqua dilacione Gotfrido memorato suis et legitimis heredibus resignabunt. Vt hec et singula prenarrata firma maneant et inconvulsa, nos Borchardus, Herbordus, Bernardus fratres predicti et Bertoldus de Kalant, noster patruus, vna et coniuncta manu fidetenus promittimus et sigillorum nostrorum munimine solidamus. Datum Malchyn, anno domini M° CCC. XXXI., feria quarta infra octauas corporis Christi. Testes huius sunt: Conradus de Pisce et Jacobus de Bremis, Marquert Summer, Otto Raven, Thyderic[us] Grammentyn, Thy[dericus] Gubo, Sander de Rebergh, Herm[annus] Svanense, Thydeke Vlotowe, Hinr[icus] et Ludeke Tessemer, Thyderik Latecop, Claus Lalendorp, Herm[annus] Snakenborgh, Marquert Noscentyn, Hinr[icus] Yessin et plures alii fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An der Urkunde hangen vier schildförmige Siegel an Bändern von dunkelblauen leinenen Fäden, alle mit einem schräge rechts gekehrten Steighaken; Umschriften:

1) auf der rechten Schildecke anfangend:

✠ S'. BOR...DI . D. ..... .

2) sehr roh und undeutlich:

= h'BORD[I . DICTI .] DC . KALAN[T] .

3) ✠ . S'. BERNARDI . DC . KALANT .

4) ✠ S'. B..TOLDI . DC . KALAND .

— Vgl. die Beglaubigungs-Urkunde durch den Rath der Stadt Malchin vom 20. Novbr. 1346, in welcher diese Siegel genau beschrieben werden.

Die Namen der Zeugen sind oft nicht ganz klar geschrieben. Bei den Namen Svanense und Snakenborgh ist der Vorname h'm geschrieben: dies muss nach der Regel in Herm[annus] aufgelöset werden und nicht in Hinricus, wie das Transsumpt von 1346 thut. In dem vorstehenden Original ist Hinricus: hinr' abgekürzt. Sonst kommt noch ein Hermann von Schnakenburg 1333, ein Heinrich Schnakenburg seit 1348 vor. — Vgl. die zwei Urkunden vom 12. Novbr. 1346 und die Urkunde vom 20. Novbr. 1346.

Es gab 2 Dörfer Remplin, welche dem Bischofe von Camin als Lehnherrn gehörten („ambe ville Rampelin pertinentes episcopo Kamynensi" Nr. 3721); sie hiessen anfänglich Gross- und Klein-R. (Magnum und Paruum Reppelyn, Bd. III, Nr. 1666; Maius und Minus Remplyn, Bd. IV, Nr. 2614), hernach Hohen- und Siden-Remplin. (S. Lisch, Hahn. Urk. II, 64, 121.)

1331. Juni 24. Camin. 5252.

Friedrich, Bischof, Fürst Barnim von Werle, Propst, und das ganze Dom-Capitel von Camin transsumiren und bestätigen Herzog Barnims I. von Pommern Stiftungsbrief der Stadt Camin vom 5. Januar 1274.

In nomine domini. Amen. Nos Fredericus dei gratia episcopus ecclesie Caminensis, Barnym de Werle prepositus capitulumque ecclesie Caminensis me-

Digitized by Google

morate recognoscimus per presentes, quod illustris principis domini Barnym pie recordationis fundationem et donationes, quibus ciuitatem Cammyn fundauerat et proprietatibus et donationibus limitauerat, vidimus et cognouimus in hec verba: — —. Actum et datum Camyn, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo, ipso die natiuitatis beati Johannis baptiste.

Aus dem Original im Staats-Archive zu Stettin (dem jetzt die Siegel fehlen) mitgetheilt vom Staats-Archivar Dr. Klempin. — Vollständig gedruckt in der Eickstedt. Urk.-Sammlung I, S. 152.

1331. Juni 28. Wismar. 5253.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, überträgt dem Vicar Dietrich Vrije und Bernhard und Brüning Kopmann zu Rostock, und Heinrich und Johann Pütenitz zu Ribnitz die von Gotthard und Berthold Preen zu Letschow erkauften Hufen.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rozstokcensis dominus recognoscimus presencium tenore publice protestantes, quod dilecti nobis fideles nostri Godeke et Bertoldus eiusdem filius dicti Preen rite vendiderunt et coram nobis animo deliberato resignarunt, ipsorum ac omnium aliorum, quorum interest uel interesse poterit, pleno accedente consilio et consensu, discretis viris Thiderico Vryien dicto, perpetuo vicario in ecclesia beate virginis in Rozstok, Bernardo et Brunyngho dictis Copman, ciuibus in Rozstok, ac Hinrico et Johanni dictis de Pûtheniz, ciuibus in Ribbeniz, eorumque veris heredibus duorum mansorum proprietatem et quidquid in tercio manso habuerunt ville Letzekow adiacencium in terra nostra Sywan, sic quod idem viri Thidericus Vryie, Bernardus et Brunyngus Copman, necnon Hinricus et Johannes de Pûthenitz memorati eorumque heredes legitimi potestatem et libertatem plenam habent et habebunt inantea dictos mansos cum omnibus redditibus, iure et proprietate, sicut ipse Godekinus et Bertoldus Preen hactenus a patre nostro memorie felicis habuerunt, vendere, donare et transferre in pios vsus quoslibet, necnon in personas quaslibet ecclesiasticas uel mundanas secundum omnes condiciones et libertates ipsis in litteris patris nostri super hiis confectis et conscriptis indultas et concessas; et nos ad utriusque partis instanciam memoratis viris Thiderico Vryien, Bernardo et Brunyngho Copman, necnon Hinrico et Johanni de Putheniz dictos mansos cum redditibus et libertatibus premissis et in litteris patris nostri felicis memorie conscriptis concessimus et presentibus concedimus iure pheodali. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Wismar, anno domini M° CCC° tricesimo primo, vigilia beatorum Petri et Pauli, presentibus: Bertoldo Preen, Nicolao de Helpede, Thiderico Clawen, Godschalco Storm et

Digitized by Google

Erico de Lubbrechtestorpe, militibus nostris, Johanne Rodekoghelen, Johanne Kropelyn et Andrea Laschen, consulibus nostris in Wismer, et aliis pluribus laude dignis.

Nach dem Diplomatar. eccl. Butzow. fol. XXXV^{b} und fol. LXXXIX^{b} aus dem Transsumpt des Bischofs Heinrich von Schwerin d. d. 1343, fr. 4. post Margar. — Vgl. Nr. 5243, auch 1337, Mai 7.

1331. Juli 15. 5254.

Albrecht und Johann, Fürsten von Meklenburg, mit ihren Vasallen, schliessen mit dem Herzoge Barnim von Stettin und dem Fürsten Johann III. von Werle ein Landfriedensbündniss.

Wy Albrecht vnde Johan, van der gnade godes heren tů Mekelenborch, tů Stargarde vnde tů Rozstok, vnde vnse leuen man Johan van Bulowe, Wyprecht Lutzowe, Hinrik van Barnecowe, Echart van Bybowe, Johan van Plesse, riddere, Henneke Molteke, Hinrik vnde Zeghebant van Thune, Vicko vnde Thideke Molteke vnde Henneke Vmmereyseke bekennen vnde betughen openbare an dessem breue, dat wi mit beradeneme mode vnde vrien wilkor vns erenet hebben vnde irbunden mit den eddelen heren hertoche Barnym van Stettin vnde iungher Johan van Wenden an desser wisz, also hirna bescreuen is. Were dat also, dat hertoch Barnym van Stettin orloge, twidracht edder schelinghe hedde, so scole wi heren tů Mekelenborch vnde vnse man minne edder rechtes weldich wesen. Were auer dat also, datz wi eme des nicht helpen en mochten, so scolde wi vorbenomeden hertoch Barnym volghen edder senden twintich man mit helmen vnde mit orsen vppe sine kost, wyn vnde vorlust mit vnser bannere tů volghende twschen der Swyne vnde der Odere; were auer eme des not, se scolden eme volghen tů Pyritze, tů dem Berensten vnde tů dem Bane. So wanne he dat volk up orsen hebben wil, dat scal he vns tů wetende důn vor ene manet, vnde scolen an sineme denste bliuen twe manet tů der tid. Were och datz also, datz hertoch Barnym tů ener anderen tid des volkes bedrofte, so scolen em volghen, also hir vor bescreuen is. Desse vorbenomeden twintich man vp orsen de scal hertoch Barnym vntfan an sineme neghesten slote, dat bi deme lande tů Wenden licht, tů Trepetowe edder to Demyn. Vortmer is dar ghesproken: were dat also, datz hertoch Barnym schelende worde mit den vrunden vnser vorsprokenen man, dar scolen vnse man minne edder rechtes ouer weldich wesen; were auer also, datz se em des nicht helpen en mochten, so scole wi vorbenomeden heren vnde se eren vrunden vnbehulpen wesen. Vortmer is dar och ghesproken, dat wi heren tů Mekelenborch vnde vnse vorbenomeden man scolen deme eddelen iuncheren

Digitized by Google

Johanne van Wenden volghen mit vertich mannen vp orsen twischen der Odere vnde der Elue an aller wisz, also man hertoche Barnym volget. Vor dit denest vnde volghinge so scal vns hertoch Barnym volghen mit twintich mannen vp orsen twischen der Elue vnde der Trauene, se vntfanghende an vnseme slothe tů Gnoygen vnde vns to denende an allen stucken, also wi hertoch Barnym denen scolen. Och scal vns iuncher Johan van Wenden mit vertich mannen vp orsen twischen der Elue vnde der Trauene[1] an allerleye wisz, also hir vor ghesproken is. Hir so hebbe wi vtghenomen greuen Hinrike van Zwerin. Thughe desser ding sint: Hinrik Nortman, Wedeghe van der Osten, Johan van Plesse, riddere, Wedeke Slichte, Clawes Lobeke, Johan Grube, knechte, vnde mer gůder lude. Jn betughinge desser ding sint vnser aller inghesegel hir tů desseme breue ghehenghet, de ghegheuen vnde ghescreuen is na godes bort dusent iar drehundert an deme envndurlighesten iare, des manendaghes na sunte Margareten daghe.

Nach dem Original im königl. Provincial-Archive zu Stettin. Die Urkunde hat 13 Einschnitte zum Einhängen der Siegel, welche aber verloren sind; von den Pergamentstreifen hangen noch 11 in den Einschnitten. ([1] volghen oder denen fehlt.) — Gedruckt in Höfer's Auswahl der ältesten deutschen Urkunden, S. 368, und Jahrb. VII, S. 249. — Vgl. Nr. 5256.

1331. Juli 16. Parchim. 5255.

Barnim, Herzog von Pommern, bezeugt, dass die Stadt Parchim seinen Schwestersöhnen Nicolaus IV. und Johann, Söhnen des Fürsten Johann III. von Werle, Huldigung geleistet hat.

Nos Barnyn, dei gracia Stetynensis, Pomeranie, Slavie et Cassubie dux, notum facimus Christi fidelibus vniuersis, quod consules et vniuersitas ciuium in Parchem in nostra presencia fecerunt omagium et tocius fidelitatis obedienciam erectis manibus et apertis vocibus nostris precordialissimis awnculis Nicolao et Johanni domicellis generosis, filiis sororii nostri nobilis domicelli Johannis de Werle, filii domini Nicolai de eodem, ita quod gubernacio siue dominium predictorum puerorum nullius debet esse vigoris et efficacie patre ipsorum viuente, nisi ipse pater prenotatos consules in Parchem et vniuersitatem ciuium suorum a se demonstrauerit ad suos filios sepedictos. Huius rei testes sunt: Wedekinus de Oest et Nicolaus de Ortze, milites, dominus Gherardus prepositus in Ywenacke, dominus Godfridus rector ecclesie sancti Georrii in Parchem, Nicolaus de Lobeke et ceteri fide digni. Datum Parchem, anno domini M° CCC° XXXI°, in crastino diuisionis apostolorum, nostro sub secreto.

Digitized by Google

Nach dem Original im Raths-Archive zu Parchim. Das Pergament hat zwei Einschnitte zu Siegelbändern, aber nur in dem einen hängt ein Pergamentstreifen, von welchem das Siegel abgefallen ist. — Gedruckt bei Cleemann, Chron. von Parchim, S. 128. — Vgl. Nr. 5257 und wegen der Verwandtschaft der Werleschen Fürsten mit Barnim, dem Sohne Herzog Otto's von Stettin, Bd. VI, Nr. 3874.

1331. Juli 17. Fähre (bei Schwerin). 5256.

Heinrich, Graf von Schwerin, schliesst mit dem Herzoge Barnim von Pommern ein Landfriedensbündniss.

Wi Hinrik, van der gnade godes greue tů Zwerin, bekennen vnde betughen openbare an desseme breue, dat wi mit beradeneme mode vnde mit vrien wilkor vns enet hebben vnde erbunden mit deme eddelen heren hertoch Barnym van Stettin an desser wisz, also hir na bescreuen is. Were dat also, dat hertoch Barnym van Stettin orloge, twidracht edder schelinghe hedde, so scole wi minne vnde rechtes weldich wesen; mochte wi eme des nicht helpen, so scole wi greue Hinrik hertoch Barnym volghen edder senden vifteyn man vp orsen mit vnser bannere vppe sine kost, wyn vnde vorlust, tů volghende twischen der Swine vnde der Odere. Were eme des not, wi scolen eme volghen tů Pyritze, tom Berensten vnde tů deme Bane. So wanne he datz volk vp orsen hebben wil, datz [scal] he vns vor enen manet tů wetende důn, so scolen se twe manet an sinem denste bliuen tů der tid. Were auer em des volkes not tů ener anderen tid, so scole wi eme echt volghen, also hir ghescreuen is. Desse vifteyn man vp orsen de scal hertoch Barnym vntfan tu Demyn edder tů Trepetowe. Hir so hebbe wi utghenomen vnse ome de iuncheren van Mekelenborch. Tuch desser ding sint: Vlrik Moltzan, Ludeke Nyenkerke, Wyprecht Lutzowe, Wedeke van der Osten vnde Johan van Plesse, riddere, Nicolaus de Lobeke, Conrad Vunke vnde vel mer gůder lude. Desse bref is ghegheuen vnde ghescreuen tů der sloten bi der Vere, mit vnseme ingheseghele beseghelt, na godes bort dusent iar drehundert iar an deme envndurtichgesten iare, des mitdwekens na sunt Margareten daghe.

Nach dem Original im königl. Provincial-Archive zu Stettin. Angehängt ist ein Pergamentstreifen, welcher ein Siegel getragen hat. — Gedruckt in Höfer's Auswahl der ältesten deutschen Urkunden, S. 369, im Jahrb. VII, S. 251, und bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 471. — Vgl. Nr. 5248 und 5254.

1331. Juli 18. Goldberg. 5257.

Johann und Nicolaus IV., Fürsten von Werle, Fürsten Johanns III. Söhne, bestätigen die Privilegien der Stadt Parchim.

In nomine domini. Amen. Johannes et Nicolaus dei gracia domicelli de Werle, filii et heredes Johannis domicelli de Werle, filii domini Nicolai secundi

Digitized by Google

de eodem, omnibus Christi fidelibus in perpetuum salutem. Singulis et vniuersis liquido constare cupimus et posteros volumus non latere, quod, postquam per incrementa temporum continua ciuitas nostra Parchem per suos districtus et terminos ad nos velud ad heredes et liberos iure fuisset hereditario legitime deuoluta, conuenientibus in vnum consulibus ciuitatis Parchem et communitati (!) ibidem, per singulos voce alta, extentis manibus, sub iuramento debite subiectionis et fidelitatis omagium nobis fecerant consuetudine sub legali. Nos itaque pro huiusmodi obsequii debito ipsis plene prouidere seu precauere volentes, ne incauti in futurum pericula consequantur, constituti in presencia dulcissimi nostri awnculi, Stetynensis, Pomeranie, Slavie et Cassubie ducis, domini Barnym generosi, et nostri patris karissimi Johannis domicelli de Werle, filii domini Nicolai secundi de eodem, presentes litteras conscribi fecimus. Ex instinctu predictorum nobis consulencium sane et nostra voluntate libera et matura omnia, videlicet prerogativas, libertates, proprietates, iura, ipsi ciuitati Parchem et inhabitatoribus ciuitatis eiusdem per presentia confirmamus, ratificamus, stabilimus, prout ipsa a nostro abauo et auo nostro et a patre nostro et a nostris progenitoribus tenuerant in hunc diem et que priuilegiis et instrumentis puplice edocere poterunt, secundum singula approbantes, volentes, vt in sui robore velud in originalibus privilegiis firma permaneant singula supradicta. Pro cuius certa confirmacione nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum in Goldberghe in presencia predictorum, anno domini M° CCC° XXXI°, feria quinta ante diem beate Marie Magdalene. Testes sunt: dominus Gherardus prepositus in Ywenacke, dominus Godfridus plebanus ecclesie sancti Georrii in Parchem; Wedekinus de Ost, Nicolaus de Ortze, Martinus de Malin et Johannes de Kerctorp, milites, Nicolaus de Lobeke, Conradus Wnko, famuli, ac quam plurimi fididigni (!).

Nach dem Original im Raths-Archive zu Parchim. Von den beiden Siegeln an grünen seidenen Fäden ist nur noch ein kleines, lose dabei liegendes Stück Wachs vorhanden, worauf nichts mehr zu erkennen ist. — Gedruckt bei Cleemann, Chron. von Parchim, S. 126. — Vgl. Nr. 5255.

1331. Juli 26. Wismar. 5258.

Die Rathmänner zu Wismar bezeugen den Verkauf einer Rente an Vicke Kortenacke, Bürger daselbst, durch die Vorsteher des Hauses zum heil. Geiste und verbürgen sich für die Einhaltung der Bedingungen.

Vniuersis presencia visuris vel audituris consules ciuitatis Wismarie salutem in domino. Notum facimus in hiis scriptis publice protestantes, quod prouisores siue magistri domus sancti Spiritus apud nos de nostro scitu et

Digitized by Google

beneplacito discreto viro Vickoni Kortenacke, nostro conciui, pro quadringentis marcis Lubicensium denariorum eis plene persolutis iuste et racionabiliter vendiderunt quadraginta marcarum annuos redditus memorate monete, eidem ad tempus vite sue ex bonis domus sancti Spiritus per prouisores ipsius singulis annis in quatuor terminis anni cuiuslibet, videlicet in festo beati Michahelis, natiuitatis domini, pasche, beati Johannis baptiste, quolibet termino decem marcas Lubicenses, infra Wismariam vel extra, in Gnewesmolen vel in Lubeke, vbi pocius voluerit, exsoluendos, non obstantibus proscripcionibus, excommunicacionibus vel quibuscumque inhibicionibus dominorum aut iudicum spiritualium vel temporalium, que de iure vel de facto huiusmodi solucionem possent quomodolibet inpedire. Verum dicto Vickone mortuo supradicti redditus restringentur ad redditus sexdecim marcarum, quos statim tunc habebit Goscalcus clericus dictus Brunonis et post eius obitum vnus de filiis Hinrici de Sulta, nostri conciuis, si quem clericum tunc habet. Pro quibus redditibus iuxta voluntatem consulum in loco a consulibus ad hoc deputato pro anima Vickonis et salute omnium fidelium defunctorum omni die missa vna debet celebrari. Mortuis supradictis duabus personis, extunc in perpetuum sub voluntate consulum manebit, cui secundum modum supradictum in huiusmodi redditibus voluerint prouidere. Supradictos redditus sexdecim marcarum Lubicensium prouisores domus sancti Spiritus singulis annis exsoluent expedite in quatuor terminis cuiuslibet anni superius annotatis, quousque tanti redditus perpetui in certis bonis cum libertate ac proprietate pro supradictis duabus personis et earum successoribus per eosdem prouisores fuerint comparati. Nos vero consules tam ex parte domus sancti Spiritus quam ex parte nostre ciuitatis promittimus, quod omnia et singula supradicta tam Vickoni viuenti quam Goscalco Brunonis et eius legitimis successoribus post obitum Vickonis integre et inviolabiliter debent obseruari, obligantes nos et nostros successores pro defectu quolibet respondere. In quorum omnium euidens testimonium sigillum conuentus supradicte domus ac sigillum nostre ciuitatis presentibus litteris sunt appensa, asscriptis nominibus illorum, quos huic facto contigit corporaliter interesse, videlicet Hinricus Ricquerdestorp, Johannes Rodekoghele, Johannes Kro˙pelin, Andreas Lasche, burgimagistri in Wismaria, ac ceteri consules ibidem vniuersi. Datum et actum in Wismaria, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo, in crastino sancti Jacobi apostoli.

Nach der Abschrift im Wismarschen P.-B., rubricirt: „Super XL marcis redditaum domus sancti Spiritus.“ — Vicke Kortenacke wurde Bürger zu Wismar zwischen Himmelfahrt 1328 und demselben Feste 1329. Er gab in dem Jahre 1331 auch sein Orterbe in der Krämerstrasse zu Wismar dem heil. Geiste. S. Schröders P. M. S. 1116. — Gedruckt bei Schröder a. a. O. S. 1118.

Digitized by Google

1331. Juli 26. 5259.

Hildemar von Derzow verkauft dem Ritter Georg von Hitzaker drei Hufen in dem Dorfe Mallis für 13 Mark.

Nouerint vniuersi, ad quos presens scriptum peruenerit, quod ego Hildemarus de Dertzowe, armiger, nomine meo et heredum meorum pro tredecim marcis Stendalgensis argenti michi persolutis vendidi et legitime dimisi tres mansos ville Melgast cum omni iure, iudicio, seruicio, redditibus ac vtilitate qualibet, ad ipsos mansos modis quibuslibet spectante, et omni vsufructu et commodo, quibus eosdem hactenus habui, dilecto meo socro (!) Georgio de Hydzacker, militi, et suis veris heredibus vna cum supremo iudicio eiusdem ville Melgast, perpetuis temporibus libere possidendos. In cuius rei testimonium meum sigillum presentibus duxi apponendum. Huius rei testes sunt: Aschwinus de Saldere, canonicus ecclesie sancti Blasii in Brunswich, Thidericus de Wardenberghe et Drofulewo de Doren, armigeri, ac plures alii fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXX. primo, feria sexta post festum sancti Jacobi apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 5178 beschriebene runde Siegel des Hildemar von Derzow.

1331. Juli 30. Bremen. 5260.

Borchardus, Ertzbischoff zu Bremen, confirmiret Bischoffs Ludolfi von Bulow zu Zwerin election, vnd erfordert zu desselben einweihung die Bischoffe zu Ratzeburg vnd Lubeke vff den Sontag nach Laurentii[1] gen Bremen. Datum Breme, 1331., feria 3. proxima post festum beati Jacobi apostoli.

Clandrian, Protoc. fol. 281*. — [1] = 11. Aug.

1331. Aug. 4. Neustadt. 5261.

Heinrich, Graf von Schwerin, verleiht zur Bewidmung einer Vicarei in der Schlosscapelle zu Neustadt das Dorf Lehmkuhlen.

In nomine domini. Amen. Nos dei gratia Hinricus comes Zwerinensis tenore presentium recognoscimus firmiter protestantes, quod ad instaurandum altare seu vicariam perpetuam ob nostrorum progenitorum animarum atque nostre anime salutem in capella castri nostri Nigenstad de pleno consensu patruelis nostri dilecti domicelli Nicolai ac aliorum, quorum interest seu interesse poterit quom[odo]libet in futurum, totam villam nostram Lemkule Petro de Butzow, nostro

Digitized by Google

clerico, donauimus ac contulimus pure propter deum cum omni proprietate, peticione, seruicio et precaria, cum iuditio minori, omni utilitate, fructibus et prouentibus ac omnibus suis metis et distinctionibus, agris seu terris cultis et incultis, lignis, pratis et pascuis, eo iure, quo ipsam uillam nostri progenitores et nos hactenus possedimus, nichil iuris seu proprietatis uel seruitii aut precarie et petitionis in prefata uilla nisi supremum iuditium manus et colli tantummodo nobis et nostris heredibus reseruantes. Testes huius donationis sunt honesti uiri: Ulricus Moltzan, Hermannus de Klenow, Ludekinus Nigenkerke, Hinricus Rauen, Gerhardus de Tzulow, milites, Johannes de Zywan, Borchardus et Godofridus nostri capellani, sacerdotes, et quam plures alii fide digni. Jn cuius rei euidens testimonium nostro sigillo communiri fecimus presens scriptum. Datum et actum Nigenstadt, anno domini M. CCC. XXX. primo, die dominic[a] proxime post festum beati Petri ad vincula.

Aus dem Transsumpt in der Bestätigung Bischof Ludolfs vom 13. März 1332, bei Westphalen, Mon. ined. IV, S. 977. Gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 472. — Vgl. Nr. 5242.

1331. Aug. 9. Cismar. 5262.

Das Kloster Cismar verkauft seinem Müller Lambert zu Dammhusen 24 Morgen daselbst.

Nos Johannes dei gracia abbas, Johannes prior totusque conuentus in Cysmaria recognoscimus vniuersis, quod vendidimus rite et racionabiliter discreto viro Lamberto, molendinario nostro in Dammenhusen, ac suis veris heredibus hereditatem XXIIII^or^ iugerum sito molendino nostro adiacencium et actenus ab ipso cultorum perpetuis temporibus possidendam pro XXX marcis denariorum Lubicensium nobis integraliter solutis et conuersis in necessarios vsus nostros, tali condicione, vt idem molendinarius ac sui heredes de dictis iugeribus singulis annis in festo Martini duo tremodia siliginis, duo tremodia ordei et duo tremodia auene nobis et ecclesie nostre soluat expedite intra ciuitatem Wysmer remoto quolibet impedimento. Quodsi dictus Lambertus aut sui heredes in solucione premissorum in dicto termino ingratos et tardos se reddiderint, per inpignoracionem poterimus extorquere. Si autem sepedictus Lambertus aut sui heredes hereditatem dictorum iugerum processu temporis vendere aut obligare vellent, nulli poterunt vendere aut quouis modo obligare, nisi nobis prius ad emendum exhibuerint, sicut alias vendere potuerint, pro precio competenti. Et si forsan ex precio huius[modi] nobis non competeret, extunc vendent, prout ipsis videbitur expedire. Nullis tamen ecclesiasticis personis aut hiis, qui nobis displicuerint, predicti Lambertus et sui heredes vendent aut obligabunt nisi de

Digitized by Google

nostro beneplacito et consensu. Jn premissorum euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Cysmer, anno domini M° CCC° XXX° primo, in vigilia beati Laurencii martiris.

Aus einer nach Martini 1332 in das Wismarsche Zeugebuch eingetragenen Abschrift. — Gedruckt in Schröders P. M. S. 1120. — Vgl. Nr. 5246.

1331. Aug. 14. Wismar. 5263.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleihet den Brüdern Dietrich und Michel Wilde das Dorf Niendorf.

Nos Albertus dei gratia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus recognoscimus presentium tenore pubplice protestantes, quod villam Nyendorp cum omnibus suis attinentiis et fructibus, quam Hinricus, Ghoce et Johannes milites ac Baroldus famulus, fratres dicti Mordere, nuper, videlicet anno domini M° CCC° XIX., feria tercia post dominicam Jnuocauit, in claustro Dobran obligauerant discretis viris Bartoldo Schoneweder et Thiderico Rauen, ciuibus in Rostok, et coram patre nostro felicis memorie renunciauerant seu renunciarunt, postea idem pater noster ipsam villam memorato Thiderico Rauen et vxori sue Adelheydi ac eorum veris heredibus post mortem dicti Bartoldi Schoneweder contulit pleno iure, prout littere iam dicti patris nostri super hoc confecte plenius continent. Nunc vero eandem villam Thiderico (Wilden) et Michaeli fratribus dictis Wilden, ciuibus in Rostogk, eorumque heredibus legittimis contulimus et presentibus conferimus cum omni iure, iudicio maiore et minore, absque seruitio, cum tota precaria, vtilitate et fructu et suis distinctionibus, pacifice, sine omni impedimento, commode possidendam, iniunge[n]tes omnibus nostris aduocatis et officialibus, ne dictum Thidericum et Michaelem ac eorum heredes in bonis iam prescriptis in vectura et in seruitio castri seu in quolibet alio occupent, aggrauent uel molestent. Et damus eisdem Thiderico et Michaeli liberam facultatem eandem villam ad vicariam perpetuam donandi, vendendi vel depon[end]i, cum sibi videri[n]t oportunum. Huius testes sunt: Wipertus Luzowe, Hinricus de Barnecouwe, Johannes de Pless(z)e, Nicolaus de Helpede, Thidericus Clawe, Godtschalcus Storm et Ericus de Lubbrechtestorpe, milites nostri, Arnoldus Copman, Johannes Pape, consules in Rostogk, Johannes Cropelin et Martinus de Stromekendorp, consules in Wismer, ac alii plures fide digni. Datum Wismer, anni domini M° CCC° XXX. primo, vigilia assumpcionis beate virginis.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus dem Anfange des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin.

Digitized by Google

1331. Aug. 22. (Schwerin.) 5264.

Der Rath der Stadt Schwerin beurkundet den Vertrag der Stadt mit dem Kloster Reinfeld wegen der neuen Schleuse daselbst.

Omnibus presens scriptum uisuris consules ciuitatis Zuerin in domino salutem. Tenore presencium recognoscimus protestantes, sic esse placitatum inter viros religiosos scilicet abbatem et conuentum monasterii in Reyneuelde, ex vna, et nos ac conciues nostros, parte ex altera, quod fratres dicti monasterii, qui rectores molendinorum sitorum apud muros ciuitatis fuerint, ministrabunt aquam per nouum gurgustium, intra ciuitatem positum, quandocunque carere potuerint aqua sine defectu et dampno molendinorum suorum, ad purgandum fossatum pro comodo ciuitatis. Si uero aliquis conciuium nostrorum uel alienorum quisquam, super quos nos habuerimus potestatem iudicandi, dampnum aliquot in ipso gurgustio, aggere uel aqua faceret, nos requisiti plenam emendam fieri procurabimus et ordinabimus predictis fratribus ab hiis, qui dampnum seu uiolenciam intulerunt. Vt autem hec firma permaneant, presens scriptum sigillo nostre ciuitatis tradidimus communitum. Datum anno domini M° CCC° XXXI°, in octaua assumpcionis beate Marie virginis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt das kleinere Stadtsiegel. — Vgl. Nr. 4962.

1331. Septbr. 7. Ratzeburg. 5265.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, entsagt mit Zustimmung seines Capitels den Ansprüchen auf das Patronat der Schulen in Wismar zu Gunsten der Rathmänner daselbst.

Vvi Marquard, van der gnade godes byschop to Raceborgh, bekennen vnde don willik al den ghenen, de desse breue horen vnde seen, dat wy mit den ratmannen van der Wysmer mit rade vnde mit volborde hern Eghardes, des prouestes, vnde al des capiteles vses godeshuses v°mme dat recht al der scholen in der Wis[mer] dreghen over eyn alsodane wys, dat de vorsprokenen radmanne scholen hebben eweliken al de schole vry vnde vmbeworen, dat se moghen al de scole lenen vnde bevelen, weme se willen, v°p alsodan recht, dat se in eren breuen hebben. Darto ghewe wi en al recht, dat wi vnde vse godeshus hebben vnde hebben mochten in al den scholen van genegherleye saken vnde breuen. Darto hebbe wy, de vorbenomede[n]' radmanne, ghewyset vnde orlevet in der were al der schole vnde vorsaken al des rechtes vnde nůt, dat vs vnde vsem godeshuse(n) mochte euene komen van al den breuen, de wy hebben v°p dat recht der vorsprokenen schole; de willekore wi in desser schrift,

Digitized by Google

dat se eweliken scholen bliven machtloos. Vnde to ener betůghinghe al der stücke, de hir vore ghescreuen sint, dat de eweliken vast vnde vntobroken bliuen, so is mit vnsem ingheseghele vnses capitels ingheseghel to Raceborgh ghehenghet to dessem breue. De is ghegheuen to Raceborgh, na godes bort dusend drehunderd vnde eynvntdrittich iaar, in dem hilghen avende vnser vrowen der lateren.

Nach der Abschrift im Wismarschen P.-B., rubricirt: „Super iure patronatus scholarum." (1 vornomende.) — Gedruckt bei Senckenberg, Sel. iur. et hist. II, p. 499; Schröders P. M., S. 1121; Westphalen, Mon. II, p. 2245; Burmeister, Geschichte der Schulen in Wismar, S. 29.

1331. Septbr. 8. Lübek. 5266.

Johann von der Brügge, Domherr zu Ratzeburg, bekennt vor dem Rath der Stadt Lübek, dass er durch Arnold von Bardewik für die 5 Mark Leibrente, welche Arnold Wlome ihm in seinem Testamente angewiesen hat, befriedigt ist.

Notandum sit, quod Johannes de Ponte, canonicus Raceburgensis, constitutus coram consulibus recognouit, Arnoldum de Bardewich sibi satisfecisse pro quinque marcis denariorum reddituum annualium, quas dominus Arnoldus Wlome sibi per dictum Arnoldum in suo testamento legauit sue vite temporibus erogandas; de quibus redditibus ipsum Arnoldum et suos heredes dimisit quitum, liberum penitus et solutum.

Nach einer Einzeichnung von 1331, nativ. Marie, im ersten Lübischen Niederstadtbuche, mitgetheilt vom Professor Mantels.

1331. Septbr. 11. Neuburg. 5267.

Johann, Abt von Doberan, und Heinrich, Pfarrer von Neuburg, verhandeln über die von dem Letzteren zurückgeforderte Feldmark Twenhusen und das Papenholz bei Neuburg.

In nomine domini. Amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo tricesimo primo, — — mensis Septembris die XI^a^, — — habitis multis tractatibus hinc et inde inter venerabilem ac religiosum virum dominum Johannem abbatem in Dobraan, ex vna, et honorabilem virum dominum Henricum rectorem ecclesie in Nyenborch, parte ex altera, super quibusdam pensionibus et pertinenciis eiusdem ecclesie in Nyenbor[c]h, que quidem pensiones et pertinencia idem dominus Henricus dicebat a sua ecclesia per ipsum abbatem et suum conuentum alienata et similiter diminuta, ad hoc dominus abbas taliter respondit, quod, si allienata seu diminuta essent, hoc per nobilem dominum . . Magnopolensem

Digitized by Google

modo racionabili factum esset de consensu et beneplacito episcopi Zwerinensis, sicut hoc viuenti testimonio assernit se sufficienter probaturum. Cui respondit dominus Henricus dicens: Domine, michi assignastis locum hic, terminum et diem ad demonstrandum michi litteris, quo iure alienacio et diminucio huius se haberet. Ad hoc dominus . . abbas respondit dicens: Nolo vobis ostendere litteris, nisi iuris fuerit, ex quo viuentibus testibus possum demonstrare. Cum hoc ad peticionem domini . . abbatis dominus Johannes Vogel, rector ecclesie sancti Georgii in Wismaria, et dominus Hermannus de Ortze, miles, sicut testes ad hoc vocati dixerunt de quadam silua et de quodam campo Twenhusen dicto, qualiter alienata essent a dicta ecclesia pro sex mansis ad villam Ruberstorp sitis, quorum mansorum duo mansi culture dotis ecclesie predicte in Nyenborch deberent liberaliter subiacere, et in reliquis quatuor mansis triginta tremodia annone rector ecclesie in Nyenborch annuatim sibi deberet reseruare, et super hoc in eisdem sex mansis iurisdictionem viginti quatuor solidorum cum parte silue circa riuulum ville Nyenborch situate. Quibus dominus Heinricus respondit dicens: Concedo, iurisdictionem, de qua premittitur, me habere et duos mansos per me colendos, a quibus alienati sunt duarum marcarum redditus annuales, et loco triginta dictorum tremodiorum percipio tantum ex dicta villa Roberstorp sex marcarum redditus annuatim. Et subiunxit dicens: Peto igitur, domine . . abbas, quod michi demonstrare faciatis, a quibus dicta triginta tremodia debeam postulare, cum vos siluam et campum supradicta possidetis ad dotem pertinencia, sicut hoc vobis et multis bene liquet. Ad hoc respondit dominus abbas: Meum non est custodire vestra, sed pocius vos, si wltis, habeatis custodita. Vltimo, cum in hiis concordare non valer[e]nt, in termino alio, scilicet die proxim[o] Galli[1] seruando, dicte partes arbitrate sunt, vt, si possunt, sub huius termino vel in termino de composicione facienda studeant attemptare. Acta sunt hec in dicte ville Nyenborch cimiterio, — — presentibus dominis Johanne Vogel predicto, Johanne in Lubowe et Arnoldo in Tzurowe ecclesiarum vicerectoribus, Nycolao Richtestich, sacerdotibus; Hermanno de Ortzen, Frederico de Stralendorp, militibus, Ludolpho dicto Klawe, Boydwino de Kartlowe, famulis, ac pluribus aliis ad premissa vocatis testibus fide dignis. Consta de superscripcione. Dominus Hermannus de Ortze, miles. Et ego Hinricus de Embeke, clericus Raceborgensis dyocesis, — notarius — requisitus.

Nach einer notariellen Abschrift aus dem Jahre 1333, im Haupt-Archive zu Schwerin. — [1] Octbr. 16. — Vgl. Bd. V, Nr. 3081 und 3082.

1331. Septbr. 24. Neukloster. 5268.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster Neukloster 3 Hufen und eine Hofstelle bei dem Dorfe Garwensdorf, deren Ertrag

Digitized by Google

der Nonne Gertrud Wamekow auf Lebenszeit ausgesetzt, nach dem Tode derselben aber dem Convent zu Neukloster verschrieben wird.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Vt ea, que per nos fiunt, robur diutine firmitatis optineant, presentibus cupimus fore notum, quod maturo consilio, prouida deliberacione ac nostrorum consiliariorum consensu accedente contulimus tres mansos sitos ad villam Gherwinstorp, quos colunt Ditmarus et Dedewicus, et vnam aream, vnam marcam soluentem, preposito et sanctimonialibus Noui Claustri cum omni iure, proprietate et prouentibus, sicut eos Dedewicus de Ortzen, miles, cum consensu et beneplacito dilecti patris nostri domini Hinrici Magnopolensis felicis memorie vendidit honestis viris domino Conrado Wamecowe, plebano ecclesie Po°le, et Hermanno Wamecow, suo fratri, ciui nostro in Sterneberch, perpetuis temporibus possidendos, prout eos dictus miles cum suis heredibus ante, et postea dominus Conradus Wamecowe, predictus in Po°le plebanus, et Hermannus Wamecow, suus frater, et eorum heredes habuerunt et possederunt, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur; renunciantes, sicut eciam pater noster dilectus renunciauerat, iuri vasallico et vniuersaliter omni iuri, quod nobis competebat aut competere potuerit in eisdem; hac conditione adiecta, quod Ghertrudis Wamecowe, filia Thyderici Wamecowen, ciuis nostri in Sterneberch, ancilla Christi in Campo Solis, dictos redditus ad tempus sue vite percipiet, deinde, ea de medio sublata, conuentus Noui Claustri inter se distribuet secundum numerum tunc personarum. Datum et actum in conuentu Noui Claustri, anno domini M°CCC° tricesimo primo, feria tercia ante festum beati Michahelis proxima, presentibus famosis viris dominis Erico de Lubberstorp et Thyderico Clawen, militibus, Willekino de Helpede, capellano nostro, Hinrico Bonsak, armigero, Nycolao Rauen et Nycolao Wamecowe, ciuibus nostris in Sterneberch, ac aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Jn euidenciam vero premissorum sigillis nostris, videlicet maiori et minori, presentes litteras fecimus communiri.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den Siegeln an den eingehängten Pergamentstreifen ist das erstere (das grosse, zur Urk. Nr. 5056 abgebildete Vormundschaftssiegel) abgefallen und verloren gegangen. Das zweite ist das hieneben abgebildete erste Secretsiegel des Fürsten Albrecht von Meklenburg: ein kleines, rundes Siegel mit dem rechtsgekehrten meklenburgischen Helme, welcher in einem „Plankwerk“ einen vollen Pfauenwedel trägt, vor welchem, zur Hälfte sichtbar, der meklenburgische Schild mit dem Stierkopfe liegt; im Siegelfelde stehen 7 Sterne; Umschrift:

✠ SIGILLVM . ALBERTI . DEI . GRA . MAGNOPOLENSIS . DNI

Dieses Siegel ist von Lisch schon in Jahrb. VII, S. 8, besprochen und dazu abgebildet. — Gedruckt bei Lisch, Meklenb. Urk. II, S. 134, und Lisch, Oertzen. Urk., Bd. I, S. 103. — Vgl. Bd. VI, Nr. 3951 und 3952.

Digitized by Google

1331. Septbr. 24. 5269.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, beurkundet, dass er sich mit den Rathmännern zu Wismar über die dortige Gerichtsherrlichkeit des Propstes von Rehna und wegen des Hauses zum heil. Geiste vertragen hat.

Uvy Marquard, van der gnade godes byschop to[r] Raceborgh, bekennen vnde don wytlik al den ghenen, de desse breue horen vnde seen, dat wy ouer en ghekomen syn mit den radmannen van der Wysmer, dat de prouest van Reene schal hebben vnde øven vryliken vnde ane hynder al gheystlik recht in der staad to der Wysmer, dat he heft ghehath van older tyd vnde hebben mach van older wonhey[t] vnde van breuen, de dat kloster to Rene heft vnde de radmanne van der Wysmer hebben. Hyrboven draghe wy ouer eyn, dat des heylighen Ghestes hus binnen de[r][1] Wysmer schal bliuen by alleme rechte vnde vryheyt, de men mach bewysen mit breuen vnde mit hantuestinghen; de holde wy stede vnde willen vnde scholen se beteren an allen dinghen vnde nicht ergheren. Vor de thegheden des heylighen Gheystes hus schole wy nemen dorschen korn, alse me gheuen heft van older tyd; nicht ne schole wi laten stycken[2]. Godeshus wedeme in der staad to der Wysmer scolen bůwen de kerspelbur, alse en ghemene recht is. Darbouen schal men nicht bůwen ane der radmanne willen vnde vůlbord. Vnde to ener betughinghe al desser ding, de dar vore bescreuen sint, so is vse ingheseghel ghehenghet an dessen breef. De is ghegheuen na godes bord dusent drehundert vnde enyntdritticht iaar, des dinxedaghes vor sunte Micheles daghe.

Nach der Abschrift im Wismarschen P.-B., rubricirt: „Super iurisdictione prepositi in Reene.“ — ([1]den, [2]stycken st. stryken?) — Gedruckt bei Schröder, W. E., S. 229; Westphalen, Mon. II, p. 2244; Franck VI, S. 106.

1331. Septbr. 28. (Greifswald.) 5270.

Der Rath zu Greifswald stiftet eine Siegesmesse zur Erinnerung an die Eroberung der Stadt Lotz am 13. März und den Sieg über die Meklenburger bei Gribenow am 2. Octbr. 1327.

Nos consules ciuitatis Gripeswold scire volumus vniuersos, quod sub anno domini M°CCC°XXVII°, feria sexta proxima ante dominicam qua cantatur Oculi, nos cum adiutorio nostrorum amicorum et fautorum, cooperante diuina gratia, ciuitatem Losiz, quam dominorum nostrorum inimici et nostri per traditionem et fraudem optinuerant, expugnauimus clara luce et eam in manus nostrorum reduxi-

Digitized by Google

mus dominorum. Jtem anno supradicto, feria sexta proxima post Michaelis, omnipotens deus, qui est sol iusticie, per suam potentiam dedit nobis circa horam mer[i]dianam iuxta villam Gribenowe victoriam super nostrorum dominorum et nostros inimicos, quos extunc ibidem in prelio superauimus et captos in nostram duximus ciuitatem. Ob hanc igitur magnam pietatem et gratiam, quam noster dominus Jhesus Christus per suam misericordiam nobis, licet indignis, in prescriptis duabus sextis feriis ostendere dignabatur et fecit, decreuimus vnanimiter et concorditer in memoriam predictorum perpetuam et laudem et gloriam illius, qui omni potentatui tam in terris quam in celis dominatur, facere quasdam elemosinas singulis annis in prenotata sexta feria post festum sancti Michaelis ex pixide nostre ciuitatis, videlicet pauperibus in domo sancti Spiritus duas tunnas cereuisie et in hospitali sancti Georgii degentibus similiter duas tunnas cereuisie in aliqualem eorum consolacionem perpetuis temporibus largiendas, et cum hoc cuilibet pauperi et prebendario dictarum domorum due simule dari debent. Et eadem sexta feria post festum sancti Michaelis debet in capella sancti Spiritus decantari solempniter missa in honorem sancte crucis, in qua Christus triumphauit et nostrum inimicum deuicit et superauit, ad quam missam nos omnes conueniemus et nostri conuenient successores quilibet semel offerendo. Scriptum et actum anno domini M° CCC° XXX. primo, in vigilia sancti Michaelis.

Nach Kosegarten, Pommer. Geschdkm. I, S. 160, aus dem Greifsw. Stadtb. I, f. 98. — Vgl. Nr. 4942.

1331. Septbr. 30 — Octbr. 28. Wismar. 5271.

Johann und Heinrich Lewetzow, Brüder, zu Wismar, treten für eine Schuld von 24 Mark Silbers dem Rathmann Johann Kröpelin eine Verschreibung des Fürsten Heinrich von Meklenburg, d. d. Sternberg. 1319, Febr. 1, auf dieselbe Summe ab.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, zwischen Post Michaelis und Symonis et Jude 1331 eingetragen, abgedruckt in Bd. VI, Nr. 4049.

1331. (Octbr.) Rostock. 5272.

Adelheid, Dietrich Raven's Wittwe, verkauft an Ghese, Otbert von Zelow's Wittwe, die Mühle bei den 4 Gelinden zu Rostock.

— — Elyzabet monialis sancte Crucis, soror eiusdem domine Alheydis, optinet eciam in eodem molendino [*sc.* apud quatuor rotas vsque ad artam stratam sito] ad sue vite tempora decem marcarum redditus singulis annis percipiendos, qua

Digitized by Google

defuncta dicti redditus ad dictam dominam sororem suam reuertentur. Hos redditus pro C marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1324 — 1335, f. 166.

1331. Octbr. 2. — 1332. Malchin. 5273.

Bruchstück eines Malchinschen Stadtbuches.

[Pag. 1:]

Nouerint vniuersi, quod Everardus de Sulta posuit XIIII iugera agri prope fontem Duco — [Johanni fratri] minori pro XVIIℓ marca ad manus Halheydis filie Boyen, super festo Petri in ieiunio re[dimenda].

Borchardus faber de Moldessowe posuit domum suam Johanni fratri minori [pro][1] XXVℓ marca —.

Item Euerardus de Sulta posuit domum suam Conrado de Pisce pro VIII marcis II solidis minus.

Item Johannes Clocowe[2] posuit agrum suum prope C[re]vethesmolen[3], scilicet iugera X^{cem}, Nicola[o] — pro LX marcis monete sclauicalis II marcis minus pro bonis hereditariis, quem redimet super festo — [sine] querela. Actum coram consulibus anno domini M°CCC.XXXI., feria IIII^{a} post Michaelis[4]. Si vero [denarii sclauicales] vilescerent, vnam marcam Lubicensium denariorum pro II marcis monete sclauicalis erogabit.

Sciendum, quod relicta Johannis Yessen et Hinricus eius filius posuerunt particulam agri, sitam prope — valuam, Johanni, Thyderico et Lamberto fratribus de Gylow et Hinrico Bobecyn[5] pro 2[6] marcis monete sclauicalis, [super festo] pasche continuo redimendam. Quam si non redimerent dicto termino, extunc dicti fratres dictum agrum, vbi [denarios suos] tollere poterint, obligabunt. Actum quo supra. Si autem memorato termino pecuniam non persoluerint, dicta — tanto tempore tot denarios recognoscent ac in eorum amicicia componendo.

Prouisores domus sancti Spiritus dabunt Hermanno Ghodekop super quolibet festo Michaelis m[arcam], item ..... [in festo] vero pasche VIII solidos ad tempora sue vite. Dicto Hermanno defuncto, dictam marcam ad vsus pauperum [conuertent]. Ceterum venditores piscium singuli aduene quartis feriis et sextis obulum dabunt, burgenses —. — de predictis redditibus forum seruabit mundum, vbi pisces vendentur.

Item Johannes Vos de Cummerowe obligauit domum suam Marquardo filio Wendes Johannis [pro] — marcis monete Sundensium denariorum, super festo Martini vltra ad annum redimendam. Si vero non redemerit, [tunc ipse vel] ipsius sorores Judeis ac alias, vbi [denarios][7] suos habere poterint, obligabunt.

Item Hermannus Borchard — — —.

Digitized by Google

[Pag. 2:]

— pellifex obligauit domum suam Ottoni et Lodewyco suis fratribus pro XXII marcis — — et Herderus pistor super festo Michaelis satisfacere vna et coniuncta manu compromiserunt.

Jtem B. Dempcyn obligauit particulam agri, quam emit a relicta Johannis Yessyn, Johanni puero [suo pro] L marcis, cum VI marcis, supra (!) festo Michaelis continuo vltra ad annum redimendam. [Actum anno] M°CCC.XXXII., in precrastino[8] purificacionis Marie virginis.

— derus, Heyse, Egbergk (!) fratres dicti Gywercen obligauerunt particulam agri, proximam [value Wa]rghentyn sitam, Johanni fratri minori et suis veris heredibus pro quinquaginta marcis monete —, [redimendam] super festo Martini proximo denariis cum paratis.

— ar', famulus Johannis fratris minorum, renunctiauit omni hereditate, que posset consequi ex parte — .... supra.

— [pi]stor obligauit domum suam relicte Johannis Longi et eius veris heredibus pro XX marcis, [super festo ascensi]onis vltra ad tres annos redimendam. Si vero prius redimere poterit, habet in suo velle — paratam concessit, pecuniam sibi paratam dabit absque pignore.

— erowe obligauit XIIII iugera agri extra valuam Warghentyn Conrado de Pisce [pro — marc. ar]genti puri, que redimet super festo Michaelis proximo affuturo.

— achowe posuit domum suam Con[rado de] Pisce pro nonaginta marcis denariorum sclauicalium, super termino Martini [proximo redi]mendam. Ad quod idem Johannes promisit satisfacere, sicut postulat pigneris ordo.

[Pag. 3:]

Jtem nos consules ciuitatis Malchyn cupimus ad aures plurium peruenire, quod constituti dominus — Dempcyn et domina Ghertrudis eius vxor assignauerunt fratribus minoribus in Rozstok CL marcas . . — sui particula, quam emit ab vxore Johannis Yessyn, ad quinque annos super festo penthecosten — V marc. Actum anno domini M°CCC.XXXII., feria VI[a] post ascensionem domini[9].

Relicta Arnoldi Klynkeman obligauit agrum suum, situm extra valuam Warghe[ntyn] — et Nicolao Hagemester, fratribus dicti Arnoldi, pro hereditate ipsorum pro CCC marcis denariorum sclauicalium, ita v — festo natiuitatis domini continuo L, anno vero elapso super dictis terminis totidem erogando. Ad quod Cristianus de B — Klynkeman, Hyldebrant Rebergh satisfacere compromiserunt. Actum anno domini M.CCC.XXXII.

Jtem Ludolfus de Mola obligauit domum suam Johanni de Mola, suo fratri, pro LVI marcis denariorum sclauicalium, quod (?) — vltra ad annum redi-

Digitized by Google

mendum (!). Quod si non faceret, extunc Judeis ac alibi, ubi denarios suos habere poterit, obliga[bit].

Clawes carnifex obligauit domum suam Hermanno Rygeman pro quadraginta marcis a festo Mar[tini] proximo vlt[ra] —, pro quibus IIII marcas debit annuatim.

Anno eodem Hermannus Wynecop obligauit agrum, quem emit a pueris Ghywercen et a Johanne Malchowe c... — cum XX^{ti} ad suam solucionem. Actum coram consulibus.

Heghele obligauit agrum suum, situm prope Burmester extra valuam Warkentyn, pignori — Brendekino, Ghertrudi, Lutgardi pro CCC marcis ex parte hereditatis matris eorum. Bernardum — Kalen a particula eam contangente (!) ex parte matris eius prorsus renunciauit.

Sciant vniuersi, quod Euerardus de Sulta obligauit domum suam Conrado de Pische pro XX [marcis denariorum] monete sclauicalis, super festo Martini persoluendis.

§ Ceterum Conrado persoluto dominus Stephanus de Sulta XXVII marcas cum IIII tre[modiis] auene habebit.

Lubbertus Cerdo de Sconenhaghen obligauit domum suam, in qua moratur, et vxor Gherardi Pa —, filio Thy[derici] Cerdonis pro quadraginta marcis cum VI marcis, ita quod XXVI marce tangunt Lubbert[um et XX marce] vxorem —.

[Pag. 4:]

[Jo]hannes Papenhaghen, commorans Brystowe, obligauit curiam suam cum mansis II^{bus} cum omni proprietate — pro centum et suis heredibus super festo Michaelis continuo coram consulibus Malchyn persoluendo.

— filius Nicolai Cracowe, carnificis, obligauit Zagchowe mascellam suam pro XVII marcis proxima die — [redimendam]. Quod si non faceret, dicto Zagchowe clauem presentare est astrictus.

— Clencen obligauit domum suam domino Thyderico Leuesuagher pro VIII marcis, pro quibus I marcam debit.

— ifex obligauit domum suam Nicolao et Margarete, suis primis pueris, cum Hermanno Rygheman sic — VIII marc. pro hereditate matris earum. Si quem vero defectum paterentur, in bonis prompcioribus dicti Nicolai retinebunt — .... cum lectisterniis et vtensilibus in ea inclusis cum Nicolao in valore sex marcarum obtinebit.

— obligauit agrum suum supra bolbrughen Conrado de Pisce pro septuaginta marcis minus III marcis — ..... super festo Michaelis redimendo.

— Gylowe posuit domum suam Krystine filie Hinrici Scuneman et Latecop et iugera, que [sita sunt] iuxta bolbrughen extra valuam Warghentyn ad campum tendentem, pro C marcis pro hereditate [sue mat]ris, ad quod dictus Johannes satisfacere compromisit.

Digitized by Google

— faber posuit domum suam pueris suis pro XXXII marcis, ex parte matris eorum hereditate. [Jdem ean]dem domum posuit Conrado de Pisce pro XXII marcis post pueros cum omnibus suis vtensilibus domus [super festo] Michaelis.

[Sciant] vniuersi, quod Deghenhart, commorans in villa Brystowe, obligauit vnum mansum suum [cum] — sua dicto manso adiacente Conrado de Pisce pro XL marcis cum talento, quem redimet coram [consulibus] — — —.

Das vorstehende Fragment des Malchinschen Stadtbuches steht auf 2 zusammenhangenden Pergamentblättern, welche aus dem Stadtbuche ausgelöst und leider nicht allein unten, sondern auch an den Seiten beschnitten sind, um zum Einbande von Hof- und Landgerichts-Acten verwandt zu werden, von denen sie nach deren Abgabe an das Haupt-Archiv zu Schwerin abgelöst sind. Ob das Stadtbuch Grossfolio oder Kleinfolio war, und ob diese beiden Blätter die innersten einer Lage waren, also ursprünglich auf einander folgten, lässt sich nicht mehr ersehen. Durch das Beschneiden der Blätter an der äusseren Seite sind die Zeilen auf Pag. 1 und 3 hinten, auf Pag. 2 und 4 vorne, anscheinend um etwa 8 Buchstaben, verstümmelt. Diese Lücken sind, wo die Ausfüllung durch Conjectur zu gewagt erschien, durch einen Gedankenstrich angezeigt. Alle Einzeichnungen sind durchstrichen bis auf (pag. 1:) „Prouisores etc.“, (pag. 2:) „— ar' famulus“ etc., (pag. 3:) „Ceterum Conrado“ etc., (pag. 4:) „[Jo]hannes Papenhaghen“ und „[Sciant] vniuersi“. Alle erhaltenen Einzeichnungen sind von einer Hand geschrieben. — [1]pro ist verschentlich weggeblieben. — [2]Man könnte eher clotowe lesen, wenn dieser Name an sich wahrscheinlicher wäre, ebenso [3]Bobetyn — [4]c'rvethesmolen — [5]= 2. Octbr. 1331 — [6]arabische Ziffer im Original! — [7]denarios vom Schreiber vergessen. — [8]Ob damit der 4. Febr. gemeint ist? — [9]= 29. Mai 1332.

1331. Octbr. 8[1]. Demmin. 5274.

Friedrich, Bischof von Camin, bestätigt die vom Priester Dietrich Glashagen in der Kirche zu Teterow gestiftete Vicarei.

Nouerint vniuersi, quod nos Fredericus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis quandam vicariam, per discretum virum Theodericum Glaszhagen, presbyterum nostre diocesis, in ecclesia Theterow eiusdem diocesis instauratam et quatuor mansorum et vnius quartalis mansi ac sex librarum cere, necnon triginta trium pullorum annuis redditibus, in villa Beltz situatis, et trium marcarum redditibus, in villa Swertzorp colligendis, dotatam, ad iustam dicti presbyteri inpetitionem et nobilium dominorum, scilicet Jhohannis et Joannis dominorum de Werle, eiusdem vicarie patronorum, approbationem et consensum tenore presentium in dei nomine approbamus, ratificamus et confirmamus auctoritate nostra ordinaria, inhibentes sub pena excommunicacionis, ne quispiam predictam confirmationem audeat infringere vel ei ausu temerario contraire. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Datum Demmyn, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo primo, in octaua beati Ottonis episcopi[1]. Testes huius sunt: magister Hinricus de Dartzow, magister Johannes Bollentin, plebanus in Demmyn, dominus Theodericus Speckin,

Digitized by Google

plebanus in Gedine, magister Conradus Scuuer, dominus Gotfridus, noster cappellanus, magister Herbordus, canonicus Caminensis, dominus Johannes Bitechow, prepositus sanctimonialium in Verchen, magister Nicolaus Swichtenberg et alii quam plures fide(i) digni.

Nach einer Abschrift aus dem Ende des 15. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. Bd. VII, Nr. 4621. — [1]Das Calendarium eccles. cath. Caminensis giebt „cal. Oct.“ als „Ottonis episcopi, Remigii“, und „VIII. id.“ als „Octava Ottonis“ an (Ledebur's Allg. Archiv XVIII, S. 111).

1331. Octbr. 9. Broda. 5275.

Johann d. ä., Pfarrer zu Gevezin, Walther, Pfarrer zu Penzlin, Siegfried Voss, Vogt des Landes Stavenhagen, Heine Holstein, Vogt zu Penzlin, und Nicolaus Gemeke, Ritter, beurkunden einen Vergleich zwischen dem Kloster Broda und Konrad von Peccatel über die Gränze der beiden Dörfer Rese.

Nos Johannes senior, rector ecclesie in Yewecin, Waltherus, rector ecclesie in Penzelin, sacerdotes, Syfridus Vos, aduocatus territorii Stouenhaghen, Heyno Holzste, aduocatus in Penzelin, et Nycolaus Ghemeke, milites, tenore presencium publice protestamur, quod plena et amicabilis composicio est ordinata inter ecclesiam Brodensem, ex vna, et Conradum de Peccatele dictum, parte ex altera, racione distinctionis iacentis intra ambas villas Rese, pro qua longo tempore hee partes discrepabant et utrobique discordabant, ita uidelicet, quod eadem debet manere distinctio perpetue, quemadmodum olim et antiquitus iuxta discrecionem et iudicium permansit wlgare; verumptamen cementum ibidem inuentum paribus laboribus et expensis debet fodi et equaliter diuidi secundum voluntatem et beneplacitum parcium utrarumque. Ceterum antedictus Conradus ac sui veri heredes nullatenus debent in post[e]rum ecclesiam Brodensem in ipsa distinctione et cemento ibi inuento penitus impedire. Jn cuius facti testimonium presentem litteram fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Datum et actum Brodis, anno domini M° CCC° XXXI°, in die beatorum Dyonisii et sociorum eius martirum.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. An demselben hangen fünf Pergamentstreifen, deren 2., 4. und 5. die Siegel ganz verloren haben; der 1. und 3. tragen noch:

1) ein Bruchstück eines parabolischen Siegels, anscheinend mit dem Brustbilde eines Bischofs; Umschrift:

✠ S' DO— — — —W. IR

2) ein schildförmiges Siegel mit einem rechtsaufsteigenden Fuchse, zu dessen Linken eine Rose; Umschrift (beginnt in dem rechten Schildwinkel):

— S' SIFRI— — — — —

Digitized by Google

(1331.) 5276.

Siegfried Voss, Ritter, verpfändet dem Kloster Broda die Bede aus dem Dorfe Rese für eine Schuld von 80 Mark 8 Schill.

Vniuersis presencia visuris vel audituris ego Cyfridus dictus Vos, miles, salutem in omnium saluatore. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum temporis fluxu, expedit, vt ea testimoniis veridicis, scriptis quoque autenticis perhennantur (!). Nouerint igitur tam presentes quam futuri presentem paginam inspecturi, quod ego Cyfridus sepedictus meique veri heredes tenemur soluere preposito et conuentui ecclesie Brodensis octuaginta marcas cum octo solidis vsualis monete, quarum octuaginta marcarum cum octo solidis septuaginta marcas cum octo solidis extorsi et sustuli ex predictorum dominorum pactu, videlicet Wolkentzin, Weytin et Reze, residuas vero decem marcas michi venerabilis dominus Johannes prepositus in Broda ad fontem reficiendum amice mutuauit in parato. Pro qua summa prenarrata predictis dominis in Broda precariam paruam cum magna ad me et meos veros heredes spectantem in villa Rese duxi ponendum et firmiter installandum (!), tamdiu singulis annis percipiendam, quousque predicta summa integraliter fuerit persoluta. Si vero, quod absit, quisquis prefatos prepositum et dominos in Broda inpedire vellet tempore preillibate precarie percipiende, hoc ego et mei veri heredes tenemur et promittimus fidetenus disbrigare. Ne autem suprascripta a me aut meis heredibus infringantur, presens scriptum mei sigilli munimine duxi roborandum. Testes huius rei sunt: dominus Johannes Estas, dominus Johannes de Gøltsowe, presbiteri, Cyfridus Kerkdorp, famulus. Acta sunt hec in presencia nobilis domini domini Johannis de Werle iunioris, Arnoldi de Osten, militis, domini Gherardi Yuenakkensis prepositi.

Nach dem Original im grossherzogl. Archive zu Neustrelitz. Dasselbe trägt an einem eingehängten Pergamentstreifen Bruchstücke eines schildförmigen Siegels mit einem rechtsaufsteigenden Fuchse und vielleicht einer Blume zur Linken desselben. Es ist anscheinend das zur Urkunde Nr. 5275 beschriebene zweite Siegel. Aus diesem Grunde und weil Johann hier als Abt von Broda genannt wird, der am 14. März 1331 (Nr. 5226) als „prior electus in prepositum“ und Mai 22 (Nr. 5247) als Propst vorkam, lassen wir diese Urkunde in Ermangelung einer genaueren Zeitbestimmung auf Nr. 5275 folgen.

1331. Octbr. 11. Rostock. 5277.

Margareta von Kardorf, Wittwe des Ritters Radolf von Kardorf, deren Sohn Radolf von Kardorf und ihre Erben verkaufen dem Kloster zum heil. Kreuz in Rostock das Holz von 8 Hufen des Dorfes Kankel.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presencia peruenerint, Margareta de Kercdorpe, quondam vxor Radolfi de Kercdorpe, militis pie memorie, Radolfus

Digitized by Google

de Kercdorpe iunior, filius eius, ac eorum ueri heredes salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod nos matura deliberacione prehabita, de consensu et consilio omnium nostrorum amicorum, quorum interest aut interesse poterit, vendidimus rite et racionabiliter ac coram dominis terrarum resignauimus preposito et priorisse ac sanctis monialibus omnibus monasterii sancte Crucis in Rozstok nemora octo mansorum ville Kankel dicte, situata ab illa parte riuuli, qui transit de stangno uille Dolghen ad aquas molendini in Sabene, cum omni proprietate, fructu et vtilitate et LX^{a} solidorum iudicio et iure vasallico, pro centum marcis cum quinque Lubicensium denariorum, sicuti predicta nemora tenuimus et habuimus in hodiernum diem; ita tamen: si coloni uille Kankel per incendium uel per aliam destructionem edificiis et domibus carerent, quod deus auertat, extunc de dictis nemoribus de speciali gracia prepositi et conuentus, si se cum ipsis amicabiliter regant, subsidium optinebunt. Ne igitur hanc litteram nostri posteri et heredes et debitam vendicionem amplius imbrigare presumant, presentes litteras ego Radolfus de Kercdorpe meo sigillo vna cum sigillo Boltonis Seppelin, generi mei, duxi communiri. Testes uero sunt: Nicolaus de Axekowe, miles, Thidericus Vinke et Hinricus de Clenperowe, sacerdotes, Hinricus Walle, clericus, Johannes de Staden, famulus, ac alii plures fide digni. Datum et actum Rozstok in curia sancte Crucis ibidem, sub annis domini M° CCC° XXX. primo, feria sexta post festum Dyonisii ac sociorum eius martirum beatorum.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An Pergamentstreifen hangen 2 schildförmige Siegel aus grünem Wachs:

1) ein Siegel mit drei Richträdern und der Umschrift:

✠ S' RADOLFI KERCTORP ARMIGERI

2) das hieneben auf Kosten des weiland Grafen von Zepelin auf Aschhausen in Würtemberg abgebildete Siegel mit einem rechtsgekehrten Eselskopfe und der Umschrift:

✠ S' . BOLTE . S[E]PEL[I]N

— Gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 111. — Vgl. Bd. VI, Nr. 4054, und 1332, Mai 3.

1331. Octbr. 16. Stargard. 5278.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht auf Bitten Erichs von Lübberstorf dem Rathe zu Friedland das Eigenthum zweier vormals zu Lübberstorf gehörigen Hufen.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rotzstok dominus tenore presencium recognoscimus lucide protestantes, quod de nostro ac nostrorum tutorum consilio et consensu dedimus et presentibus donamus ex parte domini Erici de Lutberstorp, nostri rectoris, honestis viris consulibus in

Digitized by Google

Vredelande libertatem et proprietatem duorum mansuum ville Lutberstorp antea adiacentes (!), dando predictis consulibus dictos mansos in vsum eorum applicandi et apponendi liberam facultatem. Jn cuius rei testimonium secretum nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Stargardie, anno domini M° CCC° tricesimo primo, in die Galli et Lulli martirum beatorum.

Nach dem Original im Stadt-Archive zu Friedland. An einem aus der Charte geschnittenen Pergamentbande hängt des Fürsten Albrecht erstes Secretsiegel, abgebildet zu Nr. 5268. — Vgl. Nr. 4846 und 1331, Octbr. 28. — Gedruckt in den Beilagen zu den Rostocker Nachrichten 1821, Stück 10, S. 79, und bei Boll, Land Stargard II, S. 200.

1331. Octbr. 18. 5279.

Ludolfus, Bischoff zu Zwerin, stifftet mit bewilligung des Capittels eine kleine Præbende in der Kirchen zu Zwerin von 5 Mk. Lub. hebungen auss seinem hofe, darauff er gewohnet, eh er bischoff geworden. Datum et actum anno domini 1331., in die beati Lucæ euangelistæ.

Clandrian, Protoc. fol. 132*. — Am Rande steht: „Thumbhoff."

1331. Octbr. 25. Camin. 5280.

Friedrich, Bischof von Camin, erlässt für eine Schuld seines Stiftes von 600 Mark wend. Pf. dem Kloster Eldena (bei Greifswald) mit Zustimmung des Dom-Propstes Barnim, Fürsten von Werle, und des ganzen Dom-Capitels zu Camin die jährliche Abgabe von 5 Drömt Korns aus dem Dorfe Dersekow an die Pfarre zu Gützkow und trennt die Capelle zu Kröslin von der Mutterkirche zu Wolgast zur Errichtung einer eigenen Pfarre.

In nomine domini. Amen. Fredericus dei gratia Caminensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus presencia visuris et audituris salutem in domino sempiternam. Cum hominum memoria sit labilis, plerumque ad malum flexibilis, expedit presertim ordinationes ecclesiasticas scripture testimonio roborari. Quapropter noscat universa natio presentium et felix successio futurorum, quod, cum religiosi viri abbas et conventus in Hylda, Cisterciensis ordinis, nostre dioecesis, per literas predecessorum nostrorum, videlicet Petri, Hinrici, Conradi et Arnoldi recordationis felicis, nobis et nostro capitulo declarassent, ecclesiam nostram legitime fuisse eisdem et suo monasterio obligatam in sexcentis marcis denariorum monete slavicalis, ob quorum solutionis defectum eidem abbas et conventus plurima dampna se asserebant pertulisse, supplicantes, quatenus saltim

Digitized by Google

aliquam recompensam nostre ecclesie minus nocivam et ipsis proficuam faceremus: nos tam piam et devotam et iustam supplicationem exaudire cupientes, examinata et probata pl[ur]ibus dictorum religiosorum intentione, de speciali consensu nobilis et honorabilis domini Barnym de Werle, ecclesie nostre prepositi ac patroni ecclesie Gutzekowensis, tociusque dicte nostre ecclesie capituli in recompensam dictorum dampnorum dimittimus dictos religiosos et eorum claustrum et eorum bona liberos, quitos et solutos perpetuis temporibus a quinque tremodiis annone, quos annis singulis ecclesie in Gutzekow seu eius rectori dare hactenus consueverunt de villa Dersecowe, olim filia dicte ecclesie in Gutzekow, nunc autem ab ipsa separata. Jnsuper ad instantiam dictorum religiosorum erga nostram ecclesiam bene meritorum, pure propter deum et divinum cultum augmentandum, de pleno consensu abbatis in Stolp et conventus ibidem, eiusdem ordinis, et patronorum ecclesie in Wolgast dimembramus et presentibus separamus capellam et villam Crasselin cum quatuor villis, videlicet Vrest et Vencemin, que villa nunc unita est ipsi Vrest, Voddowe et Holendorp, ab ecclesia matrice Wolgast, ita quod ab hoc die inantea dicti religios[i] abbas et conventus in Hylda ad dictam capellam, immo verius ecclesiam parochialem, in Crasselin, canonice a sua matrice ecclesia dimembrata, habeant et possint sicut in Dersekow ydoneum clericum presentare, salvis iuribus spiritualibus in presentium (?) et rectoris ecclesie predicte, quem nolumus nec possumus, quamdiu vixerit, suo iure privare; prefatas eciam villas Crasselin, Vrest, Venzemin, Voddowe et Hollendorp cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, prout ipsas ecclesia parrochialis in Wolgast possederat, esse volumus separatas. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Camin, anno domini millesimo CCC° XXXI°, feria sexta ante Simonis et Jude apostolorum, presentibus honorabilibus dominis Barnym preposito, Frederico cantore, Sifrido scolastico, Rodolfo thesaurario, magistro Johanne Bollentin et quam pluribus fide dignis.

Nach den von Dreger'schen Urkunden-Abschriften zu Stettin gedruckt in von Eickstedt's Urk.-Sammlung zur Geschichte des Geschlechts der von Eickstedt I, S. 149, und Jahrb. XXIII, S. 192. (Das Original, dem die Siegel fehlen, liegt im Staats-Archive zu Stettin.) — Vgl. über Barnim die Note zu Nr. 5188.

1331. Octbr. 28. Stargard. 5281.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht der Stadt Friedland das Eigenthum von 2 Hufen zu Lübberstorf und legt dieselben zu Stadtrecht.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie ac Rozstok dominus tenore presencium recognoscimus protestantes, quod ad instanciam Erici militis

Digitized by Google

de Lubberstorp bona voluntate et maturo consilio nostrorum militum et prouisorum damus, donamus et presentibus conferimus honestis viris nostris consulibus ciuitatis Vredelant proprietatem super duos mansos adiacentes ville Lubberstorp, quos Ericus miles predictus vendidit ciuibus in Vredelant, ita quod dicti duo mansi cum eorundem proprietate ammodo adiacere debent ciuitati Vredelant omni iure ciuitatis eiusdem et perpetue possidendi. Jn cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes sunt: Gherardus de Berthekow, Wedegho de Plote, Vicko Soneke, Heyno Manduuel, Henningh Peccatle, Otto de Dewitze, Bodo de Helpede, Henninghus de Dolla, Lippoldus Bere, Albertus Warborch, milites, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Stargard, anno domini M° CCC° XXXI°, ipso die Symonis et Jude apostolorum gloriosorum.

Nach dem Original im Archive der Stadt Friedland. An einem eingehängten Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 5268 abgebildete erste Secret des Fürsten Albrecht. — Gedruckt bei Boll, Geschichte von Stargard II, S. 201, und danach bei Lisch, Behr. Urk. II. B, S. 131. — Vgl. Nr. 4846 und 5278, und 1332, April 12.

1331. Octbr. 28 — Novbr. 11. Wismar. 5282.

Thideke, Müller zu Zarenstorf, beurkundet seine Schuld bei den Wismarschen Rathmännern Heinrich Ricquerstorp und Johann von Kalsow.

Thideke molendinarius in Tzarnstorp, Nicolaus snidere et filius eius Hennekinus tenentur dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni Kalsowen IX marcas Lubicenses pro molari, terminus pasche, iuncta manu.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Symonis et Jude und Martini 1331.

1331. Octbr. 28 — Novbr. 11. Wismar. 5283.

Hildebrand, Müller von Bibow, beurkundet seine Schuld bei den Wismarschen Rathmännern Heinrich Ricquerstorp und Johann von Kalsow.

Hildebrand de Bybowe tenetur dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni de Kalsowe IX marcas Lubicenses soluendas in carnispriuio et in pascha. Cum ipso promittun[t] Henneke in molendino Metenstorp et Thidekinus Hoop in molendino Scheruestorp iuncta manu, sui filii, et Hince Lozte.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Symonis et Jude und Martini 1331.

Digitized by Google

1331. Octbr. 28 — Novbr. 11. Wismar. 5284.

Johann Schacht von der Birkenmühle beurkundet seine Schuld bei den Wismarschen Rathmännern Heinrich Ricquerstorp und Johann von Kalsow.

Johannes Walmerstorp et Johannes Schacht de Berkenenmølen tenentur dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni de Kalsowe V marcas Lubicenses super proximo carnispriuio.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Symonis et Jude und Martini 1331. — Johann Walmerstorp wird Bürger zu Grevesmühlen gewesen sein.

1331. Octbr. 28 — Novbr. 11. Wismar. 5285.

Heinrich Kadow, Wismarscher Rathmann, bezeugt, dass er Lüdeke Moltekow schuldig ist.

Dominus Hinricus Kadowe tenetur Lvdero Moltekowen XXX marcas Lubicenses pro II lestis ordei et pro vna lesta suene, quarum soluet proximo Johannis X marcas, Jacobi X marcas et in natiuitate beate Marie X marcas. Si vero in hiis terminis preciosius emitur, tunc magis sibi soluet.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Stadtbuchs, eingetragen zwischen Symonis et Jude und Martini 1331.

1331. Octbr. 31. 5286.

Henneke Preen verkauft dem Kloster Dargun seine Güter in dem Dorfe Damm.

In nomine domini. Amen. Ego Henneke, Bordekini Pren quondam famuli filius, presentibus recognosco, quod bona, que Werneri dicti Pren, patrui mei, quondam fuerant, ville Dam adiacencia, que et idem Bordekinus pater meus post eum legitime tenuit ac eo defuncto et ego pro tempore iure pheodali tenui, domino abbati et conuentui monasterii de Dargun pro sexaginta marcis denariorum monete slauice racionabiliter vendidi et ad manus ipsorum resignaui, de amicorum meorum consilio et voluntate proximorum. Et nos Hinricus dictus Poppendorp, prefati Hennekini [1], ac Echardus dictus Blengowe, famuli, in hiis scriptis protestamur, quod nos vna cum prenominato Hennekino fide data coniuncta manu promittimus, quod nec idem Hennekinus nec frater eius [1], aut alius quicunque pro ipsis, ad quod promissum et iustos nostros heredes obli-

Digitized by Google

gamus, antedicta bona in Dam impetere aut pheodum ipsum repetere, seu eciam dictum Dargunense monasterium occasione predictorum futuro tempore debeat quomodolibet molestare. Ceterum et ego Johannes dictus Petzeke, miles, qui huic vendicioni et conuencioni interfui, vt stabiliter, que supra scripta sunt, perseuerent, sigillum meum vna cum sigillis Hennekini, Bordekini Pren filii, Hinrici Poppendorp ac Echardi Blengowe sepedictorum presentibus est appensum. Datum anno domini M°CCC° tricesimo primo, in vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von vier an der Urkunde befindlichen Pergamentstreifen haben nur die drei ersten ihre Siegel, aus grünem Wachs, behalten, und zwar sind dies:

1) das schildförmige Siegel des Henneke Preen: drei aufgerichtete Pfriemen; Umschrift:

✠ . S' . IOhANNIS . PREN .

2) das runde Siegel des Ritters Johann Petzeke: in einem stehenden Schilde drei aufrecht stehende Balken, wie I, welche jedoch an jeder Seite drei ganz kleine Quersprossen haben (gestümmelte Steighaken? wie die von Kaland); Umschrift:

✠ . S' . IOhANNIS . PE[TZ]EKE . MILITIS .

3) das schildförmige Siegel des Knappen Heinrich Poppendorp: gespalten, rechts eine halbe Lilie, links, wie es scheint, ein halber stark bemähnter Löwenkopf; Umschrift:

✠ . S' . hINRICI : POPPENDORP .

[1] An diesen Stellen ist eine Lücke für den Namen leer gelassen. — Vgl. oben Nr. 5239 und 26. Decbr. 1331.

1331. Novbr. 3. Bremen. 5287.

Burchard, Erzbischof von Bremen, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus vniuersis has litteras inspecturis salutem et pacem in domino sempiternam. Sacras sanctorum reliquias ad hoc deus in terris pie creditur reliquisse, ut fideles, qui digno deuocionis obsequio eisdem venerandis institerint, per ipsorum sanctorum intercessiones et merita superne gracie pociora percipiant incrementa. Sane, cum ad monasterium dominarum ordinis sancte Clare in Ribeniz de nouo constructum plurimorum sanctorum, tam videlicet apostolorum, martirum, confessorum, quam virginum, reliquie sint adducende ibique pro sua reuerencia et salute fidelium solempniter collocande, vestram proinde hortamur attente in domino karitatem, quatenus predictum locum cum omni diligencia visitantes sanctis ipsis debitum in suis inpendere studeatis honorem, vt sic eorum suffragiis commoda quietis eterne vobis prestante domino possitis salubriter procurare. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et dictorum sanctorum patrocinio plene confisi, omnibus vere penitentibus et contritis, qui in die aduentus tantarum reliquiarum et singulis

Digitized by Google

annis in eiusdem anniuersario ipsas in premisso loco deuote fuerint venerati, vel qui in dedicacionis anniuersario locum ipsum humiliter visitare decreuerint, quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus. Datum Bremis, anno domini M° CCC° XXXI°, dominica die post festum omnium sanctorum, nostro sub sigillo.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Das Siegel ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgefault. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1331. Novbr. 9. Stettin. 5288.

Otto und Barnim, Herzoge von Stettin, vergleichen als erwählte Schiedsrichter den Bischof Friedrich und das Dom-Capitel von Camin mit dem Ritter Ludolf dem jüngeren von Massow und seinen Freunden dahin, dass der erstere fürs Künftige ein gnädiger Herr, und der zweite ein treuer Vasall sein und demgemäss seine vom Stift herrührenden Lehen empfangen soll.

— — presentibus honorabilibus viris, dominis scilicet nobili viro domino Barnym de Werla preposito, Woltero de Ghuntersberch Dyminensis ac magistro Conrado dicto Schuuer Werbe(r)nensis districtuum archidiaconi(bu)s et canonicis ecclesie Camynensis, Johanne Lencin, Johanne de Swanebeke canonicis ecclesie Stetinensis; Hen[ningo] et Dubbezlao militibus de Eycstede, Wedegoni de Osten milite et quam pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Stettin, anno domini M° CCC° tricesimo primo, sabbato ante diem beati Martini episcopi et confessoris.

Nach dem Original im Staats-Archive zu Stettin, dem jetzt die Siegel fehlen, mitgetheilt vom Staats-Archivar Dr. Klempin. — Gedruckt in der Eickstedt. Urk.-Samml. I, S. 156. — Vgl. Nr. 5188, N.

1331. Novbr. 12. 5289.

Ludolfus, Bischoff zu Zwerin, stifftet mit seinem bruder Heinrichen von Bulow, Thesaurario daselbst, eine ewige Vicarey in der Kirchen zu Zweryn von sechs hufen im dorffe Parsow[1], die gekaufft worden seind von Johanne vnd Engelkino genant von Ripen, burgern zu Godebuz, mit allem rechte vnd eigenthumb etc. Die lehnwar diser Vicarey sollen nach seines bruders absterben die Bischoffe zu Zweryn haben. Datum 1331., in crastino Martini episcopi.

Clandrian, Protoc. fol. 118[b]. [1] Passow bei Gadebusch. — Vgl. 1337, Decbr. 9.

Digitized by Google

1331. Novbr. 16. 5290.

Johann von Plessen, Ritter, leistet dem Rathe zu Lübek wegen der von seinem Knappen Ditmar Wrede geschworenen Urfehde Bürgschaft.

Omnibus, ad quos presentes littere peruenerint, Johannes de Plesse, miles, seruitii, quantum potest, et rei geste agnoscere veritatem. Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod promisimus et presentibus promittimus honorabilibus viris dominis consulibus Lubicensibus data fide pro caucione dicta oreueyde, quam fecit discretus famulus noster Ditmarus Wrede eisdem, ita quod nec ipse nec aliquis suorum amicorum natorum vel adhuc nascentium vel quicunque nomine suo debeat malum, dampnum, inpedimentum ac grauamen ipsorum consulum ac eorum conciuium occasione casus, quo mediante in oreueydam factam occidit et peruenit, procurare. Et si quis, v[idelice]t ipse vel alter nomine suo vel pro se, contrarium fecerit, ipsis consulibus malum aut aliquot premissorum inferentes, de illo seu de illis tenemur ipsis consulibus plenam ad emendam et de singulis sufficienter vsque ad condignam satisfactionem respondere. Jn premissorum igitur euidenciam meum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXX° primo, sabbato ante Elizabeth vidue.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, 484, aus „dem Original, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.“

1331. Novbr. 24. Goldberg. 5291.

Testament des Pfarrers Ludolf von Dale zu Goldberg.

In nomine domini. Amen. Ego Ludolfus plebanus in Goltberch compos mei, si morte preuentus fuero, in hunc modum meum condo testamentum. Primo lego omnes libros meos iuris, et non alios, ecclesie in Dobertin pro perpetua memoria, non vendendos nec alienandos, sub tali tamen condicione, quod, si dominus Marquardus de Dale, patruus meus, vel Hermannus dictus Eckerne, awnculus meus, filios habuerint, qui in iure studere voluerint, cum tales filii ad tantos annos peruenerint, quod in eis studere potuerint, extunc eorum parentes vel eorum filii dictos libros pro quinquaginta marcis slauicalium denariorum a predicta ecclesia reemere poterunt. Jtem lego domino preposito in Dobertin II equos meliores et ad hoc X marcas denariorum slauicalium ad structuram ibidem in Dobertin. Jtem lego specialiter domino preposito in Dobertin pro sua persona IIII marcas slauicalium denariorum. Jtem lego domino preposito in Dobertin sermones Jacobi de Voragine de tempore in duobus voluminibus et opus eiusdem Jacobi quadragesimale in vno volumine ad tempora vite sue, vbicunque locorum

Digitized by Google

fuerit; hoc adiecto, quod post suam mortem predicta volumina prioresse et conuentui reddantur et lib(e)rarie eiusdem conuentus applicentur. Item lego tribus sororibus monialibus in Rune, filiabus Petri de Aquis, VI marcas denariorum slauicalium. Item lego conuentui ibidem II marcas. Item lego conuentui in Stepeniz II marcas denariorum slauicalium. Item lego conuentui in Malchow II marcas denariorum slauicalium. Item lego fratribus in Robele II marcas denariorum slauicalium. Item lego fratribus in Parchim II marcas denariorum slauicalium. Item lego domino Johanni prouisori infirmarie II marcas denariorum slauicalium; item sacerdotibus in curia cuilibet IIII solidos, et Arnoldo scriptori tantum; item lego sacerdotibus in prepositura cuilibet IIII solidos; item lego domino Woldero de W°sten V solidos et IIII denarios, in quibus michi tenetur, et non aliud. Item lego domino Arnoldo in Brusevicze et domino Hinrico Prammulen et domino Johanni in Thechentin cuilibet IIII solidos. Item lego domino de Stella I marcam. Item lego domino plebano in Lancken I marcam; item domino Henrico de Cobbendyn et domino Nicolao vicario ibidem cuilibet VIII solidos, quos debent sumere a Rodolfo. Item sciendum, quod ille campus, qui est ante ciuitatem, habuit duos dominos: illa dimidia pars versus Zidderghe spectabat ad dotem, sed alienata fuit a dote in manus layci, qui dicebatur Hermannus de Distelow, a quodam plebano, qui dicebatur dominus Johannes Cos; quam alienacionem ego Ludolfus plebanus in Goltberch recuperaui cum IIII marcis et II solidis bonorum denariorum, qui tunc exsoluebant XVIII solidum Lubicensem. Hanc pecuniam lego plebano meo successori, ut memoriam mei specialiter habeat, quociens memoria fiet de ambone et quociens memoria fiet pro defunctis in septimana. Alia autem dimidietas campi fuit Reyneri Horn bone memorie et suorum heredum, quam dimidietatem ego Ludolfus plebanus in Goltberch emi pro XX marcis a predictis bonorum denariorum, ita quod exsoluebant XVIII den[arii] I Lubicensem solidum. Hanc dimidietatem campi liberam a me emptam cum alia area iuxta rotam citam, que fuit censualis doti in XVII sol[idis], cuius proprietatem emi pro XVII marcis ab Arnoldo quondam famulo meo et subegi aratro dotis, lego plebano meo successori sub tali condicione, quod, quicunque plebanus in Goltberch fuerit, vinum, oblatas et II talenta cere ad aucmentum luminaris, quod inceditur in eleuatione sanctissimi corporis Jhesu Christi, procurat, et hoc faciet omni anno. Et pro eadem legatione etiam has memorias faciet, scilicet mei Ludolfi plebani in Goltberch et meorum fratrum, ciuium in Lubeke, videlicet Gherardi, Johannis, Hermanni et Machorii dictorum de Dale, et Margarete Eckerne, cuius corpus requiescit in viridario sanctimonialium in Dobertin, et Hermanni de Bybow, sacerdotis, et domine Zweneken: has memorias faciet diebus dominicis et quotiens fuerit memoria pro defunctis in septimana. Si autem plebanus, qui tunc tempore fuerit, pro tali legacione vinum, oblatas et ceram et memorias predictas facere rennueret, extunc iurati ecclesie

Digitized by Google

de dimidietate campi et de area se intromittant, ita quod vinum, oblatas, ceram et memorias predictas fieri procurant a plebano predicto sibi de memoriis predictis satisfaciendo, et semper ante omnia de scensu aree ℓ satisfaciendo, quod talis scensus has memorias non tangit. Item lego plebano meo successori 1 lectum et I puluinar et II cussinos pro commodo suo vel sui socii; hoc adiecto, quod ipse idem suo successori in eodem valore relinquat vice uersa. Item lego domino Johanni de Cyddarghe annum gracie ibidem. Item lego matertere mee in Lubeke Alheydi Wisen I marcam denariorum Lubicensium. Item lego Elyzabeth Bregeles I marcam denariorum Lubicensium; item domine Tybben, vxori(s) Johannis de Dale, 1 marcam denariorum Lubicensium. Item lego Margarete moniali in Herwerdethuzen I marcam denariorum Lubicensium. Item lego conuentui in Nouo Campo I marcam denariorum Lubicensium. Item lego ancille Elyzabeth I lectum, I culcidram, I tremodium siliginis, I tremodium ordei, I vaccam et I latus carnium de melioribus pro omni precio. Item lego meius calderium cum tripede communi conuentui in Dobertin ad commodum earum. Item lego Ludhardo scolari I marcam. Item lego II vaccas curie infirmarie pro salute anime domine Zweneken; item lego Raceborch I marcam; item dominabus in Dobertyn quelibet II solidos et quilibet scolari ibidem I solidum. Item lego sorori mee Alheydi moniali in Dobertin omnia lectisternia mea, tam lectos quam linteamina, culcidra, cussinos, tecmen, et duas capsellas; item committo sorori mee moniali in Dobertin togam meam meliorem et wernacium cum cappucio, ut ista vendat et cum illis denariis ceram emat, ut specialiter anime mee memoria habeatur. Item volo, si morte preuentus fuero, quod dimidius mansus, quem habeo in campo Goltberch, ut ille vendatur, et quidquid prouenerit ex eo, hoc statim predicte custodie uel, quam cito fieri poterit, in alios reditus cum aliis meis bonis conuertatur, ut eo scicius deo ex illis famuletur. Sorori autem mee Alheydi et Elyzabeth Stokelet et Yden Huschow et Alheydi et Bertradi moniali in Rostoc do quelibet I marcam denariorum. Elyzabet autem Eckerne do I psalterium manuale, quod bene valoris est unius libre. Hiis predictis nil lego in dimidio manso, sed tantum ad officium custodie, prout dictum est. Item lego scolaribus in Goltberch magis indigentibus X paria calciorum. Item lego domino Nicolao de Prescentin IIII solidos; item domino Johanni Zittecow IIII solidos; item domino Jacobo de Burow IIII solidos. Item sciendum, quod lego ad ornamenta vicarie mee in Lubeke annum gratie eiusdem vicarie, et quidquid ex eo resultat, et duos cyffos argenteos et vnum cochar argenteum. Item committo domino Marquardo de Dale, patruo meo, si quid sustulerit de vicaria mea nomine meo, de hoc meis debitis in Lubeke persolutis applicet eidem vicarie, et uolo, ut viaticum meum eciam applicet vicarie predicte. Item lego Alberto de Dale IIII marcas denariorum slauicalium; item lego Beneken II marcas denariorum. Item sciendum, quod annum gracie cum omni fructu, scilicet offertorio et aliis,

Digitized by Google

scilicet annona missali in Medow et scensu in Prisce, et cetera bona, que habeo, tam mobilia quam immobilia, tam in frumento in agris siue in dote, in lardo, in brasio, in siligine, in humulo, in vtensilibus, in equis, in vaccis, in ouibus, in porcis, aucis et in pullis: hec omnia lego dominabus in Dobertin ad officium custodie, ita quod hec omnia vendantur, et cum illa pecunia uolo, ut perpetui redditus comparentur ad vsus lampadis tam in choro quam in dormitorio, ac ad vsum vini atque oblatarum et ad aucmentum cerearum candelarum et ad cetera, que ad tale officium spectant; ipsis vero redditibus comparatis, custodibus dicti officii redditus predicti annis singulis erogari debebunt ad vsus lampadis siue luminaris predicti ceterorumque, ut dictum est, per ipsas custodes, prout melius visum fuerit eisdem, perpetue conuertendi. Jtem scire volo vniuersis, quod, si dominus Marquardus patruus meus de Dale et Hermannus dictus Eckerne, awnculus meus, quinquaginta marcas denariorum slauicalium exposuerint pro libris, ut dictum est, quod illi denarii conuertantur in redditus ad opus custodie siue luminaris lampadis supradicti. Jtem notum sit vniuersis, quod omnes elemosinas prescriptas et omnia debita mea et omnia, que spectant ad sepulturam meam, de anno gracie et de aliis meis bonis, que ad officium custodie dedi, exsoluantur. Jtem lego domino preposito in Dobertin et successoribus suis granarium meum in cymetorio (!) in Dobertin. Jn testamentarios siue executores testamenti eligo dominum prepositum in Dobertin et dominum Johannem prouisorem curie infirmarie et dominum Richardum plebanum in Lancke et dominum Marquardum de Dale, patruum meum, et Hermannum dictum Eckerne, awnculum meum, et Raceborch. Testes huius sunt: dominus Rudolfus de Stella, dominus Johannes de Cyddarghe, dominus Hinricus de Zulta, sacerdotes; Nicolaus de Cliue famulus, consules opidi Goltberch: Johannes Nigeman, Petrus Horn, Stuue, Rotcherus, Reynerus, Johannes filius Gotfridi Sertoris, Luthardus scolaris ecclesie, cuius manu hec scripta sunt, et alii plures fide digni. Jn cuius rei testimonium sigillum opidi Goltberch vna cum sigillo meo presentibus est appensum. Hec omnia rata et firma teneo, donec eis viua voce vel littera meo sigillo sigillata notorie contradicam. Actum Goltberch, anno domini M°C°C°C°XXXI°, in vigilia beate Katerine virginis ac martiris.

Nach dem Original im Archive des Klosters Dobbertin. Am ersten Pergamentstreifen ist das Siegel der Stadt Goldberg in der Umhüllung von Flachs und Leinewand ganz zerfallen. Am 2. Pergamentbande hängt noch ein kleines parabolisches Siegel, auf welchem unten ein Wappenschild steht, der in der Mitte eine sechsblätterige Rose und daran stossend in den Schildwinkeln drei Eichenblätter enthält und über dem Schilde die Jungfrau Maria im Brustbilde mit dem Christkinde; Umschrift:

* LVDOLFI . DE . DALE . CLERICI

Digitized by Google

1331. Decbr. 15. Cöslin. 5292.

Friedrich, Bischof, Barnim (Fürst von Werle), Propst, und das ganze Dom-Capitel von Camin verleihen der Stadt Cöslin das Eigenthum des Dorfes Jamund.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. — — nos Fredericus dei gracia episcopus, Barnym prepositus totumque capitulum ecclesie Caminensis recognoscimus —, quod inspecta utilitate — nostre ciuitatis Cussalin —, — dimisim[us] eidem proprietatem ville Jament cum omnibus suis attinentiis — —. Jn cuius rei testimonium nostrum et prefati capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Datum Cussalin, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, decimo octavo kalendarum Januarii. — —

Nach Eickstedt. Urk.-Sammlung I, S. 148, aus von Dregers Abschrift „ex orig. curiae Cösslin." — Gedruckt auch bei Benno, Geschichte der Stadt Cöslin, S. 301.

1331. Decbr. 22. 5293.

Heinrich Maltzan, Ritter, stirbt und wird in der Klosterkirche zu Dargun begraben.

Vgl. den Leichenstein vom 1. Juni 1341.

1331. Decbr. 26. 5294.

Nicolaus von Kaland entsagt zu Gunsten des Klosters Dargun dem Wiederkaufsrechte an 2 Hufen in Damm, welche Werner Preen in seinem Testamente dem Kloster vermacht hat.

Ego Nicolaus dictus de Kaland, famulus, Borchardi de Kaland quondam filius, tenore presentium publice recognosco, quod duos mansos cum hereditate ville Dam adiacentes, quos Wernerus Pren monasterio de Dargun in testamento legauit in vltima sua voluntate, quorum mansorum et hereditatis redempcio iure hereditario ad me racionabiliter spectabat, domino abbati et conuentui dicti monasterii de Dargun dictorum mansorum et hereditatis redempcionem ad me, vt premittitur, spectantem pro viginti marcis denariorum monete currentis de amicorum meorum consilio iusto vendicionis tytulo vendidi, ista sub conditione, quod prefatorum mansorum et hereditatis warandiam dictis dominis abbati et conuentui in hiis me scriptis obligo prestaturum. Prefati vero abbas et conuentus ne a quoquam hominum impeticionem occasione eorundem mansorum pati

Digitized by Google

contingat (!), sto pro iustis heredibus meis et omnibus viuentibus, specialiter tamen pro Johanne dicto Pramule, famulo, ac fratribus eiusdem; et si dictum monasterium impeti contingeret vel vexari occasione premissorum, debeo et volo impeticiones huiusmodi secundum iuris exigenciam fidelitter disbrigare. Jn quorum omnium euidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXXII°, in die beati Stephani prothomartiris. Testes, qui hiis omnibus presentes aderant, fuerunt: Bertoldus Lukowe, famulus; fratres: Johannes camerarius, Ludolfus, Hinricus Tesser, Johannes Zweryn, Johannes Horn, monasterii supradicti sacerdotes et monachi, et alii fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen. — Vgl. Bd. VII, Nr 4685.

1332. Sternberg. 5295.

Ein Wilbrieff der Hertzogin Agness vber 3 mark, so zu einem beneficio [in Sternberg][1] auss dem dorfe Schonevelt gegeben sein. Actum Sternb. 1332.

Nach Regesten der [1]Sternberger Kirchenbriefe vom Jahre 1570 im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. Bd. IV, Nr. 2591, und Bd. V, Nr. 3439.

1332. 5296.

Lüdeke Maltzan, Marschall des Herzogs Barnim von Pommern, wird von diesem in dem Besitze des seinem verstorbenen Oheim Heinrich in dem rügianischen Erbfolgekriege verpfändeten Schlosses Loitz bestätigt und verspricht, dasselbe zu vertheidigen, die Stadt Stralsund und deren Bundesgenossen zu befriedigen und das Schloss nach Erstattung des von ihm ausgelegten Geldes wieder abzutreten.

Ludekinus Moltzan, hertoch Barnims tho Stettin marschalck, bekennet, nachdem he sampt anderen hertoch Barnims vedderen Bugslaff, Barnim vnd Wartislaff, hertog Wartislaffs seliger kinder, vormunder, vnd hirnormals Hinricus Moltzan seliger vnd Hinricus, [van] Meckelnburg her, vnd Johannes vnd Johannes, heren van Werle, samptlich errung hedden wedder disse stedere: Sundt, Gripeswolt, Tanckliin, Demmin, dat furstendhum Rhugen, als dat furstendhom Rugen (!), derwegen hertoch Barnym [mit] synen vedderen den Moltzanen dat sloth Loitze verpandet vnd fernner in syn Ludekinus handt gestellet, wil he dat vordegedingen, de vam Sunde vnd andere thofreden stellen; idoch, wen ehm syn vthgelechte gelt erstadet werdt, wil he dat slot vnd landt to Loitze affireden. Datum 1332. *(Besiegelt mit C. 127.)*

Digitized by Google

Aus des pommerschen Secretärs Erasmus Husen (1530—1572) Urkunden-Repertorium im Provincial-Archive zu Stettin (früher unter den Handschriften der Gesellschaft für Pommersche Geschichte), fol. 175. Das Schloss Loiz ward am 13. März 1327 erobert und am 1. Novbr. 1327 dem Ritter Heinrich Maltzan verpfändet (vgl. Lisch, Maltzan. Urk. I, S. 427 und 429), welcher am 22. Decbr. 1331 starb und im Kloster Dargun begraben ward (Nr. 5293). Vgl. über den Besitz von Loiz noch Lisch, Maltzan. Urk. II, S. 81 flgd.

1332. Jan. 6. Wismar. 5297.

Johann und Arnold Gebrüder Witte zu Wismar verkaufen Schimm an Gottschalk Preen von Steinhausen.

Johannes et Arnoldus fratres dicti Witten vendiderunt Gozschalco Preen Stenhus villam eorum Schimme dictam cum omnibus attinenciis suis, sicut docent eorum littere a domino Magnopolensi eis date, preter vicariam in ipsa villa et bonis existentem. Sic eandem villam cum dictis suis attinenciis sibi resignauerunt et warandiam promiserunt annum et diem, sicut eis pertinebat, et pro impeticione in ipsa warandia pre omnibus iuri stare volentibus et ipso iure contentari. Pro huiusmodi warandia promittunt cum Johanne et Arnoldo ..... et dominus Johannes de Krøpelin dicto Gozschalko, domino Vikkoni Stralendorp et Gozschalko Preen moranti Wenendorp et Henningo Preen de Rederanke. Dicta vicaria decantatur in Wysmaria, et omnes habentes in dictis bonis quidquam hoc amplius reseruabunt in eisdem. Hec bona stant super emptores[1] avvntvre. Scriptum anno domini M° CCC. XXX° secundo, die epiphanye domini nostri Jhesu Cristi.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs. ([1] Lies: emptoris.)

1332. Jan. 7. 5298.

Vicke und Paridam von Wacholz, Brüder, verkaufen dem Kloster Dargun ihren Antheil von 27 Mark an der Bede aus der Pfarre Zettemin und entsagen mit ihrem Bruder Simon vor dem Bischofe von Camin zu Händen der Hofmeister des Klosters zu Bast allen ihren Rechten in der Pfarre Zettemin.

Uniuersis Christi fidelibus presencia visuris et audituris nos Vicko et Paridam fratres dicti de Wacholt, famuli, notum esse cupimus publice protestantes, quod nos vnanimi consensu et amicorum nostrorum consilio vendidimus honorabilibus dominis abbati et conuentui monasterii in Darghun partem redditnum, quam hucusque habuimus in precaria parrochie Cethemyn, videlicet viginti

Digitized by Google

septem marcarum, pro ducentis et septuaginta marcis currentis monete, quas Reymaro de Wacholt militi, nostro patruo, pro releuandis debitis nostris tollendas assignauimus, perpetuis temporibus pacifice possidendam, de quibus eciam ipsum abbatem et conuentum liberos dimittimus et solutos. Cuius quidem vendicionis testes sunt: Christianus sacerdos, plebanus in Molne, Reymarus de Wacholt, miles, Syantus, filius Petri de Camik militis, Ludeke, filius Vencekonis famuli, Hermannus de Damyz, Conradus Segheler, Coninc et alii quam plures fide digni. Ad huius insuper euidenciam et firmitatem pleniorem nos predicti Vicko, Paridam et Symon fratres, constituti coram venerabili domino Frederico Camynensis ecclesie episcopo, resignauimus ad manus domini Frederici monachi, Johannis et Hinrici conuersorum, tunc temporis rectorum grangiarum in Baste, nomine abbatis et conuentus predictorum, quidquid iuris habuimus in parrochia Cethemyn memorata. Preterea obligamus nos pro heredibus, tam posteris quam modernis, dictum vendicionis et resignacionis contractum ratum et inconwlsum debere perpetualiter obseruari. Testes autem huius resignacionis sunt: Hermannus de Zveryn, Reymarus de Wacholt, Byspraus de Strachemyn, milites, Stephanus de Carcowe, Ludeman et Syantus de Strachemyn, famuli, et alii quam plures. Vt autem omnia et singula predicta firma et illesa permaneant, sigillis, videlicet Reymari de Wacholt militis, patrui nostri predicti, et eciam nostris propriis, presens scriptum fecimus communiri. Datum anno domini M° C° C° C° XXXII°, in crastino epyphanie domini.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. In dem ersten Einschnitt fehlt Pergamentstreifen und Siegel. Vorhanden sind, an Pergamentstreifen hangend, zwei runde Siegel aus grünem Wachs mit einem vorwärts gekehrten Widderkopf in einem stehenden Schilde und den Umschriften:

1) . . S'. VICCOR : WACHOL.

2) ✠ . S'. PARDAC . WACHOLC

— Vgl. Nr. 5299.

1332. Jan. 7. Colberg. 5299.

Friedrich, Bischof von Camin, bezeugt, dass die Brüder Vicke, Paridam und Simon von Wacholz vor ihm zu Händen der Hofmeister des Klosters Dargun zu Bast allen ihren Ansprüchen an Hebungen aus der Pfarre Zettemin entsagt haben, und bestätigt diese Entsagung.

Nos Fredericus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod in presencia nostra et plurium nostrorum fidelium subscriptorum personaliter constituti Vicko, Paridam et Symon fratres dicti de Wacholt, heredes Paride de Wacholt militis bone memorie, dimiserunt

Digitized by Google

et resignarunt ad manus religiosorum virorum fratrum Frederici, Hinrici iunioris et Johannis de Rone, gubernatorum curie in Beste, nomine monasterii Dargunensis, quidquid de redditibus seu prouentibus habeant in parrochia Cethemin, nos eciam consensum adhibuimus ad premissa. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Colberch, anno domini millesimo CCC. XXXII., in crastino epiphanie domini, presentibus Hermanno de Zwerin, Reymaro de Wachholt et Bisprawen, militibus, Stephano Carkow, Ludemanno de Strachemin et Suantus, fratre eiusdem, ac Hermanno de Damiz, proconsule in Colberch, et quam pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das grosse parabolische Siegel des Bischofs Friedrich von Camin (mit eingelegter rother Wachsplatte) mit der sitzenden Gestalt des Bischofs, der die Rechte zum Segnen erhoben hat und in der Linken den Krummstab emporhält; Umschrift:

✠ FRaDaRIaVS . Dal . ⊖R.... ⊽PS . aaaLLa . aXωInaN'

— Vgl. die nächst voraufgehende Urkunde Nr. 5298.

1332. Jan. 10. Kiel. 5300.

Gerhard, Graf von Holstein, schliesst Frieden mit dem Könige Christoph von Dänemark und dessen Sohn Erich und mit seinem Vetter Grafen Johann von Holstein, durch welchen ihm Nordjütland mit Einschluss der Friesen und Fünen verpfändet wird, er dagegen dem Grafen Johann Plön und Langeland überlässt und sich mit diesem zu gegenseitiger Hülfe verbindet.

In godes namen. Amen. Wi Gerhard, van der gnade godes greue tů Holsten vnde tů Stormeren, betughet — — —. Binnen desser vorbenomeden sone scal wesen bi namen van der kuninge vnde van vser vedderen weghene: her Offe Nickelso'n — —. Vortmer binnen desser sone, dessem vrede, van vses vedderen weghene scolen wesen desse herren: hertoghe Erich van Sassen, her Borchart, de bischop van Bremen, iuncher Albrecht van Mekelnborch, greue Hinrich van Zwerin; van vser weghene: iuncher Albrecht, de hertoghe van Sassen, iuncher Woldemer, de hertoghe van Sleswich, greue Alf van Scowenborch. — — Desse bref is gescreuen vnde geuen in der stat tů deme Kile, dusent iar vnde drehundert in deme twevndedritteghesten iare na godes bort, des vrigedaghes binnen den achte daghen tů twelften.

Nach dem Original im königl. Archive zu Kopenhagen, abgedruckt in der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urk.-Sammlung II, S. 32. — Auch gedruckt bei Suhm, Hist. of Danm. XII, 383—386 nach einer Abschrift Langebeks.

Digitized by Google

1332. Jan. 13. Boizenburg. 5301.

Heinrich, Graf von Schwerin, schenkt dem Kloster Ebstorf die Zehnten aus Vinstedt (A. Medingen) und das Lehn von 4 Höfen daselbst.

Nos Hinricus dei gracia comes Sverinensis presentibus recognoscimus publice protestantes, quod nos decimas, tam maiores quam minutas, ville in Vinstede et quatuor curiarum in dicta villa sitarum inpheodacionem seu pheodum honorabili viro domino Nicolao preposito totique conuentui sanctimonialium in Ebbekestorpe ob salutem parentum nostrorum ac anime nostre et contboralis nostre . . dedimus iure perpetuo possidendas, in ipsos pheodum ac omne ius, quod hactenus in prefatis bonis habuimus, totaliter transfundentes. Jn cuius testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Boycenenborch, anno domini M° CCC° XXXII., in octaua epyphanie domini.

Nach dem Original des Klosters Ebstorf. Das bekannte Siegel des Grafen Heinrich (mit einem Pferde) hängt an einem Pergamentstreifen. — Vgl. die Abbildung in Bd. IV, zu Nr. 2525.

1332. Jan. 13. 5302.

Heinrich, Graf von Schwerin, schenkt dem Kloster Scharnebek die Zehnten aus den Dörfern Brietlingen (A. Lüne), Hörpel (A. Soltau) und Edestorf (A. Moisburg).

Hinricus dei gracia comes Zwerinensis omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Tenore presencium recognoscimus protestantes, quod nos vnanimi consensu omnium heredum nostrorum, quorum interest vel interesse poterit, donauimus viris religiosis videlicet domino abbati et conuentui in Schermbeke ius pheodale decimarum villarum scilicet Brithlinghe, Horpele, Edestorpe propter deum perpetuo possidendum, quibus viris religiosis premissis warandiam dictarum decimarum conseruabimus, quousque ius decimale, quod vulgo dicitur proprietas, ab ecclesia Verdensi poterunt adipisci. Jn cuius donacionis nostre testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum anno domini M° CCC° XXXII., in octaua epiphanie.

Nach von Hodenberg's vom Original genommener Abschrift. An der Urschrift hängt des Grafen Heinrich Siegel mit dem Pferde. (Vgl. die Abbildung Nr. 2525.) — Unter den Urkunden des Klosters Scharnebek befindet sich auch eine von den Aebten Konrad von Doberau und Herbord von Reinfeld beglaubigte Abschrift dieser Urkunde: „Datum in Luneborch, anno domini M° CCC. XXX. quinto, die beate Elyzabeth inclite“ (= Novbr. 19). — Vgl. Nr. 5158 und 1333, Juni 15.

Digitized by Google

1332. Jan. 18. Wismar. 5303.

Die Rathmänner zu Wismar machen eine Willküre in Betreff des Brauwesens, insonderheit aber der Brauknechte.

Anno domini M°CCC°XXX°II. domini consules vniuersi, post octauas epiphanie sabbato, concorditer sunt arbitrati, quod omnes braxantes ad tabernas semel in quindena, et non pluries, ad tabernas braxabunt, sub pena trium marcarum argenti. Quocienscumque aliquis consulum hoc infregerit, tociens dabit vniuersis consulibus conuiuium ad comedendum.

[2.] Nullus eciam consulum aut ciuium dabit plus seruo suo braxatori ad braxand[um][1] sibi seruienti ad dimidium annum quam solummodo et in toto XXIIII^{or} solidos Lubicenses, sub pena consulibus et ciuibus superius expressa. Vltra hoc nullus consulum aut ciuium per se aut per alium aliqualiter plus dabit servo suo, quam prescribitur, sub pena vnicuique asscripta.

[3.] Jtem: nullus servorum braxatorum plus postulabit aut accipiet ad dimidium annum quam XXIIII^{or} solidos, sub pena III^{m} marcarum argenti et amocionis extra ciuitatem annum et diem.

[4.] Jtem: quiuis servorum ad braxandum conventus non plus accipiet pro vna braxatura quam octo denarios, sub pena decem solidorum, nec hurans ipsum plus dabit, sub pena sua predicta.

Quando haurit aquam ad braxaturam, tunc habebit decem denarios.

[5.] Jtem: quicumque seruorum ad braxandum conductus dimidium annum vel amplius extra tempus suum determinatum licenciam habere voluerit vel sine licencia a domino suo recesserit, hic ciuitati tres marcas argenti vadiabit et per annum et diem ciuitatem exibit nullatenus prius resumpturus.

[6.] Jtem: quicumque servorum braxatorum plus brasei in saccos locauerit, quam dominus aut domina sua iusserit, ille penam suam, que sui iuris est, sustinebit. Pena est vita sua[2].

[7.] Jtem: quater[3] in anno, videlicet infra primam integram septimanam post epiphaniam domini, post pascha, post Johannis[4] et post Michaelis, domini mei nunc ad hoc positi et ponendi debent vocare ad se omnes ciues nostros braxatores et servos ipsorum et alios, qui braxant pro precio, et debent iuramenta ipsorum super hoc accipere, quod premissa arbitria tenuerunt, et quos reos inuenerint, ab illis excessum suum accipere totaliter debent.

Nach dem Wismarschen Rathswillekürebuch fol. 9. (Gedruckt bei Burmeister, Alterth. d. W. St. S. 14.) — [1] Im Text steht: braxandi. — [2] Dieser ganze Artikel ist durchstrichen. — [3] Später verändert in bis und [4] p. e. d. und p. J. gestrichen. — Nach [5] folgen im Original zwei Willküren vom Jahre 1340, wie Burmeister a. a. O. auch hat drucken lassen, doch deuten sowohl die Fassung unserer Artikel [6] und [7], als auch Verweisungszeichen hinter [5] und neben [6] darauf, dass nur durch Versehen diese beiden letzten Artikel von den übrigen getrennt sind.

Digitized by Google

1332. Jan. 20—25. Wismar. 5304.

Nicolaus Böge, Fuhrmann zu Wismar, verspricht sich aller Angriffe auf seine Hausfrau oder deren Eigenthum zu enthalten.

Nicolaus Bøge, vector, constitutus coram consulibus vxore sua presente arbitratus est, se ratam et gratam perpetue habiturum scripturam ex parte sui scriptam anno domini M° CCC. XXIII., Symonis, et super hoc arbitratus est, quod debeat et velit ei curialiter commanere et in nullo offendere verberibus aut verbis eam. Si super hoc eam offenderet verberibus non eius demeritis, quod notum esset vicinis suis certum cum commorantibus viris aut melioribus, vadiabit ciuitati III marcas argenti et Hinrico Kørneken III marcas argenti, et extunc sola potest esse, vbi vult. Eciam, si ipsa fuerit cum eo uel non, ipse non consumet ipsius Wybe bona nec exponet nec, quod minimus[1] est, attinget quidquam, quod Wybe pertineat. Ipsa eciam non-soluet quidquam de suis debitis iam factis et adhuc per ipsum faciendis.

Nach einer Inscription des Wismarchen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Fabiani und Conuersio sancti Pauli 1332. — ([1]st. minimum?)

1332. Jan. 25 — Febr. 22. Wismar. 5305.

Die Vorsteher des Hauses zum heil. Geiste in Wismar verpachten dem Meier Heinrich zu Steffin den Hof zu Martensdorf.

Domini Johannes Rodekoghele et Johannes Krøpelin, prouisores domus sancti Spiritus, et Otto pistor locauerunt Hinrico villico in Steuina curiam dictam Mertinstorp a proximo kathedra Petri vltra ad IIII^or annos, nunc seminatam semine yemali per eosdem prouisores. Primis tribus annis dabit domui sancti Spiritus tercium manipulum et ipse habebit duos omnium fructuum; quarto vero anno seminabit tantum, ut seminatum inuenit de agris, semine hyemali, de suis scilicet duobus manipulis. De hoc semine hyemali dabit domui sancti Spiritus tercium manipulum et sibi reseruabit duos. De semine autem estiuali dabit duos manipulos et tercium sibi reseruabit. Omnes equi et pecora et pecudes pertinent domui sancti Spiritus in dimidio et sibi Hinrico in dimidio, preter solummodo porci, quorum tercia pars pertinet domui sancti Spiritus et Hinrico due partes. Quolibet autem anno dabit domui sancti Spiritus duo plaustra straminum auenaticorum. Pro Hinrico et cum Hinrico promittunt, quod satisfaciat, ipse Hinricus predictus et sui filii tres, Bolto et sui filii et Marquardus de Jamele, aunculus suus. Hinricus portauit ad curia[m] quinquaginta vimmas auene et duo plaustra straminum. Hec, cum linquet curia[m], deportabit. Omnes subditi domus sancti

Digitized by Google

Spiritus et dictus Hinricus molent ad molendinum dicte domus. Hinricus non habebit ymmas nisi cum dicta domo sancti Spiritus, nec aliquid, de quo fructus potest deriuari.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Conuersio sancti Pauli und Circa katbedram Petri.

1332. Febr. 14. Rostock. 5306.

Georg Jork, Knappe, weist dem Rostocker Bürger Michel Wilde eine Summe von 25½ Mark Pf., welche er ihm schuldet, in seinem Dorfe Teutendorf an.

Omnibus Christi fidelibus presencia visuris seu audituris Georgius dictus Jork, armiger, obsequium karitatis in domino cum salute. Tenore presencium recognosco lucide protestando, me et meos veros heredes viro discreto Michaeli Wilden, ciui in Rostok, suisque iustis heredibus in XXVł marca denariorum Rostocensium ex iusto debito teneri obligatum. Quos quidem denarios subditi mei in villa Totendorp de bonis meis et censu in festo sancti Michaelis iam proximo futuro debite erogabunt, videlicet Thidericus bi dem Se V marcas, Copman V marcas, Martinus V marcas, Ludolfus V marcas, Vicko V marcas et domina Tibbe Pastowe VIII solidos denariorum. Si vero dicti subditi mei eidem Michaeli in prefato termino de pecunia premissa non satisfecerint, extunc obligo me, ipsum ab omni dampno indempnem penitus conseruare. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Rostok, anno domini M° C° C° C° XXX° secundo, in die sancti Valentini. Jnsuper hoc (!) condicio est adiecta: si aliquis in premissis ipsum Michaelem infestare vellet, tunc dictam pecuniam licite per pignera poterit extorquere.

Nach dem etwas schadhaften Original im Rostocker Raths-Archive. Das aus der Urkunde geschnittene Siegelband fehlt jetzt mit dem Siegel. — Vgl. über Teutendorf in der Pfarre Sanitz die Urkunde von 1340, März 2.

1332. Vor Febr. 22². Rostock. 5307.

Heinrich Gischow setzt sich mit seinen Kindern wegen des mütterlichen Erbtheils auseinander und überlässt ihnen u. A. einen Hof in Sildemow und 37 Mark Rente aus dem Zoll in Rostock.

Hinricus Ghissekowe cum consilio et consensu amicorum proximorum suorum puerorum, quos apud filiam Johannis de Vemeren generauit, se complanauit dividens et assignauit eis ex parte materne sue hereditatis: primo inte-

Digitized by Google

gram curiam in villa Cillemowe sitam cum agris et omni fructu, equis et pe-c[v]dibus et singulis coadiacentiis, et cum curia et horreo in Crømerhagen sitis, et agrum supra campum ciuitatis huic curie coadiacentem. Item dedit eisdem pueris dimidietatem illorum LXXIIII marcarum reddituum, quos habet in theloneo ciuitatis (et[1] decem marcarum redditus, pro C marcis redimendos, quos habet in hereditate Bernardi de Groninch in platea Wokrente sita) et trium marcarum redditus in domo angulari Bertoldi de Korin, pro XXX marcis redimendos. Et filie sue Elyzabeth assignauit centum marcas denariorum de suis bonis promptioribus recipiendas. Gherwinus Wilde et Johannes Tolner tabule presidebant[2].

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1338, fol. 39, zum Jahre 1332. — [1]Das Eingeklammerte ist getilgt. — [2]Gerw. Wilde und Johann Tölner legten ihr Kämmereiamt am 22. Febr. 1332 nieder.

1332. Febr. 22. Colberg. 5308.

Friedrich, Bischof, Barnim, Fürst von Werle, Propst, und das ganze Dom-Capitel zu Camin verkaufen an den Magister Heinrich von Parchim, Custos der Kirche zu Colberg, und dieser letzteren zur Stiftung einer Vicarei in derselben eine jährliche Hebung von 3 Last Salz zu Colberg.

In nomine domini. Amen. Fredericus dei gracia episcopus, Barnym prepositus totumque capitulum ecclesie Camynensis universis, ad quos presencia pervenerint, salutem in domino sempiternam. — — constare volumus lucide tam presentibus quam futuris, quod iusto vendicionis titulo vendidimus honorabili viro magistro Hinrico de Parchym, Colbergensis ecclesie custodi, ac ipsi ecclesie tres lastas salis singulis annis tollendas de cotis siue locis sartaginum novem sitis trans Persantem flumen versus flumen Regam ad manum sinistram a posteriori parte per ordinem — — ad fundandam vicariam perpetuam in ecclesia Colbergensi predicta, — — pro sexaginta marcis puri argenti nobis ponderatis et pagatis — —. In cuius rei testimonium nostrum et prefati capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa. Testes huius sunt: domini nostri Fredericus de Eycstede, Wyzlaus, Fredericus de Steghelitz cantor, Conradus de Nyghenkerken, Christianus de Dolle vicedominus, Cifridus scolasticus, Rodolfus thesaurarius et Johannes Bolentyn, canonici ecclesie nostre predicte. Datum Colbergh, per manus Conradi Scüver, notarii nostri et ecclesie nostre canonici, anno domini millesimo CCC° XXXII°, nono kalendas Martii.

Nach C. von Eickstedt's Urk.-Sammlung zur Geschichte des Geschlechts der von Eickstedt I, S. 157, aus „von Dreger, Cod. dipl. Pom. Vol. VIII." — Ueber den Dompropst Fürsten Barnim von Werle vgl. Nr. 5188 und die Note zu derselben.

Digitized by Google

1332. Um Febr. 22. Wismar. 5309.

Johann Rodekogel und Andreas Lasche, Rathmänner zu Wismar, bezeugen, dass Gerd Moltekow seine Forderungen an den Bischof Ludolf von Schwerin und dessen Capitel für befriedigt erklärt habe.

Gherardus Moltekowe dimisit dominum Ludolfum de Bvlow, episcopum Zwerinensem, et suum capitulum liberos et solutos de omni debito, in quo sibi vmquam fuerunt obligati, sicut hoc testati sunt domini Johannes Rodekoghele et Andreas Lasche coram consulibus vniuersis.

Nach einer Circa kathedram Petri 1332 eingetragenen Inscription des Wism. Zeugebuchs.

1332. Nach Febr. 22[1]. Rostock. 5310.

Peter, Augustinermönch, bekennt sich wegen seines Erbes von seinem Stiefvater Konrad Dreier abgefunden.

Frater Petrus de ordine heremitarum sancti Augustini coram consistorio cum suo confratre constitutus recognouit publice et fatebatur, quod Conradus Tortarius, vitricus eius, sibi satisfecisset pro hereditate sua paterna et materna, dimittens ipsum ab omni causa liberum et solutum. Hermannus de Theterow et Ludolfus de Godlandia[1] tabule presidebant.

Nach dem Rost. Lib. recogn. 1325—1338, fol. 39[b]. — [1]Herm. von Teterow und Lud. von Gothland traten ihr Kämmereiamt am 22. Febr. 1332 an.

1332. Febr. 22 — April 5. Wismar. 5311.

Henning und Gottschalk Gebrüder Preen von Rederank bekennen sich Bernd von Warendorf zu Wismar verschuldet mit 18 Mark Lüb., zu verrenten aus Friedrichsdorf.

Henning Preen et Gozschalcus frater eius de Rederanke, capitanei, Boydwyn de Kartlowe, Hinricus et Gozschalk Preen de Stenhus tenentur iuncta manu [Bernardo de Warendorp] XVIII marcas Lubicenses a proximo Martini vltra tres annos soluendas. Medio tempore dabunt quolibet Martini quolibet anno ex bonis Frederikestorp V tremodia auene et tres modios ordei, pro quo promittunt omnes iuncta manu. Vltimo termino soluent eandem pensionem cum summa capitali. Si vero prius soluere voluerint super aliquo festo sancti Martini, hoc predicent in natiuitate sancti Johannis baptiste. Hoc tenentur Bernardo de Warendorp et

Digitized by Google

suis heredibus iuncta manu seruare. Predicti vero capitanei eripient eorum predictos compromissores indempnes.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Circa kathedram Petri und Judica 1332.

1332. März 1. 5312.

Johann Ummereiseke, Vogt zu Ribnitz, erkennt des dortigen Klosters Freiheit von Beden und Diensten in Betreff von 3¾ Hufen zu Bokhorst an.

Ego Johannes Vmmereiseke, aduocatus in Ribenitz, in his scriptis publice recognosco, me iuxta formam placitorum per dominum Johannem Molteken de Stridtfeldt inter me et monasterium sororum ordinis sancte Clare in Ribenitz habitorum tres mansos cum tribus quartalibus in villa Bockhorst, eidem monasterio appropriatos, dimisisse liberos penitus et solutos a precariis et seruiciis, prout dimissi sunt a nobili viro domino Hinrico Magnopolensi beate memorie monasterio supradicto. Jn huius rei euidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Et ego Johannes Moltke, miles predictus, quia placitaui premissa, sigillo meo presentes similiter communiui. Datum anno domini M. CCC. XXXII., dominica Esto mihi.

Nach einer von dem Original genommenen, beglaubigten Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts in den Acten des Klosters Ribnitz im Haupt-Archive zu Schwerin. Vgl. Bd. VII, Nr. 4960.

1332. März 13. Warin. 5313.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt die von dem Grafen Heinrich von Schwerin in der Burgcapelle zu Neustadt gestiftete Vicarei.

Vniversis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Ludolphus dei gratia Zwerinensis ecclesie episcopus salutem in domino sempiternam. Nouerit fidelium presens etas eorumque fidelis futura posteritas, quod nobilis vir dominus Hinricus comes Zwerinensis, conuocato et habito sui patruelis dilecti domicelli Nicolai et aliorum omnium, quorum interest vel interesse poterit, consilio, ad laudem et honorem dei et gloriose virginis matris eius Marie sanctique Johannis evangeliste, pro omnium suorum progenitorum animarum et anime sue remedio, ad instaurandum altare seu vicariam perpetuam in capella castri sui Nigenstad totam villam dictam Lemkule liberaliter donavit ac contulit pure propter deum, cum omni utilitate, proprietate et precaria, dominio et usufructu, eo iure,

Digitized by Google

quo in suo privilegio super hoc confecto plenius continetur, cuius tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: *[Hier folgt Nr. 5261.]* Quos quidem redditus et prouentus predicte ville Lemkule presbyter, qui pro tempore vel in futurum eidem vicarie deseruiet, statutis temporibus, prout moris est, percipiet et tollet pacifice et quiete. Jura autem et conditiones memorate vicarie hec erunt: videlicet quod presbiter pro tempore prenarrate vicarie deseruiens liberam habebit facultatem missam, quamcumque voluerit, in capella dicti castri celebrandi. Si vero alique oblationes eidem presbytero in altari sepedicti castri oblate fuerint, illas sibi ad usus suos licite retinebit; ad quarum oblationum receptionem vir discr[e]tus[1] dominus Borchardus, memorati opidi Nigenstadt ecclesie rector, largum et benignum apposuit consensum et assensum. Dictus etiam dominus Hinricus Zwerinensis comes ius patronatus sibi et suis heredibus eiusdem vicarie reseruа-[v]it[2] pleno iure. Nos vero, quia huiusmodi donationem seu dotationem inuenimus rationabiliter esse factam, ipsam vicariam sepedicti domini comitis pi[o][3] annuentes affectu in tuitionem et protectionem sancte matris ecclesie et libertatem ecclesie nostre Zwerinensis recipimus, eamque cum conditionibus et iuribus sup[ra]scriptis[4], inuocata omnipotentis dei gratia, auctoritate nostra ab eo nobis collata presentibus confirmamus in nomine patris et filii et spiritus sancti. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium nostrum sigillum una cum sigillis predictorum domini Hinrici comitis Szwerinensis et domini Borchardi rectoris ecclesie in Nigenstadt presentibus duximus apponendum. Datum Werin, anno domini M. CCC. XXX. secundo, feria sexta post Jnuocauit.

Nach Westphalen, Mon. T. IV, pag. 976. (W. [1] districtus — [2] reseruabit — [3] pie — [4] superscriptis.) — Vgl. Nr. 5242 und Nr. 5261.

1332. März 14. Dargun. 5314.

Johann III., Fürst von Werle, bezeugt, dass der Knappe Nicolaus Pape mit seinen Brüdern Henning und Christian dem Kloster Malchow den vor demselben belegenen Hof Wiksol verkauft und vor ihm aufgelassen hat.

Nos Johannes dei gracia domicellus de Werle ad noticiam singulorum uolumus deuenire, aperte profitentes, quod vasallus noster Nicolaus dictus Pape, famulus, cum suis fratribus Henningo et Christiano curiam dictam Wicsol, ante claustrum Malchow sitam, ad usus dicti claustri et utilitatem cum suis mansis adiacentibus uendidit dicto claustro et coram nobis et aliis pluribus fide dignis manu et uiua uoce resignauit. Testes uenditionis et resignationis huiusmodi sunt: Nicolaus Hane, noster miles, Johannes Grubo, Baroldus de Wosten, famuli;

Digitized by Google

Johannes de Malchin, Thydericus Franko, Johannes de Dorowe, nostri cappellani, et alii plures ad hoc uocati specialiter et rogati. In cuius euidentiam nostrum sigillum sub anno domini 1332., sabbato post Jnuocauit, presentibus est appensum in claustro Dargun.

Nach Dan. Clandrian's Diplomatarium des Klosters Malchow im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Original ist in Malchow nicht mehr aufzufinden. — Vgl. Nr. 5170.

1332. März 14. — 1333. März 15. 5315.

Process des Klosters Doberan wider den Pfarrer Heinrich zu Neuburg um die Feldmark Twenhusen und das Papenholz.

Der Verlauf des Processes um die Feldmark Twenhusen und das Papenholz, über deren Erwerb von Seiten des Klosters Doberan die oben in Bd. V, unter Nr. 3081, 3082, 3088, 3096 mitgetheilten Urkunden (auch Nr. 5267) zu vergleichen sind, war nach einer Reihe von Notariatsinstrumenten im Haupt-Archive zu Schwerin, welche zu einer 12 Ellen langen Rolle zusammengeheftet sind, folgender.

[1.] Der Mönch Johann (Johannes furnarius), welcher mit dem „Johannes magister infirmorum" von seinem Abte Konrad und dem Kloster-Convent zu Doberan mittels Mandats vom 14. März 1332 als Procurator für diesen Process bevollmächtigt war, verklagt am 21. Juli 1332, „hora vespertina, in cimiterio retro armarium beate Marie virginis in Rozstok" vor dem Propste Borchard von Güstrow, als dem vom päpstlich delegirten Conservator des Klosters Doberan, nämlich dem Decan Konrad zu Magdeburg (s. Bd. VI, Nr. 3996 B.), subdelegirten Richter, den Pfarrer Heinrich zu Neuburg, weil er 1) das Kloster im Besitze „cuiusdam rubeti dicti Papenholt, situati circa ecclesiam predictam Nyenborch, cum quodam campo Twenhusen dicto" störe und für seine Kirche in Anspruch nehme, 2) nugeachtet des klösterlichen Privilegii das Kloster vor das Gericht des Propstes Heinrich von Schwerin, des Vertreters Bischof Ludolfs, gezogen habe. Er beantragt, den Pfarrer Heinrich in die Kosten zu verurtheilen und zur Ruhe zu verweisen. „Acta — presentibus — fratre Henrico de Hessen, subpriore in Rozstok ordinis predicatorum, magistro Wernero Gustrowensis et Verdensis ecclesiarum canonico, Johanne de Wonstorp [officiali] territorii Rozstoccensis, Gotscalco plebano in Warnemunde, presbiteris."

[2.] Dagegen protestirt der Pfarrer Heinrich von Neuburg bei seiner Vernehmlassung „1332, 31. d. m. Augusti, in ecclesia s. Marie virginis" gegen den Ort (Rostock), als ausserhalb der Diöcese des Propstes Borchard belegen, und gegen den Richter, und führt aus: er habe sich an seinen Bischof gewendet, und nachdem das Kloster ihm sein Recht nicht habe werden lassen, die Sache dem Propste Heinrich von Schwerin übergeben, aber auch auf die Anklage des Klosters sich, nach empfangener Citation, vor den Propst Borchard zu Güstrow gestellt, das Kloster sei jedoch im Termin ausgeblieben; darauf habe das Kloster die Ladung des Propstes Heinrich zur Vernehmlassung angenommen, statt aber zu erscheinen, gegen ihn, den Pfarrer Heinrich, vor Borchard Klage erhoben. „Actum — presentibus — gardiano cum suo socio, fratribus de ordine minorum in Rozstok, Rutghero Zwerineusis ecclesie canonico et sancte Marie, Hermanno beati Jacobi rectoribus ecclesiarum in Rozstok, Johanne de Wonstorp officiali territorii Rozstoccensis, Nycolao Manduvel atque aliis pluribus."

[3.] Die „Replicatio partis actricis" erfolgte 1332, „24. d. m. Septembris, in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstok, presentibus Rutghero Zwerinensi canonico et sancte Marie in Rozstok ecclesiarum (!) plebano, magistro Johanne de Wonstorp officiali territorii Rozstoccensis et magistro Tanquardo, presbiteris, atque al. pl."

[4.] Nachdem Borchard 1332, „14. d. m. Octobris, in ecclesia s. Marie virg. in Rozstok" („presentibus magistro Johanne de Wonstorp officiali territorii Roztoccensis, Johanno de Zwerstorp, Henrico plebano in Zatow atque al. pl.") den Termin auf „vigilia Symonis et Jude ap." (Octbr. 27) verschoben

Digitized by Google

hatte, erscheint am letzteren Tage als Procurator des Pfarrers Heinrich „Hinricus scolaris, Magdeburgensis dyocesis," zur „Duplicatio rei", unter Vorweisung eines Procuratoriums, welches der Pfarrer Heinrich ausgestellt hatte „Wismaria, in refectorio fratrum minorum, a. d. 1332, ante diem s. Symonis et Jude, presentibus Johanne lectore et fratre Hinrico de Wittenborch", während es besiegelt war von „frater Reyneras gardianus", dessen Siegel die Umschrift trug: „S. gardiani de Wismaria." Die Duplicatio am 27. Octbr. geschah „presentibus magistro Wernero Verdensis et Gustrowensis ecclesiarum canonico, domino Hermanno rectore ecclesie sancti Jacobi in Rozstock, Johanne in Parchenthyn rectore ecclesie, fratre Johanne de Bokelem monacho in Doberan et multis al."

[5.] Am 26. d. m. Novembris (in derselben Kirche zu Rostock) triplicirt Johannes furnarius, „presentibus Hermanno plebano ecclesie sancti Jacobi, magistro Johanne Lysen, magistro Johanne de Wonstorp officiali territorii Rozstoccensis, Johanne de Stobelov, presbiteris in Rozstok, magistro Johanne de Deslen (!) medico et al. pl."

[6.] Da 1332, „14. d. mens. Decembris", der Pfarrer Heinrich ausgeblieben ist, so befiehlt der Propst Borchard dem Notar Johann Arnswolt, „ut citetis Henricum priorem et Hetbertum monachum monasterii Dobraan, necnon dominum Johannem in Bucov, dominnm . . in Bygendorp et dominum Con[radum] in Cropellin ecclesiarum rectores" zur Ablegung eines Zeugnisses in der Streitsache; „in signum fidelis execucionis vestre saluas reddite litteras earum exhibitori, vestro sigillo signatas." Die Zeugen erscheinen. Der Pfarrer Heinrich wird als „contumax" in die Kosten des Termins verurtheilt.

[7.] Am nächsten Tage aber, „presentibus Hermanno ecclesie sancti Jacobi, magistro Johanne Lysen, Hermanno Lysen, presbiteris in Rozstok, et magistro Johanne Dassel et aliis testibus", erscheint die „pars rea" und verliest die Quadruplik, an welche sich weitere Verhandlungen anschliessen, „presentibus Rutghero canonico Zwerinensis et sancte Marie virginis, Hermanno sancti Jacobi ecclesiarnm rectoribus in Rozstok, Hermanno Lysen, Hermanno Crusen, Johanne rectore ecclesie in Bucov, presbiteris, magistro Johanne de Dassel medico atque al."

[8.] 1333, „m. Februarii d. 4., in ecclesia beate Marie virginis in opido Rozstok", wo beide Parteien erschienen sind, urtheilt der Propst Borchard nach geschehener Informatio actorum und Informatio rei und nach Besprechung mit Rechtskundigen, dass der Pfarrer Heinrich dem Kloster Doberan die Kosten des Processes zu erstatten habe, und setzt den nächsten Termin an auf den 15. März („feria 2. post dominicam Letare") — „presentibus magistro Wernero de Berlin Verdensis et Gustrowensis ecclesiarum canonico et in Leuin preposito, Rutghero Zwerinensis ecclesie canonico et ecclesie sancte Marie in Rozstok plebano, Thyderico dicto Zachelvitze ecclesie Camynensis canonico, Hermanno ecclesie sancti Jacobi in Rozstock plebano, Nycolao Mandnvel in Bart plebano, magistro Johanne de Wonstorp officiali territorii Rozstoccensis, magistro Johanne Bruneswich medico, magistro Johanne de Gartz, magistro Johanno Lyse et Conrado Vromoldi publico auctoritate imperiali notario atque al. plur."

[9.] Gegen diesen Spruch appellirt der Pfarrer Heinrich 1333, „m. Febr. d. 26, in claustro fratrum ordinis minoris in Wysmaria", an den apostolischen Stuhl. Seine Appellation, welche er dem vom Propste Borchard und seinem Abte dazu bevollmächtigten „Egbertus monachus, sacerdos monasterii Dobranensis", einhändigt, stützt sich auf 2 Gründe, nämlich 1) habe der Magdeburger Decan keinen Richter subdelegiren können, weil er selbst von seinem Erzbischofe gebannt und seines Amtes entsetzt sei („cum ab episcopo suo sit de predicta ecclesia expulsus et excommunicatus, nullam subdelegacionem iniungere eidem [sc. Borchardo] poterat"), und 2) sei das päpstliche Conservatorium gegen gewaltthätige Angriffe und Beranbungen des Klosters gerichtet, während er nur um Rückgabe seines Kirchengutes bittc. Diese Appellation wurde verhandelt „presentibus — dominis Geriaco Rodecogel fratre ordinis sancti Francisci, magistro Ywano, Hermanno sancti Jacobi in Rozstok plebano et Johanne notario domini Arnoldi Copnam (!) proconsulis in Rozstok atqne al."

[10.] Am 2. März 1333 („feria 3. post Reminiscere, in dote sancti Nicolai in Rozstoch") erneuert der Pfarrer Heinrich vor dem Propste Borchard seine Appellation an den apostolischen Stuhl und erbittet sich einen Dimissorialbrief (apostolos), — „presentibus — dominis Johanne Borst rectore sancti Nicolai in Rozstoch, magistro Borchardo de Wystoch, Johanne rectore scolarium sancti Nicolai in Rozstoch ac aliis."

Digitized by Google

[11.] Der Propst Borchard erkennt die Gründe des Pfarrers nicht als berechtigt an, bietet aber doch einen Dimissorialbrief für ihn aus „1333, m. Martii d. sexta, hora quasi quarta, in ecclesia sancti Jacobi in Rozstok, — presentibus — dominis Henrico Copmann, Henrico Ortulano, Nycolao Wylderhasen, Frederico, presbiteris, Thyderico custode ecclesie sancti Nicolai, clerico, Henrico Bruneswich, laico.“ Da jedoch niemand sich zum Empfange meldet, so bietet der Propst einen solchen Brief aufs neue, aber wiederum vergeblich aus: „post horam vespertinam eiusdem diei in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstok —, presentibus — dominis Hermanno Crusen, Hermanno de Zwerin, Nycolao Runov, Henrico Sapiente, presbiteris.“

[12.] Erst am 13. März, „in dote sancti Nycolai in Rozstok“, wo der Propst Borchard zum 3. Male den Dimissorialbrief ausbietet, nimmt „quidam nomine Henricus“ denselben entgegen, — „presentibus — dominis Nycolao Borst ecclesie sancti Nycolai in Rozstoch plebano, Henrico Friso[ne] consule ibidem, et Bernardo Stenbrin[c] clerico, publico notario.“

[13.] „Ao. 1333, m. Marcii die quintadecima, in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstock —, comparentibus — coram Borchardo — domino Johanne furnario monacho —, necnon Henrico scolare, procuratore domini Henrici rectoris ecclesie in Nyenborch“, verurtheilt Borchard den Pfarrer Heinrich, dem Kloster Doberan die durch seine „excepciones friuolas“ veranlassten Kosten zu ersetzen, welche das Kloster auf 120 Mk. Rost. Pf. veranschlagte, der Richter aber auf 80 ermässigte, und zwar bei Strafe der Excommunication 10 Mk. Pfingsten, 30 Jacobi, und die letzten 40 Mk. nächsten Michaelis zu zahlen. „Acta — presentibus — Rutghero Zwerinensis ecclesie canonico et sancte Marie virginis in Rozstok plebano, magistro Johanne de Wonstorp officiali territorii Rozstoccensis, Johanne de Prymzslaw et Bernardo Stenbrinch et Henrico Da[n]gmari auctoritate imper. publicis notariis atque aliis“ — —.

Hiemit schliesst die Rolle. Die Appellation hat der Pfarrer Heinrich augenscheinlich aufgegeben. S. 1333, Mai 3 und 26.

1332. März 18. 5316.

Heinrich, Graf von Schwerin, vereignet der Mariengilde zu Perleberg Besitzungen in Warnow, Gross-Buchholz und Sukow (bei Perleberg).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Quia labilis memoria de facili impeditur, de scripture suffragio prouidit ei industria sapientum. Hinc est, quod nos Hinricus dei gratia comes Zwerinensis presentibus publice profitemur, quod fideles nostri consules ciuitatis nostre Perlebergh et specialiter magistri guldarum beate virginis ibidem, que gulda dicitur de Dabercin, bona infrascripta, in ceteris redditibus annis singulis attollenda, cum omni iure et omnibus attinenciis suis denariis compararunt, videlicet in villa Warnow duo frusta in curia, in qua residet Anneke, cum censu, vnum frustum in curia Henrici Fabri cum censu; in villa Teutunica Bucholte in curia, in qua residet Elyzabeth dicta Gherardi, XXX modios siliginis et censum, in curia Wolteri XX modios siliginis et censum; in Sukow in curia Nicolay tabernatoris ł chorum siliginis, in curia Lamberti filii Hinrici Ghisen ł chorum, in curia Kub. ł chorum, in curia Hinrici Dammen VI modios absque censu. Cum quibus bonis altare, in honorem sancte Marie virginis sanctique Johannis baptiste in ecclesia sancti Jacobi ibidem fundatum, liberaliter dotauerunt. Vt autem hec omnia et singula inviolabiliter obseruentur, et ut nos bonorum operum istorum participes fieri mer[e]amur, — dictorum bonorum

Digitized by Google

proprietatem dimittimus et conferimus gratuite relaxando. Ipsa quoque bona eximimus ab omni precaria, omni seruicio publico et priuato, ab omnibus contributionibus, vecturis, vexacionibus, angariis et p[a]rangariis et aliis infestacionibus, quibuscumque censentur nominibus, cuncto tempore successuro, nichil nobis aut nostris heredibus successoribus penitus reseruantes; sed cum omni libertate iuste proprietatis tytulo ad memoratum altare in perpetuum liberaliter pertinebunt. Huius rei testes sunt: Hermannus de Cleynow, Ludolphus Nigenkerken, milites, Godekinus de Molen, famulus, et quam plures alii fide digni. Actum et datum sub anno incarnationis M° CCC° XXXII°, feria quarta proxima post dominicam, qua cantatur Reminiscere, sub appensione nostri sigilli.

Nach dem (vom Superintendenten Liesegang mitgetheilten) Original-Transsumpt vom 28. Octbr. 1340 gedruckt in Riedel's Cod. dipl. Brand I, Bd. 3, S. 365. — Vgl. Nr. 4366 und 4367, auch 28. Octbr. 1340.

1332. März 26. 5317.

Johann Voss, Ritter, und sein Bruder Heinrich verkaufen an Johann Tezlav, Bürger zu Neu-Brandenburg, die Hebungen von 2 Hufen im Dorfe Weitin.

In nomine domini. Amen. Ab humanis labuntur memoriis, que nec testibus nec sigillatis apicibus eternantur. Jgitur nos Johannes dictus Vos, miles, et Hinricus noster frater tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod cum bona voluntate et vnanimi consensu nostrorum amicorum et heredum rite et racionabiliter venundauimus sev uendidimus honesto viro Johanni Tetzlawen, ciui in Noua Brand[enborg], suisque veris heredibus duorum mansorum redditus in villa Weytin cum omni iure, cum omni vtilitate et fructu, quemadmodum ipsos habuimus, hereditarie et perpetue possidendos, ab Eghardo et Hennekino Westfali percipiendos singulis annis et tollendos. Vt autem hec a nobis et a nostris heredibus rata, firma permaneant et inconuulsa, presentem litteram Johanni Tetzlawen prenarrato atque suis heredibus nostris sigillis dedimus sigillatam. Testes huius sunt: dominus Nycolaus Luscowe, miles, Marquardus Hogheuelt, ciuis predicte ciuitatis Noue Brand[enborg], et plures alii fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXXII°, feria V^a^ proxima ante dominicam Letare Jherusalem.

Nach dem Original unter den Urkunden des Klosters Broda im Archive zu Neustrelitz. Zwei eingehängte Pergamentstreifen tragen:

1) ein schildförmiges Siegel mit einem rechts aufsteigenden Fuchse; zur Linken desselben im Siegelfelde 3 Puncte (∴). Von der Umschrift ist nur noch erhalten:

✠ — — NN — — —

2) ein gleiches Siegel mit dem gleichen Fuchse und einem sechsstraligen Stern in dem linken obern Schildwinkel; Umschrift (im rechten oberen Winkel beginnend):

✠ S' hINRIGI VOS

— Vgl. 1342, Jan. 14, und 1345, Aug. 23.

Digitized by Google

1332. April 4. Doberan. 5318.

Johann von Linstow, Ritter, und seine Verwandten vergleichen sich mit dem Kloster Doberan über Streitigkeiten in Betreff der Wassermühle zu Klein-Sprenz.

Nos Johannes de Linstowe dictus, miles, Henneko ac Heydenricus eiusdem Johannis filii, necnon Moltiko frater dicti Johannis, Gerhardus et Arnoldus filii Moltikonis prelibati, similiter et Gerhardus de Linstowe et Johannes frater Gerhardi prenotati: nos omnes pariter cum omnibus heredibus nostris vtriusque sexus, masculini scilicet et feminini, iam a nobis procreatis et in perpetuum a nobis et nostris heredibus procreandis, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod super dissentione, que inter nos erat et religiosos viros fratres Doberanensis ecclesie propter restri(n)ctionem aque molendini ipsorum, quod in Paruo Sprentze possident, et quam plurima dampna, sicut asserunt, recepta, prehabito inter nos maturo consilio et bona deliberatione premissa, amicabiliter concordauimus in hunc modum, quod fratribus predictis, tam presentibus quam futuris, potestatem liberam dedimus retinendi aquam ante exclusam dicti molendini sui ad tantam altitudinem, ad quantam paxillus, qui dicitur wlgariter stovpal, qui in stagno ibidem pro intersigno est positus, se extendit. Qui paxillus si abscisus fuerit aut vetustate consumptus uel ewlsvs, alius in locum eius eiusdem mensure et altitudinis, quam prior adhuc integer habuit, debet figi. Jtem molendinarius, quicumque pro tempore in predicto molendino locatus fuerit, absque contradictione aliqua potestatem habebit tempore hyemali, quando sibi expedire visum fuerit, per octo dies ante exclusam predicti molendini aquam retinendi, ad quantam altitudinem sibi placuerit, et in stagnum superius restringendi. Jtem terram, cespites et arenas ad dammonem predicti molendini, quando et quociens necesse fuerit, reparandum predictis fratribus, molendinario quoque, qui ibidem fuerit, ligna et cespites ad cremandum de nostris bonis tribuenda promittimus, ita quod idem molendinum habebit omnem portionem et ius vnius mansi in siluis, campis, pascuis, pratis, feno, cespitibus vstibilibus, sicut eciam hactenus dinoscitur habuisse. Preterea, si aliquando aquam predicti molendini in Paruo Sprentze minorari contigerit, nos potestatem habebimus iuxta aquam infra nostros duntaxat limites nostro vsui gramina precidendi; vltra nostros autem terminos et in aqua molendini sepedicti nec gramina nec arundines precidere, nec aliquos pisces capere nos uel aliquis nostrum vllo modo debet aliquando presumere uel temptare. Pro hiis autem omnibus predictis venerabilis dominus Conradus abbas et fratres Doberanenses predicti centum et septem marcas denariorum Gustrowensium cum tribus tremodiis siliginis nobis integraliter persoluerunt. Vt autem predicta omnia et singula ecclesie Doberanensi ac ipsius fratribus predictis in perpetuum illibata perseuerent et integra,

Digitized by Google

sigilla nostra, videlicet Johannis de Linstowe militis predicti, et Heynekonis filii nostri, ac Moltikonis fratris nostri, necnon Gerhardi patrui nostri predictorum, litteris presentibus sunt appensa. Huius rei testes sunt: Godefridus prior, Thymmo subprior, Wedekindus cellerarius, Hinricus de Brema, Hermannus de Wesera, Hinricus infirmarius, Bertoldus magister hospitum, Johannes Braghen furnarius, necnon Arnoldus conuersus simul et omnes tam monachi quam presbyteri cenobii ecclesie Doberanensis, ac Johannes plebanus in Sprentze, Johannes de Axecowe et Conradus Babbo, milites, et quam plures alii, qui premissis presentes affuerunt. Actum et datum in Doberan, anno domini M° CCC° XXXII°, ipso die beati Ambrosii episcopi et confessoris.

Aus dem Transsumpt in dem Bestätigungsbriefe des Fürsten Johann II. von Werle vom 25. Novbr. 1336, aus dem Diplomatarium Doberan., fol. XCV°. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1618; Schröder, P. M. S. 1123.

1332. April 9. Lübek. 5319.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Marquardus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Sacras sanctorum relliquias ad hoc deus in terris pie creditur reliquisse, ut fideles, qui digno deuocionis obsequio eisdem venerandis institerint, per ipsorum sanctorum intercessiones et merita superne gracie pociora percipiant incrementa. Sane, cum ad monasterium sororum ordinis sancte Clare in Ribeniz, Zwerinensis diocesis, de nouo fundatum, plurimorum sanctorum, tam videlicet apostolorum, martirum, confessorum, quam virginum relliquie sint, sicut certa relacione didicimus, de diuersis sancte ecclesie partibus breuiter adducende ibique pro sui reuerencia et salute fidelium sollempniter collocande, vestram proinde hortamur et attente monemus in domino caritatem, quatenus predictum locum cum omni diligencia visitantes sanctis ipsis debitum in suis relliquiis impendere studeatis honorem, ut sic eorum suffragiis commoda quietis eterne vobis prestante domino possitis salubriter procurare. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et predictorum sanctorum patrocinio plene confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die aduentus tantarum relliquiarum singulisque annis in eiusdem anniuersario ipsas in loco premisso deuote fuerint venersti, vel qui in dedicacionis anniuersario locum ipsum humiliter visitare decreuerint pia eidem subsidia conferendo, quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis, si diocesani consensus accesserit, misericorditer relaxamus. Datum Lubec, anno domini M° CCC° XXXII°, feria quinta proxima ante festum palmarum.

Digitized by Google

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das grosse, runde Siegel des Bischofs, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3533. Diese Urkunde ist mit der des Bischofs Theoderich von Havelberg d. d. 1332, April 26, völlig gleichlautend und ohne Zweifel von derselben Hand geschrieben. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1332. April 12. Friedland. 5320.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht der Stadt Friedland das Eigenthum von 6 Hufen zu Lübberstorf, welches Willeke von Lübberstorf derselben verkauft hat, und legt sie zu Stadtrecht.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Starg. et Rozstok dominus presentibus publice protestamur, quod Wilkinus dictus de Lubbrechtestorpe, fidelis noster, dimisit, vendidit et coram nobis legitime resignauit sex mansorum proprietatem ville Lubbrechtestorpe adiacencium, sibi iusta empcione a nobis nuper de nostrorum tutorum Stargardensium consilio et consensu comparatam, dilectis nobis consulibus ciuitatis Vredelande optinendam eo iure, quo iidem consules aliis bonis ciuitatis eiusdem liberius perfruuntur. Quam quidem proprietatem cum ipsis sex mansis predictis consulibus ciuitatis memorate libertate premissa contulimus et conferimus per presentes. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Wedego de Plote, Gherardus de Bertecowe, Otto de Dewiz, Bodo et Nicolaus de Helpede, Henninghus de Dolla et Heyno Manduuel, milites nostri, ac alii plures fide digni. Datum Vredelande, anno domini M° CCC° XXX° secundo, dominica palmarum.

Nach dem Original im Archive der Stadt Friedland. An einem eingehängten Pergamentstreifen hängt das Vormundschaftssiegel des Fürsten Albrecht, abgebildet zu Nr. 5056. — Vgl. Nr. 4846, 5278 und Nr. 5281. — Gedruckt bei Boll, Geschichte von Stargard II, S. 201.

1332. April 12. Bast. 5321.

Das Kloster Dargun vergleicht sich mit den Brüdern Otto und Eckhard von Sukow über die streitigen Grenzen zwischen dem Klosterdorfe Selkenhagen bei Bast und dem Sukowschen Dorfe Todenhagen bis zu den Grenzen zwischen Gross-Streitz und Selkenhagen, so wie über die Viehtrift, nimmt auch den Ritter von Sukow und seine Söhne in die Fraternität auf und verspricht ihnen ein Begräbniss in Dargun oder in Bukow.

Vniuersis presentia visuris frater Gerhardus abbas in Dargun in domino salutem. Vestra noscat vniuersitas, quod dissensio, que olim inter dominum

Digitized by Google

Echardum Zukow, militem, et filios ipsius, videlicet Thidemannum, Ottonem et Echardum, de distinctione terminorum, ex vna, et nos ac monasterium nostrum, parte ex altera, vertebatur, in hunc modum est sopita: quod fossatum incipiens in loco, qui Klestesboke vocabatur quondam, directe inter villam ipsorum Todenhaghen et villam nostram Solekenhaghen vsque ad locum, in quo ville Maior videlicet Strecenis et Solekenhaghen conterminantur, procedens, distinguit et diuidit, ita, quod ab ista parte dicti fossati nichil iuris vel iudicii Otto et Echardus Zukow fratres, qui adhuc supersunt, predicti seu eorum heredes habeant vel habere debeant, sicut nos ab alia fossati parte aliquid iuris non habemus. Verum, quia pecorum exitus, qui wlgariter vedrifth dicuntur, pro communi vtilitate subditorum, videlicet nostrorum de Solekenhaghen et ipsorum de Todenhaghen, hactenus finaliter expediti non fuerunt, cum eisdem Ottone et Echardo concordauimus in infrascripto: quod pro communi subditorum nostrorum, vt premittitur, vtilitate vnum pecorum exitum in bonis suis ab illa parte fossati per totum iidem fratres debeant deputare, nos eciam alium pecorum exitum ab ista parte fossati in bonis nostris in latitudine XV virgas habentem iam deputauimus, ista sub conditione, quod supradicti fratres in prefato pecorum exitu XV virgarum latitudinis vna nobiscum omnis iuris, maioris scilicet et minoris, de speciali gratia in signum amicicie et pacis gaudeant libertate. Alium insuper exitum pecorum partim in nostris et partim in eorundem fratrum bonis impensis subditorum vtriusque partis septem virgarum latitudinis, quando vtrobique decreuerimus, faciemus, in cuius exitus spacio ab illa parte fossati sepedicti fratres iudicia sua iudicabunt, ab ista vero fossati parte fratres monasterii nostri omnia nostra iudicia iudicabunt contradictione cuiuscunque non obstante. Ceterum noscant vniuersi, quod prefatis, domino scilicet Echardo Zukow militi et ipsius filiis Thiderico, Ottoni et Echardo, damus fraternitatem, facientes eos participes missarum, vigiliarum, orationum, ieiuniorum ceterorumque bonorum operum, que in conuentu nostro pro viuis et defunctis domino fiunt largiente, adicientes, vt, si aliquis eorum, qui supersunt, videlicet Otto vel Echardus, ab illa parte Swyne moreretur, quod ad ipsum apud nos in Dargun sepeliendum, si paupertate exigente de vectura indigeret, requisiti prouidere velimus, si vero citra Swynam eorum aliquis moreretur et paupertatis pretextu vecturam non haberet, in curru curie nostre Bast huius mortuum vsque Buchouiam deduci volumus contradictione non obstante. Jn quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in curia nostra Bast, anno domini M° CCC° XXXII°, in die palmarum.

Nach dem Original im königlichen Provincial-Archive zu Stettin. An einer Pergamentpressel hängt das parabolische Siegel des Abts von braunem Wachs. Es zeigt den Abt stehend, mit Stab und Buch; Umschrift:

✠ S' ABBATIS DG DARGVN .

Digitized by Google

In dem Baster Diplomatarium zu Stettin findet sich folgende Inhaltsangabe:
„1302. Concordia inter fratres et abbatem Dargunensem, ex vna, et dominum Echardum „Sukow, militem, et filios suos de distinctione terminorum Selkenhagen, Todenhagen et Stretenitz". Dies ist wahrscheinlich ein Auszug aus der vorstehenden Urkunde und irrthümlich von 1302 statt von 1332 datirt. — Todenhagen und Streitz („Stretenitz") grenzen östlich an den Klosterhof Bast. — Vgl. auch Bd. V, Nr. 3492.

1332. April 13. 5322.

Johann von Stiten, Bürger in Colberg, vergleicht sich mit dem Kloster Dargun über die streitigen Grenzen zwischen seinen Gütern Bokhorst und Barenhagen und den Klostergütern Sorenbohm und Neu-Bansin.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentia peruenerint, Johannes de Styten, ciuis in Colberg, in domino salutem. Vestra noscat vniuersitas, quod dissensio, que nuper de distinctione terminorum inter me, ex vna, et religiosos viros dominos videlicet abbatem et conuentum monasterii de Dargun, parte ex altera, vertebatur, finita est in hunc modum et terminata, quod a mari salso termini incipiunt, procedentes directe vsque ad crucem, deinde prope curiam, quam Volcekinus in Sorebom nunc inhabitat, per viam vsque ad fossatum, quod fossatum iam factum durat vltra et procedit vsque in fluuium Nitzene. Hii termini supradicti a salso mari vsque in fluuium Nitzene, vt premissum est, bona mea et villas meas a bonis et villis prefatorum dominorum supradicti monasterii de Dargun, videlicet Sorebom et Nyenbandesyn, ac Bochorst et Barenhaghen iurisdictionis mee diuidunt et distingunt (!), ita quod ab vna parte fossati supradicti, versus Sorebom scilicet et Nyebandesyn, ego nichil iuris habeam aut heredes mei, sicut fratres dicti monasterii de Dargun ab alia parte eiusdem fossati aliquid iuris non habebunt. Testes huius compositionis et facti, qui presentes aderant, fuerunt: „ magister Hinricus canonicus Colbergensis, „ primo[1] dominus Hermannus abbas in Hyddense, Thidemannus Brunswich consul Colbergensis, Gerlacus Hake, Radolfus Spode, Tessen filius Bisprai militis, Henningus filius meus et alii quam plures fide digni. Jn cuius rei certitudinem ampliorem sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum anno domini M° CCC. XXXII., feria secunda post dominicam palmarum.

Nach dem Original im königlichen Provincial-Archive zu Stettin. An einem aus der Charte geschnittenen und durch dieselbe geschlungenen Pergamentstreifen hängt ein schildförmiges Siegel von braunem Wachs. Es zeigt zwei Einhörner untereinander über einem auf Rasen stehenden Baumstumpf; Umschrift:

✠ S' IOhANNIS . DE STITAN

(1 Der Abt sollte an erster Stelle, vor dem Canonicus, genannt sein.) — Vgl. Bd. V, Nr. 3115.

Digitized by Google

1332. April 14. Rostock. 5323.

Johann Bragen, Kornschreiber des Klosters Doberan, lässt die Rostocker Bürger Dietrich Kölner und Hermann Lore vor Notar und Zeugen aussagen, wie das Dorf Klein-Grenz an das Kloster Doberan gekommen ist.

In nomine domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo tricentesimo tricesimo secundo, epacta vicesima secunda, indictione quinta decima, concurrente tercio, die quarta decima mensis Aprilis, circa horam terciam, in domo Thyderici dicti Colner, ciuis in Rozstock, Zwerinensis dyocesis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini nostri Johannis diuina prouidencia pape vicesimi secundi, anno sexto decimo, in testium subscriptorum et mei notarii publici infrascripti presencia constitutus frater Johannes dictus Braghen, conscriptor annone claustri Doberan, ordinis Cysterciensis, Zwerinensis dyocesis, de mandato sui abbatis, ut ipse asserebat, requisiuit a discretis viris ciuibus in Rozstock, scilicet a Thiderico dicto Colner prenotato, iacente in lecto egroto, et a Hermanno Cerdone, stante apud eius lectum sano, dicere pure propter deum veritatem, quo iure et per quem modum villa, que Parua Grenze dicitur, ad ecclesiam monasterii Doberan, ordinis Cysterciensis, dicte dyocesis, sit deuoluta. Ad quod dictus Thydericus Colner inceperat respondere. Sed quia propter anxietatem sue debilitatis non poterat cum effectu ad finem perducere, rogauerat antedictum Hermannum Cerdonem, cum sibi totum eciam constaret, quod ipsum exprimeret de verbo ad verbum, sicut sciret. Extunc idem Hermannus protulit spontanea et libera voluntate hec verba subscripta, in quibus sepedictus Colner egrotans consensit, in hunc modum. Johannes de Wystok, quondam ciuis in Rozstock, possedit villam dictam Paruam Grentze, que annuatim pro cens[u] dedit sex lastas auene et tres lastas siliginis vno modio minus, decem et septem tremodia ordei cum dimidio, quinque marcas et quinque solidos cum dimidio pro decima minuta et centum pullos vno minus Johanni memorato. Hic habuit tantum tres filias, quibus cum matre earum dimisit predictam villam in hereditate. Maior filia nomine Cristina habuit virum nomine Conradum de Munster et posthec Henricum dictum Suessyn, cuius filius dominus Bernardus possidet cum suis terciam partem predicte ville. Altera filia nomine Margareta habuit virum nomine Johannem Nigrum et postea Henricum de Porta. Tercia filia nomine Conegundis habuit me Hermannum Cerdonem. Post mortem vero predicti Johannis de Wystock vxor ipsius, mater videlicet istarum filiarum, resignauit nobis maritis filiarum suarum dictam villam respiciendam, quod habetur in libro ciuitatis. Postea vltime due filie cum maritis et liberis vendiderunt duas partes ville ecclesie Doberan, media vero filia Margareta, mater cuiusdam clerici dicti Johannis Suarte, cum habuisset secundum virum sine liberis prioris viri, nichil dedit de parte ville, sed

Digitized by Google

post mortem viri amici priorum liberorum, scilicet Johannes de Kyritze et ceteri, volentes eam in iudicio compellere, ordinauerunt, quod dedit ipsis liberis simul centum et quinquaginta marcas, et sic omnia fuerunt sopita ac cedata. Istud autem notum fuit et est consulibus: Oberto de Selowe, Henrico de Gotlant, Holsten de Tetrowe, Henrico de Buren, ciuibus vero: Wernero fratri meo et vobis Thiderico Colner, Ludewico de Gotlant, Alheidi de Kyritze. Hec verba premissa sunt prolata et exposita anno, die, mense, hora, loco, ut supra, presentibus discretis dominis Johanne Lore, Arnoldo de Kyritz, Nycolao Meynardi, presbiteris, atque aliis pluribus fide dignis, ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Johannes dictus Arnswolt, clericus Camynensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, etc.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Auf der Rückseite steht eine Copie der Urkunde Nr. 3716. — Vgl. diese und die zu derselben citirten Urkunden.

1332. April 16. Ratzeburg. 5324.

Marquard, Bischof von Ratzeburg, bekennt, dass der Zehnte aus dem Dorfe Dammhusen von der Stadt Wismar mit dem Dorfe Bünstorf eingetauscht sei.

Wi Marquard, van der gnade godes byscop to Raceborgh, bekennen vnde don witlik alle den ghenen, de desse breue horen vnde seen, dat de theghede to Dammenhusen, de nu hort der staad to der Wysmer, is wedderleghet mit deme dorpe tho Bůnstorpe vseme godeshuse vnde vseme stichte, vnde hiraf hebbe wy openbar dan ene kvndinghe in vseme capittele vor ghv°den luden, de de radmanne van der Wysmer darto sanden. Vnde ouer desser openbaren khundinghe hebbet wesen: her Eghard de prouest, her Johan de prior, her Werner van Hydzacker, her Dauid van Haghenowe, her Hinrik Bylrebeke, her Johann Barnekow, her Johan Bremer, her Volrad van deme Dorne, her Johan van Salem, her Peter van Zymetze, her Pawel van der Wysmer, her Otto van Gronowe, her Hinrik Vnrowe, her Dethlef Wackerbard, her Johan Vulfhaghen, her Bernard Goldoghe, her Detlef van Plone, her Werner van Halverstaad, her Vrederek Moltzan, her Laurencius van Zymetze, her Herman van Ortze, de iunghe her Bylrebeke, her Pusteke, her Johan van der Brůgge, de nu dat capittel to Racebůrgh sint, vnde andere lude, den to louende is. Vnde to ener betughinghe desser vorescreuenen dinch hebbe wy vse ingheseghel to desseme breue henghet laten. Desse breef is ghegheuen na godes bort dusent drehunderd vnde twe vnde drittich iar, de[s] gv°den du[n]resdaghes, in deme kore to Raceborgh, dar de voresprokene khundinghe schvde.

Digitized by Google

Nach der Abschrift im Wismarschen P.-B. mit dem Rubrum: „Super decima Dammenhusen.“ — Gedruckt in Schröders P. M., S. 1122; Lisch, Maltz. Urk. II, S. 5, Oertzen I, Urk. S. 104.

1332. April 19. 5325.

Johann von Bülow, Ritter, verkauft dem Lübischen Bürger Heinrich Springentgod das Dorf Restorf, unter dem Vorbehalt, die eine Hälfte binnen 2 Jahren und die andere Hälfte binnen weiteren 2 Jahren zurückkaufen zu dürfen.

Uniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Johannes de Bulowe, miles, salutem in domino. Tenore presencium recognosco publiceque protestor, me de voluntate et consensu filiorum et heredum ac proximorum meorum omnium, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse Hinrico dicto Sprinchitghot, ciui Lubicensi, et eius veris heredibus pro quingentis marcis denariorum Lubicensium per dictum Hinricum michi integraliter persolutis villam dictam Restorpe cum attinenciis suis omnibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis aquarumque decursibus et cum omnibus aliis pertinenciis suis et terminorum distinctionibus, vt nunc ipsa villa iacet, cum omni iure, iudicio, excepto dumptaxat iudicio manus et colli, inferioribus vero omnibus iudiciis dicto Hinrico et suis heredibus reseruatis, et cum omni libertate, commoditate, vtilitate, fructu et emolimento, et cum decima, que olim Nicolao Siist pertinuit, et cum omnibus aliis decimis, smaltegheden dictis in wlgari. Quibus omnibus vti debent pacifice et libere, nec inde debent alicui ad seruicia, prestaciones et exactiones violentas quomodolibet obligari. Nec eciam obstantibus aliquibus gwerris, sentenciis, inhibicionibus, mandatis, inter quoscumque uel a quacumque sublimi uel humili persona uel personis ecclesiasticis uel secularibus quocumque modo emergentibus, nec quibuscumque excepcionibus aliis obstantibus, dictis bonis vti debent pacifice et libere. Et coloni ipsius ville redditus suos ducere eis debent sine impedimento quolibet intra ciuitatem Lubicensem anno quolibet termino deputato. Est autem michi ac meis heredibus libera data auctoritas, quod a festo beati Martini proxime venturo infra duos annos contiguos medietatem dictorum bonorum et reddituum pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum Lubicensium reemere possimus, et sic deinceps infra alios duos annos postea immediate sequentes aliam medietatem eorundem bonorum et reddituum pro aliis ducentis et quinquaginta marcis denariorum Lubicensium, in ciuitate Lubicensi exsoluendis, reemere finaliter valeamus. Quam reempcionem si sic duabus vicibus infra dictos quatuor annos inmediate sequentes non fecerimus, nulla nobis prorsus valebit reempcionis auctoritas, sed apud sepefatum Hinricum et suos heredes dicta bona et redditus cum omnibus prescriptis libertatibus et condicioni-

Digitized by Google

bus et cum perpetua proprietate de cetero remanebunt. Jn quibus postmodum per me et per meos filios et heredes debent nullatenus impediri, et eos transferre poterunt, quacumque alienacione voluerint, in personas ecclesiasticas aut seculares, vbi et quando decreuerint, me et meis heredibus penitus irrequisitis. Super premissis omnibus et singulis firmiter sic seruandis vna mecum in solidum data fide sollempniter promiserunt Johannes, Nicolaus et Ghodeko filii mei, dominus Vicko de Bulowe, miles, et Nicolaus de Malin, frater meus, vt, si aliquem defectum uel obstaculum in premissis uel aliquo premissorum passi fuerint, in solidum respondere et satisfacere debeamus. Et si ex hiis compromissoribus medio tempore aliquem, quod absit, mori contingat, ego Johannes de Bulowe, miles, et filii mei loco illius infra quindenam, quando requiremur, statuere tenebimur virum alium eque dignum. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla et prescriptorum conpromissorum presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° tricesimo secundo, in festo pasche.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 486, aus „dem Original, auf der Trese, mit sechs anhängenden Siegeln".

1332. (Um April 19.) Rostock. 5326.

Elisabeth Frese und ihr Sohn Heinrich überlassen an Rötger Schüren für eine Anlethe ihre Badstube in Warnemünde.

Domina Elyzabet relicta Thiderici Frisonis ac Hinceke filius eius cum consensu suorum amicorum proximorum resignauerunt Rotghero Schůren, genero suo, stupam in Warnemunde sitam et IIIł marcarum perpetuos redditus ibidem pro LX marcis denariorum, quos idem Hinceke quatuor anni temporibus pro LX marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem. Et quicquid pro construccione eiusdem stupe exposuerit, quod rationabiliter poterit demonstrare, sibi refundetur.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1324 — 1335, fol. 174.

1332. April 23. Auf dem Priwall. 5327.

Die von Parkentin schliessen um 1500 Mk. Lüb. Pf. mit dem Bischofe Marquard von Ratzeburg und seinem Domcapitel eine Sühne und geloben Urfehde wegen ihrer erschlagenen Vettern.

Wy Detlef van Parkentin, de dar wonet to Dartzowe, Detlef vnde Eggerd, desseluen Detleues sone, Marquard van Parkentin, de dar wonet to Pricen-

Digitized by Google

dorpe, Hinric vnde Reymer, desseluen Marquardes sone, Syuerd vnde Eggerd brodere van Parkentin, Notlem Parkentin, de dar wonet to Wendeschen Tymmendorpe, her Notlem Parkentin, en ridder, Hinric Parkentin, desseluen her Notlemes broder, Detlef Parkentin, de dar wonet to Nygendorpe, Detlef Parkentin van Belendorpe, hern Marquard Parkentines sone, Detlef Parkentin, hern Hinric Parkentines sone, her Marquard vnde her Hinric Broctorpe, ryddere, Wolf van Ratlowe, Emeke van Ratlowe vnde Marquard van Ratlowe, Hinric vnde Emeke van dem Lo, Eggerd Sten vnde Notlem van deme Nyghen Haghene bekennet vnde bethuget openbare in dess[er] scrift, dat bysschop Marquard van Raceborgh vnde sine nakomelinghe an dat capittel van Raceborgh hebbet ene ganze vnde ene endede zone vnde en ganz ended dingh vmme den dodsclach hern Detleues Parkentin Holzsten, des ridders, vnde Maken Parkentines, Detleuues sone, de dar vore benomet is, vnde vmme den dodsclach alle der, de mit en sclaghen worden, vnde vmme al dat, dat des daghes schude, d[o] se sclaghen worden, vnde vmme al dat, dat darvan vppestan is in beydent siden vnde dat daraf komen mochte. Vortmer de vorebenomede bysschop Marquard vnde sin capittel de hebbet vs, de se dar heten sint van Parkentin, vor den dodsclach der vorebenomeden hern Parkentin Holzsten vnde Maken vnde alle der, de mit en dod bleuen, sunder Thune, vnde vmme alle dat, dat des daghes schude, vnde vmme alle dat, dat daruan vppestan is vnde daruan komen mochte, bered vnde betalet rede binnen der stad to Lubeke vifhundert mark Lubecker penninghe, vnde hebbet vs wisset laten vppe den neghesten pynxsten vifhundert mark Lub. peninghe vnde vppe den neghesten sunte Mertins dach vifhundert mark Lubek. penighe. Dyt vorebenomede gheld, dat dar wisset is, dat scal men antworden binnen der stad to Lubeke vppe de vorebenomeden daghe Detleue vnde siner sone en vnde Syuerde vnde sineme broder Eggerde van Parkentin efte hern Marquards edde[r] hern Hinreke Broctorpen, de hir vore nomet sint; vnde de scolet quitebreue gheuen vppe dat gheld, dat se vntfanghet, vnde wan de quitebreue gheuen sint, so is de vorebenomede bysschop Marquard vnde sine nakomelinghe vnde sin capittel des gheldes, dat in den quitebreuen screuen steyt, los vnde quit vnde sine loue[re] eres louedes vppe dat gheld los vnde quyt. Vortmer wy, alse wy hir uore screuen stad, bekennet vnde bethuget, dat wy stad vnde hebbet in truwen louet to des bysschoppes hand van Raceborgh vnde sines capittels vor born vnde vngheborn vor ene ganze, endede zone, alse ener zone recht is, ewecken to holdende vnde to bliuende vnde vor ene oreueyhede. Vor Thune hebbet sunderliken louet sine vrund. Vnde wy hebbet in truwen louet des vorebenomeden bysschoppes vrend: hern Godscalc Storme, hern Hinreke van Plesse, hern Bertolde van Rytzerowe, hern Volrade Luzowen, hern Wypert van Schartzin, hern Hinrike van Krumesse, riddere, Volcmar van Gronowe, Eggerde van Krumesse, Herman Storme, Bertrame Kulen, knapen. Vnde al dat, dat hir uore screuen is,

Digitized by Google

dat bethughe wy in desse scrift, dar wy vse yngheseghele to henghet hebbet. Desse zone de is ghedeghedinghet vnde maket vppe dem Prywalke, na godes bord dusent drehundert vnde twe vnde dryttich yar, des neghesten dunredaghes na paschen.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Von den 24 Siegeln, welche an Pergamentbändern hingen, sind Nr. 1 – 4, 8, 12, 16, 18, 23 und 24 verloren gegangen; erhalten sind folgende:

5) viereckig: Helm mit einem offenen Fluge; Umschrift:

✠ S' hINRICI PARKENTYN

6) rund: mit gleichem Helme; Umschrift:

✠ S' MAKE DE P —

7) rund: in einem Schilde eine rechts gekehrte Spitze, das obere und das untere Feld schraffirt; Umschrift:

✠ S' BERTOLDI PARKENTYN

9) schildförmig: mit einer schraffirten Spitze; Umschrift:

— hELM — —

10) schildförmig: mit einer glatten Spitze; Umschrift:

S' NOTLEM PARKENTIN

11) schildförmig: mit einer glatten Spitze; Umschrift:

✠ — — PARKENTIN

13) rund: in einem Schilde die glatte Spitze, neben dem Schilde eine Blume; Umschrift:

S' DETL — PARKENTIN

14) dasselbe Siegel wie Nr. 13.

15) schildförmig: mit einem rechts gekehrten Seeblatt (?); Umschrift:

S' — —

17) rund: mit dem Helm; Umschrift:

S' W — — DE PARCKENT —

19) rund: mit dem Parkentinschen Schild; Umschrift:

S' ECEBTINI (?) DE PARKENT —

20) rund: in einem Schilde eine glatte Spitze, das Feld oben und unten schraffirt; Umschrift:

— EMEKE . DE RATLOW

21) rund: mit einem Mühlrade; Umschrift:

✠ S' HINRICI DE LO

22) rund: mit einem Mühlrade; Umschrift:

— NIS DE × LO

Digitized by Google

1332. April 26. Wittstock. 5328.

Dietrich, Bischof von Havelberg, verleiht dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Theodericus dei gracia Hauelbergensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus — —. Datum Wizstoc, anno domini M° CCC° XXXII°, dominico die, quo cantatur Quasi modo geniti.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Diese Urkunde stimmt im weiteren Text völlig mit Nr. 5319 überein und ist mit dieser ohne Zweifel von derselben Hand geschrieben. Das Siegel fehlt an dem angehängten Pergamentstreifen. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1332. 5329.

Friedrich, Bischof von Camin, verleihet dem Kloster Ribnitz einen Ablass.

Fredericus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus — —. Datum [1], anno domini M° CCC° XXXII.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das parabolische Siegel des Bischofs, auf eingelegter rother Wachsplatte, mit dem Bilde des sitzenden Bischofs; Umschrift:

——RIOVS . . I. CRA.... EPS . ECCLIE . CAMI.....

Diese Urkunde stimmt im Wesentlichen mit den Urkunden der Bischöfe Marquard von Ratzeburg und Theoderich von Havelberg Nr. 5319 und Nr. 5328 überein und ist von ähnlicher Hand geschrieben.
[1] Für den fehlenden Ort der Ausstellung ist im Original eine Lücke gelassen. — Vgl. die Note zu Nr. 5209.

1332. Mai 3. Güstrow. 5330.

Johann II., Fürst von Werle, verleiht dem Kloster zum H. Kreuz in Rostock das Eigenthum des Holzes von 10 Hufen und eines Hofes von 2 Hufen in dem Dorfe Kankel, welche die Wittwe Margarete von Kardorf und ihr Sohn Radolf dem Kloster verkauft und vor dem Fürsten aufgelassen haben.

In nomine domini. Amen. Nos Johannes dei gracia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus hanc literam intuentibus in domino salutem. Recognoscimus presencium tenore et protestamur, quod constituti in nostra presencia discreti homines Margareta de Kercdorp, honesta matrona, vxor Radolfi de Kercdorp militis, eiusque filius Radolfus de Kercdorp iunior ac Johannes de Staden, Subbeke de

Digitized by Google

Lanthecowe, famuli, ex maturo consilio proprio et pleno consensu omnium eorum propinquorum, quorum intererat seu interesse poterat, resignarunt bona voluntate nemora decem mansorum ipsi ville Kanckel adiacencia et vnam curiam de duobus mansis, recognoscentes, se vendidisse rite et racionabiliter conuentui sanctisque monialibus monasterii sancte Crucis in Rozstok predicta nemora et curiam de mansis duobus pro ducentis marcis cum triginta Lubicensium denariorum cum omni iure et proprietate, sicuti ipsi ea habuerunt et eorum heredes in hunc diem, in pratis, siluis, pascuis, agris cultis et incultis, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus, rubetis, paludibus, sespitibus et omnibus pertinenciis, quemadmodum iam dicta nemora et curia in suis limitibus concluduntur. Nos vero de consilio nostrorum fidelium predicto cenobio dictarum virginum nemora et curiam, sicut premissum est, ac earum preposito dimisimus et contulimus absque seruicio et cum omni proprietate, veluti in earum priuilegiis ac literis super predicta bona ville Kanckel confectis plenius continetur. Ne igitur huiusmodi factum possit a nostris successoribus ac heredibus seu ab illis, qui hec predicta bona vendiderunt, destrui uel infringi in futurum, sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius sunt: dominus Johannes abbas Noui Campi, Borchardus prepositus in Gusterowe, Wernerus de Berlyn prepositus Levinensis, Wernerus de Tribeses thesaurarius Gusterowensis, ac Stacius scolasticus ibidem, Johannes sacerdos et quondam capellanus domini terrarum de Werle, ac Plotzanitze, Langkauel, Thi[dericus] domini Hermanni de Kremon militis capellanus, viccarii ibidem; Hermannus de Kremon, Hinricus Nortman, Wulvinghus marscalcus domini de Werle, Henninghus de Oldenborch, Ghemeke Kossebode, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum Gusterowe, sub annis domini M° CCC° XXXII°, dominica qua cantatur Misericordia.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt das schildförmige Siegel, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3538. — Vgl. Nr. 5277, 1332, Juni 15, und 1349, Mai 13.

1332. Mai 3 — Juni 24. Wismar. 5331.

Karow zu Wismar, Beneke von Neperstorf und Hinzeke Preen von Neperstorf bekennen sich dem Rathmann Johann von Kalsow zu Wismar mit einem Drömt Roggen verschuldet.

Karowe hvdekopere, Beneke de Neperstorp et Hinceke Preen de Neperstorp tenentur I tremodium siliginis soluendum Michaelis, sicut soluit (infra) infra quindenam ante, post natiuitatem sancti Johannis, domino Johanni de Kalsowe.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Misericordia domini und Natiuitatis sancti Johannis baptiste 1332.

Digitized by Google

1332. Mai 8. Schwerin. 5332.

Ludolf, Bischof von Schwerin, incorporirt mit Zustimmung seines Dom-Capitels die Pfarre zu Goldberg dem Kloster Dobbertin.

Ludolphus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus vniuersis et singulis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Secundum sanxiones canonicas pastoralis officii sollicitudo nos ammonet, subditorum curam nos gerere, singulos pro posse iuuare, alienam inopiam nostram credere ac manum subleuacionis et subsidii necessitatem pacientibus exhibere. Hinc est, quod, cum ad nostram peruenerit noticiam, dilectas nobis in Christo filias priorissam et conuentum sanctimonialium monasterii in Dobbertin, ordinis sancti Benedicti, nostre diocesis Zwerinensis, tantis oppressas debitorum oneribus, vt bonis suis et redditibus obligatis et distractis ad sustentacionem suam, unde viuant congrue, necessarias facultates non habeant, ipsarum compacientes inopie de subsidio, quo poterimus, eisdem intendimus prouidere. Requisito igitur et obtento consilio et consensu honorabilium virorum dominorum Hinrici prepositi, Nicolai decani totiusque ecclesie nostre Zwerinensis capituli, ecclesiam parrochialem in Goldberghe, per obitum prouidi viri domini Ludolphi quondam ipsius rectoris vacantem, eidem monasterio sanctimonialium in Dobbertin pro augmento facultatum suarum incorporamus, annectimus et perpetuo vnimus, ita quod prefatis priorisse et sanctimonialibus liceat corporalem ipsius ecclesie in Goldberghe, cuius ius patronatus prius ad eas spectabat, possessionem per se ipsas cuiusquam irrequisito consensu apprehendere, redditus quoque, prouentus et fructus, quos dicta percipere consueuerat ecclesia, vel qui ad ipsam quoquo modo pertinuisse uel pertinere noscuntur, cum oblacionibus et obuencionibus, quibuscunque valeant, suis vsibus applicare. Volumus tamen, quod perpetuo vicario inibi obtenta institucione canonica domino seruituro dicte ecclesie reseruatur (!) et tribuatur porcio, ex qua valeat sustentari congrue, episcopalia iura soluere aliaque incumbencia onera supportare. In huius igitur euidens testimonium sigilla nostra et predicti capituli nostre ecclesie litteris presentibus sunt appensa. Nos quoque Hinricus prepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum Zwerinensis ecclesie in signum consensus nostri ad predictam vnionem aliaque premissa omnia et singula prestiti nostrum sigillum vna cum sigillo venerabilis in Christo patris nostri domini Ludolphi ecclesie Zwerinensis episcopi presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum Zwerin, anno domini millesimo CCC° XXX° secundo, feria sexta post dominicam, qua cantatur Misericordia domini.

Nach einem im Dobbertiner Klosterarchive aufbewahrten Transsumpt des Bischofs Rudolf, Herzogs von Meklenburg, d. d. Bützow, 1406, Mai 22 (presentibus: „magistris Thyderico Wytten in decret. baccalaurey necnon ecclesie nostre Zwerinensis canonico ac nostre curie episcopalis cancellarii, Hinrico

Digitized by Google

Neghentin in artibus magistro in medicinisque licenciato, Hinrico Buksteden canonico ecclesie Butzowensis“). An dem Original hingen, nach der Beschreibung des Transsumpts, in grünem Wachs, 1) das Siegel des Bischofs Ludolf mit dem Rücksiegel, abgebildet zu Nr. 5333, 2) das Siegel des Schweriner Dom-Capitels, abgebildet in Bd. I, zu Nr. 609. — Vgl. Nr. 5291.

1332. Mai 9. Schwerin. 5333.

Ludolf, Bischof von Schwerin, und sein Dom-Capitel beurkunden den Vergleich des Vicars Heinrich von Lübek mit dem Kloster Doberan wegen Zehnten aus Bastorf.

Nos Ludolphus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus, Henricus prepositus et capitulum ibidem litteris presentibus recognoscimus protestantes, quod inter venerabiles et religiosos viros dominum Conradum abbatem et conuentum monasterii in Doberan, Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, ac inter dominum Henricum de Lubeke, nostre ecclesie predicte perpetuum vicarium, de nostro consensu et beneplacito extitit concorditer ordinatum, quod pro decima, tam maiore quam minuta, septem mansorum et dimidii sitorum in villa Berteldesdorpe, nostre dyocesis, spectente ad vicariam domini Henrici predicti, abbas et conuentus pretacti dabunt et persoluent eidem perpetuo vicario et cuilibet ipsi in eadem vicaria iugiter succedenti annis singulis in festo epyphanie domini intra ciuitatem Wysmariam promptos denarios tali modo, scilicet ut pro quolibet modio dure annone sedecim denarii et pro modio auene octo denarii computentur talis monete et valoris, qualis decem et octo denarii valeant aut soluere possint in concambio solidum Lubicensem. Est autem summa annone, que de prefata decima vicarie predicte assignata fuerat, tercium dimidium tremodium siliginis, octauum dimidium tremodium ordei et octauum dimidium tremodium auene, quamuis raro predicte vicarie ipsa annona fuerit de iam dicta decima integraliter deriuata. Itaque abbas et conuentus Doberanensis monasterii sepedicti pro prenominata decima ei, qui pro tempore vicariam prescriptam habuerit, pecuniam modo, qui premittitur, persoluentes, que pecunia ad summam nouem marcarum et denariorum triginta duorum monete Lubicensis se extendere dinoscitur, supradictam decimam cum omni vtilitate et fructu ipsius possidebunt perpetuis temporibus pacifice et quiete. In cuius euidenciam et testimonium sigilla nostra presentibus sunt appense. Testes vero sunt: domini Zwerinenses Nicolaus de Stralendorpe decanus, Hinricus de Bulowe thesaurarius, Ywanus cantor, Conradus Campsor scolasticus, Georgius de Zerken canonicus, magister Johannes de Campo decanus in Hamborgh et nostre ecclesie canonicus, Rothgerus rector ecclesie sancte Marie virginis in Rozstok et ecclesie nostre canonicus, necnon plures alii fide digni. Actum et datum in Zwerin, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, VII° ydus May.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An grünen seidenen Fäden trägt dasselbe:

1) das wohl erhaltene, hier unten unter Nr. 1 abgebildete grosse runde Siegel des Bischofs Ludolf von Schwerin, darstellend einen auf einem Sessel mit Löwenlehnen sitzenden Bischof mit dem Bischofsstabe in der rechten und einem Buche in der linken Hand vor der Brust, rechts die Sonne, links den Mond; Umschrift:

✠ LVDOLFUS . DI . ©RA . ЄPS . ЄCCLЄSIЄ . ZWЄRINЄNSI'

Dieses Siegel hat auf der Rückseite das hier unten unter Nr. 2 abgebildete runde Secretsiegel des Bischofs Ludolf mit dem Brustbilde des Bischofs und der Umschrift:

✠ SЄCRЄTVM . LVDOLFI . ЄPI . ZWЄRINЄNSIS

2) das ziemlich gut erhaltene Siegel des Schweriner Dom-Capitels, abgebildet in Bd. I, zu Nr. 609.

3) ein parabolisches Siegel: im gegitterten Siegelfelde sitzt links gewendet ein Engel zwischen 2 stehenden Schilden, welche gespalten sind, rechts 3 rechte Schrägebalken zeigen und im linken Felde schraffirt sind; darunter scheint ein Geistlicher zu knieen; Umschrift:

✠ S' hINRICI : PRЄPOSITI ЄCCLЄSIЄ : ZVЄRINЄN.

— Vgl. Nr. 5204. — Gedruckt bei Westphalen, Mon. III, p. 1616.

1.

2.

1332. Mai 13. 5334.

Johannes, Her von Werle, hat die Jrrungen, so zwischen dem Probste zu Dobertin vnd Hennekinum wegen eines Sees bei Odendorp[1] eingefallen, nachfolgender massen vortragen, nömlich das die bawern zu Odendorp zwey iar lang ihre vihe darin zur weide treiben vnd zu ihrem behuff mit kanen oder sonsten darauff grass werben mugen. Dafür sie Henningo Bellin 31 schefel Habern geben sollen. Mittler Zeit sollen der Probst und Henneke Bellin zwey erwelen,

Digitized by Google

die sie vmb die scheide vnd greintze auff des Hern rhatt oder ratification voreinigen sollen; legatur originale. Datum 1332., feria quarta post dominicam Jubilate.

Nach Clandrian, Dobbert. Reg. Nr. CCLXXXIV. — (1jetzt Oldenstorf.)

1332. Mai 24. Parchim. 5335.

Johann, Fürst von Werle, befreiet das bei dem fürstlichen Marstalle zu Parchim belegene Wohnhaus der beiden Vicare Heinrich an der Georgen-Kirche und Friedrich an der Heil.-Geist-Capelle daselbst von allen Abgaben und bürgerlichen Lasten.

In nomine domini. Amen. Johannes dei gratia dominus de Werle vniuersis Christi fidelibus in domino salutem sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore a memoria viuencium euanescant, necessarium est, ea testimonio ydoneorum ac litteris auctenticis ad memoriam posterorum reuocari. Hinc est, quod nos de maturo nostrorum fidelium consilio et ad peticiones domini Gotfridi dilecti nostri cappellani, plebani ecclesie beati Georgii in Parchem, ad augmentandum cultum diuinum dedimus et presentibus damus discretis viris dominis Hinrico, vicario in dicta ecclesia beati Georgii, et Frederico, vicario capelle sancti Spiritus in Parchem, et omnibus eorum successoribus, qui dictas vicarias pro tempore possident, libertatem domus apud nostrum marstabulum in dicta nostra ciuitate Parchem situate cum suis metis, terminis et distinccionibus absque omni impedimento perpetuo possidendam, ita quod dicta domus vicariorum et eam inhabitantes ab omnibus angariis et parangariis, exaccione et ab omni onere et seruicio ciuili esse debent exempti, liberi et immunes. Jn quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Datum in castro Parchem, anno domini M° CCC° XXXII°, dominica Vocem iocunditatis, presentibus nostris fidelibus Ludolfo Dessyn, Johanne Vos, militibus, ac Joachym Rumpeshaghen, nostro marscalco, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin, an dem das hieneben abgebildete, etwas beschädigte Secret des Fürsten Johann von Werle an einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen hängt; Umschrift:

✠ SIGRETVM . IOHN...S . DI̅I . D : WERLE

Digitized by Google

1332. Mai 28 — 1333. Mai 12. Wismar. 5336.

Kämmerei-Rechnung der Stadt Wismar von Himmelfahrt 1332 bis dahin 1333.

Anno domini M° CCC. XXX. secundo, in ascensione domini, electi sunt camerarii dominus Nicolaus Rabode et dominus Willikynus Albus, a quibus hurate sunt subscripte bode a proximo pascha vltra annum:

Euerd pro boda, quam Rybe habuit, II m. Lubicenses. — *[Hier folgen weitere Einnahmen von Buden.]* — Vlotowe et Tameke possidebunt bodas suas, sicut nunc sunt diuise; hoc placitatum est per consules et ordinatum, et quiuis eorum dabit IIℓ marcas. Super hoc camerarios non molestabunt, sicut sepe fecerunt. Hince Vindyseren pro boda et cellario XXIIII sol.

Jsti concesserunt pecuniam ciuitati, proximo Martini de tallia eis soluendam: Howarde XX marcas Lubicenses, Nicolaus Helperici X marcas Lubicenses, Slvtere X marcas Lubicenses, Johannes Kremere VI marcas, Vlake Jordan decem marcas, Molenstrate XV marcas, domina nostra X marcas, Dankwardus IX marcas.

Hic incipit computacio eorundem camerariorum, videlicet dominorum Nicolai Raboden et Willikini Albi.

Meynardo de Soode XII mr^{a} de pascha. Relicte Willikini Daligendorpes V mr^{a} de pascha. Domino Hinrico Syphusen I mr^{m} de pensione eius.

Dominabus de Godebutz XIX sol. de Johannis. Valuatoribus de Johannis XL sol. Johanni Witten V mr^{a} ad vias Hornstorp. Pro nouo ponte XVIII mr^{a}. Ad vias extra valuam Magnopolensem IIII mr^{a}.

Versus Lvbeke domino Wysen IIℓ marcas. Versus Rozstok domino de Molne et domino Wysen duas marcas circa assumpcionem[1]. Domino Rodekoghelen et Wysen versus Sowan IIII mr^{a}. Domino Rodekoghelen et Wysen versus Priwalk duas marcas. Domino Kropelyno et Wysen versus Priwalk et Lvbeke ad comites Holtzacie VIII mr^{a}. Omnes iste reyse suprascripte facta sunt circa assumpcionem[1] ex parte domini nostri. Domino Andree Laschen versus Mølenghetz ad episcopum Zwerinensem duas marcas.

Willikino Daligendorp V mr^{a} de Johannis. Berteheylen XIIII mr^{a} pro vino antiquorum camerariorum. Pro littera domini episcopi magistro Willikino duas marcas puri. Magistro Lvdberto XX sol. Extra valuam Haroldi ad vias XV mr^{a}. Domino Hinrico Kadowen XIIII^{or} m^{a} de combustione laterum. Schereue vectori XXI sol. pro vectura.

Vikken Kortenakken IIℓ marcam de Michaelis. Cristiano Bersen IIII mr^{a}. Domine Johanne de Klvtze III mr^{a}. Domine de Gødebutz XIX sol. Domine Wendelen XIX sol. Hospiti nostro in Sterrenberghe XIIII sol.

Digitized by Google

Versus Lvbeke dominus Wyse XXIIII sol. domini nostri. Versus Rozstok idem Wyse XXX sol. domini nostri.

Pro lateribus X mr^{a}. Heydenrico sutori XLV sol. Murum (!) inter dominum nostrum et Mulerschen XLVIII mr^{a} deconstetit. Pro stadio circa antiquam domum allecium XII mr^{a}. Pro ponte lapideo apud nowm pontem II mr^{a}. Johanni Mulen XX mr. pro hereditate ad curiam domini nostri. Pro domo value Lubicensis X mr. Pro cemento XXX mr^{a}. Mulen V mr. pro lateribus sibi datis. Nicolao Helperici IIℓ marcam pro lateribus datis. Hermanno Sedelere IIℓ marcam pro lateribus datis. Domino Kadowen V mr^{a} pro lateribus datis. Haluehøyken VI mr^{a} pro lateribus datis. Pro XII tremodiis auene XII mr^{a} vni de Niygendorpe.

Dominus Rodekoghele et dominus Kalsow versus Rozstok circa Martini IIℓ marcam ex parte domini nostri Magnopolensis.

Ditmer Kerstane XVIIℓ [marcam] pro trabes (!) ad celarium domini nostri.

Johannes Moltecow XXVIℓ solidum pro sulfar (!). XII s. pro I tremodeum auene. Domino Andree Laschen XV mr^{a} ex parte antiquorum camerariorum. Domino Johanni Kalsowen IIII mr^{a}. Dankwardo Kalsowen IIℓ marcam antiquo. Domino Hermanno Rikelant I mr^{m}. Pro conciuio (?) XXVIII sol. antiquo. Reynekyno Seleghen Xℓ marcam de antiquo. Hinrico Gudiar V mr^{a}. Pinnekeschen I mr^{m}. Domino Rikquerstorp III mr^{a} antiquo. Dalygendorpeschen V mr^{a}. Domine Wendelen XIX sol. Domine de Godebutz XIX sol. Magistro Ywano XX mr^{a} antiquo. Domine de Klvtze VI mr^{a}. Marq[ua]rdo Wentorp XII mr^{a} antiquo.

Dominus Rodekoghele et dominus Kalsowe ad episcopum Zwerinensem et dominus Kalsowe vltra versus Rozstok II mr^{a}. Dominus Rikelant versus Rozstok I mr. Dominus Strømekendorp ex parte domini nostri ad placita cum domino Detleuo Røpere II mr^{a}.

Data sunt subscripta Lubicensibus: pueris domini Sifridi de Bokholte XX marcas (!), domino Hermanno Klendest X mr^{a}, domino Hermanno Klendest XL mr^{a}, domino Jordano Tribbeses L mr^{a}, Bøghenere XXX mr^{a}, Septemfratrum VIIIℓ marcas pasche, Meynekino de Sode XII mr^{a}.

De pascha dominabus de Godebutz XIX sol. et IIℓ den. Daligendorpeschen V mr^{a}. Pro lignis ad domum lateream VII mr^{a} et IX den. Timmoni de Grobenitz XLII sol. pro lignis quercinis. Drvkkepenninge XXXI sol. pro lateribus.

Versus Slauiam et Sowane ex parte domini nostri per dominum Wysen XXIIII sol. in capite ieiunii^{2}. Versus Lvbeke bis propter composicionem domini Røpere per dominos Krøpelyn et Eghardum Walmerstorp XXX mr^{a}. Versus Wolken et Ceghenere propter illos de Cernyn IIIℓ marcam.

Digitized by Google

Hinrico notario nostro XII mr^{a} de anno. Bernardo XII mr^{a}. Famulis nostris XXXII mr^{a}. Valuatoribus V mr^{a}. Stabulario VIIł marcam. Westfalo XXX sol. Pro auena centum mr^{a} et V mr^{a}. Fossoribus cespitum XLV marcam. Pro vino LXXXXV mr^{a}. Pro domo value Lubicensis et pro valua XX mr^{a}. Pro tunica notarii III mr^{a}. Pro tunica Bernardi III mr^{a}.

Ad expedicionem contra Røperum CL mr^{a} et Vł marcam.

Pro Swedesholt et berneholt XX mr^{a}.

Summa: XI^{C} marcas II marcas II solidos.

Item laterario VIII mr^{a}.

Nach dem in Bd. VII, zu Nr. 4724, beschriebenen Kämmerei-Register der Stadt Wismar, Fol. 28 bis Fol. 32, im Anschlusse an Nr. 5244. (Die Fortsetzung s. unter 1333, Mai 13.) — Gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 97—100. — [1]= 15. Aug. 1332. — [2]= Dies cinerum, 14. Febr. 1333.

1332. Juni 1. Schwerin. 5337.

Das Dom-Capitel zu Schwerin gründet und der Bischof Ludolf bestätigt eine mit einer jährlichen Hebung von 6 Mark Lüb. aus Geez bewidmete kleinere Domherrn-Präbende zu Schwerin.

Venerabili in Christo patri et domino, domino Ludolpho Zuerinensis ecclesie episcopo, omnibusque aliis et singulis Christi fidelibus presentia uisuris seu audituris Hinricus prepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesie eiusdem ad perpetuam rei memoriam. Quia, quod semel deo dicatum est, amplius ad vsus humanos redigi non debet, expedit, ut, que semel Christi patrocinio incorporantur, literarum elementari testimonio inscribantur, quatenus sic perennitatem quandam sortita a terrenis facultatibus secerni queant, ut uelut hereditas sancta ab illicitis usibus nequaquam ualeant usurpari. Hinc est, quod nos, uocatis prius omnibus et singulis ecclesie nostre canonicis, qui uoluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, et capitulo ad hoc assignato, de unanimi consensu et uoluntate nostrorum omnium unam prebendam puerilem siue minorem, duraturam perpetuis temporibus, in ecclesia nostra Zwerinensi fundamus et instauramus de annuis reditibus sex marcarum Lubicensium, soluendis et percipiendis de uno manso uille Getzen, Zuerinensis dioecesis, supplicantes paternitati uestre uenerande, ut reditus huiusmodi in protectionem potestatis et libertatis ecclesiastice recipere dignemini et in dotem prebende huiusmodi assignare. Nos itaque iustis dictorum prepositi, decani et capituli precibus inclinati, cultum diuinum augeri potius desideramus[1] quam minui, dictos sex marcarum Lubicensium reditus unius mansi in uilla Getzen, nostre dioecesis, in potestatis ecclesiastice et libertatis protectionem recipimus, ipsos in dotem prebende minoris et stipendii in ecclesia nostra Zuerinensi assignantes, prebendam minorem huiusmodi et

Digitized by Google

stipendium in nomine patris et filii et spiritus sancti authoritate ordinaria confirmamus per presentes, ut dicti reditus in futurum perpetuis temporibus priuilegio gaudeant dotis et ecclesiastice libertatis. Decernimus insuper, quod Hermannus Holt clericus, eiusdem ecclesie Zuerinensis authoritate apostolica canonicus, cui pronunc ad nostram petitionem de eadem prebenda per Zuerinensis ecclesie capitulum est prouisum, ac similiter canonicus quilibet eadem prebenda in posterum prebendandus, omnia iura canonicalia integraliter habeat, quousque gradum ulteriorem fuerit assecutus. Volumus etiam, ut per eandem prebendam, quam fore et manere uolumus gradum ineuitabilem, eidem Hermanno et cuilibet suo successori in ipsa ad priores seu superiores prebendas in ecclesia Zuerinensi, quas uacare conti(n)gerit, secundum consuetudinem dicte Zuerinensis ecclesie progressus pateat et accessus, illo, quod ipse et sui successores in ipsa prebenda uocem in capitulo non habeant, donec ad talem prebendam perueniant per gradum et ascensum, a qua sibi uox in capitulo de iure debetur, duntaxat excepto. Jn quorum omnium et singulorum testimonium nostri sigillum capituli una cum sigillo uenerabilis patris et domini nostri, domini Ludolphi nostre Zuerinensis ecclesie episcopi, presentibus est appensum. Et nos Ludolphus dei gratia sepedicte Zuerinensis ecclesie episcopus ad petitionem Henrici prepositi, Nicolai decani et capituli predictorum in euidentiam pleniorem suprascripte nostre confirmationis presentes literas nostri sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum Zuerini, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, secunda feria proxima ante festum pentecostes.

Nach einer durch Lorenz Clandrian von dem Original genommenen und beglaubigten Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin. (Lies: [1] desideranles.)

1332. Juni 7. Halle. 5338.

Werner, Minister des Franciscaner-Ordens der Provinz Sachsen, verleiht, auf Bericht der Ordensbrüder zu Schwerin, dem Grafen Heinrich von Schwerin und dessen Gemahlin Elisabeth die Theilhaftigkeit an den guten Werken der Ordensbrüder der Provinz.

Nobili domino, domino Hinrico comiti Zwerinensi, ac inclite domine, domine Elyzabeth consorti sue, frater Wernerus, fratrum minorum prouincie Saxonie minister et seruus, cum deuotis oracionibus et obsequiis in domino feliciter prosperari. Quamuis ex debito caritatis omnibus teneamur, illis tamen haut dubium amplius dinoscimur obligari, quorum fauori et promocioni confidencia ampliori innitimur quorumque deuocionem certis beneficiorum iudiciis cottidie experimur. Cum igitur pia deuocio et fauor sincerus ad nostrum ordinem uos speciali affectu

Digitized by Google

inclinet, sicut fideli fratrum Zwerinencium relacione accepi, vestram deuocionem eandem affectu sincere caritatis acceptans, vos ad uniuersa ac singula prouincie nostre suffragia in uita recipio et in morte, plenam uobis missarum, vigiliarum, oracionum, ieiuniorum, castigacionum ac aliorum bonorum[1] omnium participacionem presencium tenore concedens, que per fratres mihi commissos ex hoc et in omne tempus operari dignabitur clemencia saluatoris. Jnsuper, si obitus vestri, quos post diuturnos felices successus dominus beatos efficiat, nostro prouinciali capitulo fuerint nunciati, specialia pro uobis instituentur suffragia, iuxta quod consuetum est fieri pro nostris recommendatis ibidem specialiter dominis et amicis. Datum Hallis, anno domini M° C° C° C° XXXII°, in die pentecostes, in capitulo prouinciali.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein parabolisches Siegel mit eingelegter rother Wachsplatte. Im Siegelfelde steht Johannes der Täufer, welcher mit der rechten Hand auf das Agnus Dei auf dem linken Arme zeigt; zu beiden Seiten des Kopfes stehen die Buchstaben: S — IO und zu beiden Seiten der Füsse zwei Lilien; die Umschrift lautet:

[✠ S' .] FRR ORDOR' TOTIVS PROVINCIE SAXONI[E] .

([1]operum fehlt.) — Ueber Werner von Ribenitz vgl. oben Nr. 5217 und 5219.

1332. Juni 9. Doberan. 5339.

Das Kloster Doberan verwandelt die Zehnten von 7½ Hufen im Dorfe Bastorf, welche zu einer Vicaret der Domkirche zu Schwerin gehören, in eine jährliche Geldabgabe.

Nos frater Conradus abbas totusque conuentus monasterii in Doberan, Cystertiensis ordinis, Schuerinensis dyocesis, literis presentibus recognoscimus protestantes, quod inter nos ac dominum Hinricum de Lubeke, Schuerinensis ecclesie perpetuum vicarium, de consensu et beneplacito reuerendi in Christo patris, domini Ludolphi eiusdem Schuerinensis ecclesie episcopi, ac domini Hinrici prepositi et capituli ibidem extitit concorditer ordinatum, quod pro decima tam maiore quam minuta septem mansorum et dimidii sitorum in villa Berteldeszdorpe, predicte Schuerinensis dyocesis, spectante ad vicariam domini Hinrici predicti, dabimus et persolvemus eidem perpetuo vicario et cuilibet ipsi in eadem vicaria iugiter succedenti annis singulis in festo epyphanie domini intra ciuitatem Wismariensem promptos denarios tali modo, scilicet ut pro quolibet modio dure annone sedecim denarii et pro modio quolibet avene octo denarii computentur talis monete et valoris, qualis decem et octo denarii valeant aut soluere possint in concambio solidum Lubecensem. Est autem summa annone, qve de prefata decima vicarie predicte assignata fuerat, duo et dimidium tremodium siliginis, septem cum dimidio tremodia ordei ac etiam septem cum dimidio tremodia avene,

Digitized by Google

quamuis raro predicte vicarie summa ista annone de iam dicta decima fu[er]it integraliter deriuata. Jtaque abbas et conuentus monasterii nostri predicti pro sepedicta decima ei, qui vicariam predictam pro tempore habuerit, pecuniam modo, qui prescriptus est, persoluentes, qve pecunia ad summam novem marcarum et denariorum triginta duorum Lubecensis monete se extendere dinoscitur, prefatam decimam cum omni utilitate et fructu ipsius possidebunt perpetuis temporibus pacifice et qviete. Jn cuius euidens testimonium sigillum nostrum, scilicet abbatis solius, eo quod conventus sigillum non habeat, presentibus est appensum. Testes vero sunt fratres nostri sacerdotes et monachi: Henricus prior, dominus Johannes de Elbingho quo[n]dam abbas, Thymmo supprior, Wedego cellerarius, Henricus portarius, Johannes de Bokenne rector curie nostre in Ro[z]stock, Henricus de Bre[m]is, Godfridus de Lubeke, Johannes magister hospitalis, Johannes camerarius, Bartoldus magister hospitum, Jacobus subcellerarius, Johannes conscriptor annone nostre et de conventu nostro complures alii monachi et conversi fide digni. Datum in Dobberan, per manum fratris Egberti, anno ab incarnatione domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, feria tertia in penthecoste, sub domino Johanne vigesimo secundo, summo pontifice Romane ecclesie sacrosancte.

Nach einer Abschrift des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. Nr. 5333.

1332. Juni 15. 5340.

Fridericus, Bischoff zu Cammin, confirmiret, das Albertus, Probst zum H. Kreutze zu Rostogk, zur Kirchen zu Gustrow 10 Mk. auss dem dorffe Kankel zu heben gegeben hat, als 3 Mk. zu einer Präbende, 5 Mk. zu gemeinem nutz der Canonicorum vnd 2 Mk. zur Memorien. Datum 1332, in crastino sanctae trinitatis.

Clandrian: Registratur etc. S. 53. — Vgl. Nr. 5330 und 1349, Mai 13.

1332. Juni 16. 5341.

Nicolaus, ein ritter genant von Redekestorp, hat verkaufft her Herman, Pfarhern zu Plawe, vnd Johanni Robelman, seinem bruder, burgern zu Parcham, 2 hufen im dorffe Wetzentin[1] mit allem eigenthumb vnd freyheit, hohistem vnd sidesten Gerichte, frey von allerley Bede vnd dienst etc. Furnemblich aber sollen sie dass Gerichte haben im hofe des bauren, die (!) die hufen bawet, Ausser dem hofe aber im dorffe vnd im felde nach anzall der hufen. So mugen auch die einwonere dises hofes Torff graben in den zehen morgen Torffmor beim See Broke ihren teil zu ihrem behuff gleich den andern bauren. Wie dan auch

Digitized by Google

erstgemelte Keuffer gemechtiget sein sollen dise hufen ihres gefallens zu milden Sachen anzuwenden vnd zu geben. Datum anno Domini 1332., feria tertia post festum Trinitatis.

Clandrian: Protoc. fol. 25 b. (1 Wessentin.) — Vgl. 1333, Jan. 24; 1338, Juli 21.

1332. M. Juni. Rostock. 5342.

Giese und Beneke, Söhne des Nicolaus von Schwan, verkaufen an ihren Stiefvater Johann Kyritz, und dieser weiter an Nicolaus Oeve einen Hof auf den Feldmarken von Rövershagen und Wasmuthshagen.

Ghyze et Beneke filii Nicolai de Sywan cum consensu Lubberti Barenbrueghe et Johannis de Hamme, suorum tutorum, resignauerunt et describi fecerunt Johanni de Kiriz, vitrico suo(rum), curiam suam et mansos in distinctione villarum Rouershaghen et Wasmodeshaghen sitos, quam et quos, sicut patris eorum quondam et ipsorum fuerat, resignauerunt pro dotalicio cum matre eorum, cum omni fructu et vtilitate pro vsibus suis optinendos.

— — —

— — —

Feria quarta ante festum corporis Cristi[1]. Johan de Kiriz cum consensu Lubberti Barenbrueghen[2] et vxoris sue domine Berthen vendidit Nicolao Øve curiam suam infra distinctionem Wasmodeshaghen et Rouershaghen sitam cum agro nudo coadiacente, quam sibi, sicut sua fuerat, resignauit, warandiam promittens. Dictus Nicolaus dabit eidem Johanni de Kiriz nonaginta marcas denariorum ad instans festum kathedre beati Petri vlterius ad duos annos subsequentes, et pro CL[3] marcis residuis dabit XV marcarum redditus quolibet festo natiuitatis domini, quorum cum X marcis aut XX marcis vnius marce redditus ac duarum reemere poterit, cum habuerit facultatem. Pro hiis redditibus posuit sibi dictam hereditatem, agrum et frumenta sua et pecora ac omnia bona sua vbicumque existencia. Ad ista idem Nicolaus Øve et Nicolaus filius suus ac Henneke Becker dictus Reper manu coniuncta pro defectu promiserunt.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1338, fol. 69. Beide Einzeichnungen sind getilgt. (1 = Juni 17. — 2 Am Rande steht: Hen. Hamme presens assensum dedit ad ista. — 3 L. geben wir für ein durchstrichenes C.)

Digitized by Google

1332. Juni 22. Warin. 5343.

Heinrich, Thesaurarius zu Schwerin, bekennt als Procurator des Lübischen Dom-Capitels, dass der Streit des Letzteren mit Otto von Zernin wegen des Dorfes Gross-Görnow gänzlich beigelegt ist.

Nos Hinricus thesaurarius ecclesie Zwerinensis, procurator ecclesie Lubicensis in hac parte, Otto de Cernin ejusque heredes publice profitemur, quod controuersia inter ecclesiam Lubicensem et nos Ottonem dudum habita super villa Maiori Gornowe totaliter est sopita sub hac forma, puta quod dicta ecclesia Lubicensis dictam villam Gornowe cum omni iure ac iuris integritate, cum pachto, cum pratis, pascuis, molendinis, riuulis, agris cultis et incultis ac omni seruicio, vecturis curruum retinebit, dictus vero Otto ac sui veri heredes in dicta villa Gornow viginti duarum marcarum redditus in certis mansis singulis annis sequenti die Martini percipiet, nec intromittet se de lignis nec de iuribus dicte ville, sed gaudebit suo priuilegio, quod ab ecclesia noscitur habere Lubicensi, et remanebit ius sibi saluum iuxta continenciam priuilegii antedicti temporibus prefuturis. Jnsuper, si dictus Otto litteras aliquas super precaria dicte ville habuerit, quidquid per eas docere poterit, absque contradictione retinebit, expensas vero ecclesia Lubicensis in lite cum eodem Ottone factas omnino relaxauit. Prelibatus vero Otto ac sui heredes dictam ecclesiam Lubicensem in predicta villa Gornow de cetero non impediet nec in aliquo infestabit, sed permittet dictam ecclesiam gaudere iure suo. Omnia vero supradicta Otto et sui veri heredes sub pena excommunicacionis late sentencie promiserunt et seruare promittunt inconuulsa. Acta sunt hec in opido Warin, presentibus discretis viris et armigeris Alardo de Cernyn, Conrado et Bernardo de Plesse fratribus, quorum sigilla cum nostris presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXX. secundo, feria secunda infra octauas corporis Cristi.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen 5 Pergamentstreifen. Jedoch trägt nur noch der fünfte ein Siegel. Es ist schildförmig, aus rothem Wachs und zeigt einen rechtshin schreitenden Stier; Umschrift:

——ARI . D. PLA——

1332. Juni 24. Malchow. 5344.

Eckhard Hahn, Ritter, und Henning von Gerden, Knappe, verkaufen dem Kloster Malchow 12 Mark Hebungen aus dem Cölpin-See.

Vniuersis, ad quos presencia peruenerint, tam presentibus quam futuris, nos Echardus Hane, miles, et Henninghus de Gherden, famulus, publice reco-

Digitized by Google

gnoscimus protestando, quod ex maturo consilio et vnanimi consensu vendidimus rite et racionabiliter honorabili viro domino Bodoni preposito sanctimonialium in Malchowe suoque conuentui ibidem iuste empcionis tytulo duodecim marcarum redditus in aquis Colpin nuncupatis iure vasallico, sicut nostri predecessores antea, nos autem postea hucusque quiete possidebamus, libere in perpetuum possidendos, ita quod nichil iuris nec aliquis alter nobis reseruauimus redditibus in eisdem. Predictos uero redditus ad manus dicti prepositi suique conuentus coram domino . . pheudi Johanne domicello de Werle libere et uoluntarie resignauimus oreque manu. Jn cuius rei testimonium presens scriptum dedimus nostris sigillis firmiter roboratum. Datum in claustro Malchowe, anno domini M° CCC° trecesimo secundo, ipso die beati Johannis baptiste. Testes huius uendicionis sunt: dominus Baroldus Gamme, miles, Jacobus de Werle et Hinricus Sandowe, famuli, et alii fide digni.

Nach dem Original im Archive des Klosters Malchow. Die Siegel fehlen an den aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen. — Gedruckt bei Lisch, Hahn. Urk. II, B, S. 7, mit der fehlerhaften Jahreszahl 1302, und früher bei Schröder, P. M. S. 1125. — Vgl. Urk. vom 16. März 1339.

1332. (Ende Juli.) Rostock. 5345.

Die Vorsteher der Petrikirche zu Rostock verkaufen aus 2 Buden der Kirche eine Rente an Adelheid Mangold als Leibrente für ihre Töchter, die Nonnen Hille und Adelheid.

Johannes Bertrammesson ac Johannes Rouer senior, prouisores ecclesie beati Petri, cum consensu omnium parrochialium vendiderunt domine Alheydi Manegoldesschen et suis duabus filiabus, sanctimonialibus Hillen et Alheydi, decem marcarum redditus pro C marcis denariorum in duabus bodis sancti Petri apud cimiterium ipsius sitis, quatuor anni temporibus erogandos, qui quolibet festo beati Michaelis redimi debeant pro C marcis, quando vnus alteri ad quartale anni predicet. Hos vero redditus dicte moniales ad tempora vite sue tollent et habebunt; quibus rebus humanis exemptis, dicti redditus ad fratrem suum deuoluentur, aut vna defuncta, tunc V marcarum redditus semper ad ipsum decline[n]t, et heredes ad ius respondent ciuitatis. Et si in dictis bodis defectum sustinerent aliqualem, tunc prouisores, qui pro tempore fuerint, de aliis redditibus sancti Petri vbicunque habitis refundent.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1324 — 1335, fol. 178. Getilgt.

Digitized by Google

1332. Aug. 24. 5346.

Konrad, Berend und Reimbern Gebrüder von Plessen verkaufen an Heinrich Körneke, Bürger zu Wismar, eine jährliche Rente aus Triwalk.

In nomine domini. Amen. Johannes tercius dei gracia dominus[1] [de Werle vniuersis] Christi fidelibus presencia visuris sev audituris salutem in domino sempi[ternam. Quoniam] omnia, que fiunt in tempore, simul transeant cum eodem, nisi [testimonio fidelium] roborentur et firmo karactere litterarum: noscat igitur [reuerenda nacio] presencium et felix successio futurorum, quod nos plena [voluntate et maturo] nostrorum fidelium consilio vendidimus racionabiliter, dimisimus [ac dimittimus] per presentes honorabili viro domino Erduano preposito ac se[nctimonialibus monasterii] Dobbertinensis stagnum Drewitze cum aliis stagnis seu a[quis adiacentibus], videlicet hec stagna: in Kremon, Malkeuitze et Krasitze, [cum omni libertate] et fructu, sicut nos predicta stagna dinoscimur habu[isse; tali condicione] interiecta: si aliquis aut aliqui interficerentur in predictis a[quis vel super] glaciem et ad terram nostram confugerit occisor sev interfec[tor, hoc noster] iudicabit advocatus, et medietatem illius excessus p[repositus et sanctimoniales] predicti habebunt, alia medietate nobis et nostris he[redibus ac legittimis] successoribus reseruata. Si [quis] autem in aquis predictis [violenter piscari vellet], aut si cuiquam piscatura locata esset, si tales nollent [inpignorari pro vero] censu aut iusto excessu, si refugium ad terram capian[t et ibidem a famulis] monasterii, prepositi aut sanctimonialium predictorum winerentur [vel interficiantur, de tali] excessu sev excessibus nos aut nostri heredes ac official[es nostri, aduocati seu] famuli, nichil omnino capiemus, sed prepositus et sanctimoniales sepe[dicti totaliter obtinebunt, nec] ipsi et famuli eorum ex hoc dampna aliqua sustinere deben[t nec offensiones aliqu]ales. Hec predicta stagna sev aquas nos et nostri succ[essores tueri et defendere debem]us et affectamus tamquam nostra, quia cum tali p[ecunia, pro qua huiusmodi aquas] vendidimus, terram nostram Stouenhagen et cast[rum pro summa pecunie v]alde magna longo

Digitized by Google

tempore obligatum redimeramus. Te[stes huius nostre racionabilis] vendicionis sunt nostri fideles: Ludolfus Dessyn, Nycolaus Hane, [Henricus Nortman, milites,] Nicolaus de Lobeke, Conradus Wnko, Wernerus Pramule et Bar[oldus de Wotzsten], famuli, et Johannes Raceborch, noster officialis, Rauen de S[pecken et quam plures] alii fide digni. Jn cuius evidenciam pleniorem nostrum ma[ius sigillum] presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro Go[ltberch, anno] domini M° CCC° XXXII°, ipso die sancti Martini episcopi et conf[essoris].

Nach dem sehr defecten Original im Archive des Klosters Dobbertin. Die angegebenen Ergänzungen sind einer beglaubigten Abschrift des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin entnommen, welche aus dem Original mit anhangendem fürstlichem Siegel angefertigt ward. Neben dieser lateinischen Ausfertigung gab es auch eine deutsche, die jetzt nur noch in einer vom Original mit anhangendem fürstlichem Siegel genommenen Abschrift aus dem 16. Jahrhundert vorliegt. Sie stimmt dem Inhalte nach mit der lateinischen überein. Im Eingange finden wir jedoch statt der sehr auffallenden Bezeichnung: [1]„Johannes tercius dei gracia dominus“, die üblichere: „Wy Johan, van der gnade gades iunckhere v. W.“ — Vgl. Nr. 5370.

1332. Novbr. 11. Goldberg. 5370.

Johann III., Fürst von Werle, verkauft dem Kloster Dobbertin das Eigenthum von 13½ Hufen in Lexow, sowie von den Seen bei Drewitz, Kramon, Malkwitz und Kraz.

In nomine domini. Amen. Johannes tertius dei gratia dominus de Werle omnibus Christi fidelibus presentia visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Quoniam omnia, que fiunt in tempore, simul transeunt cum eodem, necesse est, acta hominum testimonio fidelium roborari et firmo caractere literarum. Noscat igitur reuerenda nacio presentium et felix successio futurorum, quod nos matura voluntate et pleno nostrorum vasallorum consilio prehabito rationabiliter vendidimus, dimisimus ac presentibus libere dimittimus honorabili viro domino Erduano preposito et conuentui sanctimonialium in Dobbertin tredecim mansos cum dimidio in terminis campestribus ville Lexowe sitos cum omni iure, proprietate, vtilitate, vsufructu et libertate, provt ipsos dinoscimur liberaliter possedisse, videlicet cum agris cultis et incultis, campis, viis et inuiis, pratis, pascuis, paludibus et cespitibus, lignis, siluis, nemoribus et rubetis, aquis, aquarum decursibus, et cum omni iudicio maiori et minori et cum precaria denariorum et annone et ali[i]s, quocunque nomine censeantur, cum denariis nummismatis tabernarum et domuncul[a]rum, que kothen dicuntur, et cum omni decima minuta, ita quod tales mansi predicti et eorum possessores ab omnibus seruiciis castrensibus et vectigalibus ac poncium et vrbium exstructionibus et generaliter ab omnibus oneribus et angariis totaliter liberi esse debent et exempti nobis aut nostris heredibus vel successoribus faciendis, sed cum omnibus his tenebuntur

Digitized by Google

inantea monasterio Dobbertinensi, preposito et sanctimonialibus ibidem, nisi quod ad communem terre defensionem, que lanndtwehre dicitur, cum euidenter necessaria fuerit, requisito preposito tantummodo teneantur, ad quam solum famuli prepositi et monasterii Dobertinensis et non alii ipsos villanos euocabunt. Nos etiam nostrique heredes et successores predicta bona et eorum possessores grauando nullatenus intrare debemus, nec aliquam iniacentiam ibidem faciemus, similiter nec nostri officiales, aduocati, vasalli et famuli, gratie nostre sub optentu. Nos quoque vno et eodem tempore cum prefatis mansis vendidimus et dimisimus preposito et conuentui memoratis in vsum monasterii Dobertinensis aquas infrascriptas, scilicet stagnum Drewitze cum aquis adiacentibus, stagnum Cremon, stagnum Malkeuitze et stagnum Crasitze cum omni iure, proprietate, vtilitate, vsufructu et libertate, sicut nos et nostri progenitores liberalius habuimus et habere poteramus, vna cum mansis et bonis adiacentibus et eorum pertinenciis vniuersis, perpetuis temporibus pacifice possidendas; tali conditione apposita: si casu vel euentu aliquis vel aliqui in iam dictis aquis seu glaciebus vel super eas per interfectiones et occ[i]siones interirent et expirarent et talis interfector seu interfectores fugiendo ab huiusmodi aquis ad terram nostram venirent, tales excessus nostri aduocati iudicabunt, medietatem ipsorum nobis vel nostris heredibus seu successoribus reseruando et reliquam dimidietatem preposito et conuentui ecclesie Dobbertinensi[s] in vsus eorum ministrando; si autem aliquis vel aliqui ausu temerario in dictis aquis piscaturas vellent exercere violenter, vel qui repugnarent se impignorari pro debito censu dictarum aquarum et piscature, vel recusarent detineri seu impignerari legittime pro excessu, si tales rebelles a familiaribus et commissariis prepositi et monasterii Dobbertinensis seu conuentus ibidem vulnerarentur et interficerentur, occ[i]sionem huiusmodi, detentionem seu impignorationem in his excessibus nos nostrique heredes et successores, officiales, aduocati et vasalli, famuli seu alii quicunque nostri commissarii nihil habere debemus, nec ratione talium excessuum contra prepositum, monasterium et conuentum vel eorum familiares commissarios aliquos processus iudiciales faciemus, nec eisdem proinde vllas molestias inferemus. Cum autem dictus prepositus et sanctimoniales emendo mansos predictos cum aquis antedictis nobis non modicum subsidium fecerint ad redimendum castrum et terram nostram Stauenhagen dudum pro magna pecunie summa obligatam, ideirco dictum monasterium, prepositum et personas atque bona eorum singula et vniuersa ab omnibus nociuis insultibus tanquam nostra(m) viriliter defendere et tueri nos bonanimo astrinximus ac omnes nostros heredes et posteros requirimus ad hoc idem faciendum beneuole et indefesse. Vt autem hec nostra rationabilis et grata venditio stabilis maneat et firma, presentem paginam cum nostri maioris sigilli munimine ex certa nostra scientia duximus roborandam. Testes huius sunt: nostri fideles et dilecti Ludolphus Dessyn, Nicolaus Hane, Henricus Northman, milites, Nicolaus de Lobeke,

Digitized by Google

Wernerus Pramule et Baroldus de Wozsten, famuli, atque Johannes Raceborch, officialis, et Rauen de Specken, noster aduocatus, et quam plures alii prouidi et honesti. Datum in castro nostro Goltberch per manus Johannis Sterneberch, nostri notarii, sub anno domini millesimo tricentesimo trigesimo secundo, ipso die sancti Martini episcopi et confessoris.

Aus einer im Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen, von dem Original genommenen flüchtigen Abschrift des 16. Jahrhunderts, und aus einer ebendaselbst aufbewahrten, derselben Zeit angehörenden besseren Abschrift des vom Fürsten Balthasar von Werle unter dem Datum „Gustrow, anno domini 1404, feria IV. infra octavas ascens. domini", ausgestellten Transsumpts. (Diese geben: alias, domunculorum, occasiones, -nem.) — Die (Original-)Urkunde verzeichnet Clandrian, Dobbert. Reg. Nr. 231. — Vgl. Nr. 5869.

1332. Novbr. 11. Wismar. 5371.

Heinrich Kadow, Rathmann zu Wismar, verpflichtet sich den Vorstehern zu St. Marien daselbst, Heinrich Hogewarde und Johann Drückepenning, zu einer Brennholzlieferung.

Dominus Hinricus Kadowe tenetur ad fornacem laterum ecclesie beate virginis ligna duarum fornacium, infra pentecosten et natiuitatem sancti Johannis soluenda Hinrico Howarden et Johanni.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen Martini 1332.

1332. Novbr. 24. 5372.

Werner und Dietrich Mann, Ritter, und Werner's Söhne Henning und Gebhard verkaufen ihrem Schwager Berthold Swartepape, Vogt zu Plau, 3 Hufen in Schlemmin, mit Vorbehalt des Rückkaufs innerhalb 4 Jahre, nach deren Ablauf sie ihm die Lehnwahr und die Ueberlassung von 2 andern Hufen daselbst verheissen.

Nos Wernerus et Tydericus dicti Man, milites, Hennigus et Gheuehardus filii dicti domini Werneri, congnominis eiusdem, innotescere cupimus vniuersis, nos ex consensu requirendorum ac nichilominus bona voluntate Bertoldo dicto Swartepape, aduocato in Plawe, nostro swagero dilecto, et suis veris heredibus tres mansos in villa Zwemmin sitos cum omni vtilitate et fructu, vti hactenus possedimus, dimisisse. Recepimus vero quinquaginta quinque marcas (monete) Lubicensis monete in restaurum resignacionis huiusmodi in promto et numerata pecunia ab eisdem; isto saltim intermixto: si nos vel nostri liberi pretextos mansos reemere decreuerimus pro eadem pecunia, hoc in quat[u]or annis

Digitized by Google

inmediate fieri oportebit nunc venturis, quod si fecerimus, attamen dicti pactum illius anni tollent; si autem tempus iam notatum absque reempcione nostra preterierit seu nostrorum, extunc dictus Bertoldus Swartepape et sui dictos mansos sine inpeticione nostra libere et perpetue possidebunt. Promisimus eciam dictis fidetene (!) et presentibus promittimus, omnia ad pheodi iuris concessionem spectancia disbrigare et fixos mansos fore sine inpeticione quorumcunque warandare. Et si non reemerimus in termino 4^{or} annorum, ut dictum est, tunc pro aliis duobus mansis nobis in eadem villa pertinentibus libere et perpetue possidendis quadraginta quinque marcas dict[e] monete tacta erogabunt. Jn cuius rei testimonium nos Wernerus et Tydericus, milites, Hennigus et Gheuehardus filii dicti domini Werrneri, dicti Man, nostra sygylla, sub anno domini M° C° C° C° XXX. secundo, Katerine in vigilia, presentibus sunt annexa. Testes sunt quam plurimi fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen 4 schildförmige Siegel mit einem rechtsgekehrten Eberkopfe, wie es scheint, mit aufgesperrtem Rachen und grossen Hauern; die Umschriften lauten:

1) ✠ S'. ꝯhɑWɑh..DI . MꝛR.
2) ✠ S'. DⅮI . WɑRRɑRI † ꝎR +
3) ✠ S'. ThIDɑRICI . [Ꝏ]R . ꝎILITIS .
4) ✠ S ....LVꝎ . .....

— Gedruckt bei Lisch, Berichtigung S. 35.

1332. Novbr. 25—30. Wismar. 5373.

Die Wittwe des Bürgermeisters Berthold Dietrichs (Borgermester) zu Wismar vermiethet ein Erbe und verpachtet Acker.

Domina Margareta burgimagistra locauit et perhurauit Lvdekyno Rodehot et Vikkoni de Bukowe hereditatem lapideam cum omnibus attinenciis, sicut iacet in platea fabrorum, pueris domini Bernardi Klumpsiluer pertinentem, cum XXVII iugeribus nunc cum dimidia lesta siliginis seminatis, abhinc vltra ad IIII^{or} annos, quemlibet annum pro XVII marcis Lubicensibus et IIII^{or} bobus papulandis (!). Hiis IIII annis euolutis, dictum agrum tam bonum, ut nunc est, et ita bene seminatum representabunt. Due bode dicte hereditati annexe sunt excepte. Dictos redditus dabunt quolibet festo Michaelis expedite. Si vno anno vel duobus non soluerent redditus, extunc vltra soluent aliis annis ipsos redditus, antequam deferantur fructus de agris memoratis.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs fol. 42, eingetragen zwischen Katherine und Andree.

Digitized by Google

1332. Novbr. 26. Lauenburg. 5374.

Erich, Herzog von Sachsen-Lauenburg, überträgt auf seinen und seiner Gemahlin Todesfall das Patronat der Vicarei in der Kirche zu Neu-Gamm auf den Bischof von Ratzeburg.

Nos Ericus dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie recognoscimus et notum facimus in hiis scriptis, quod ius patronatus in perpetua vicaria, quam instauravimus in ecclesia Nova Ghamme et quam dominus Marquardus presbyter dictus Rike ad procuracionem nostram nunc habet, nobis et uxori nostre dilecte domine Elyzabeth reservavimus; nobis ver[o][1] dictaque domina uxore nostra dilecta mortuis, apud heredes nostros huiusmodi ius patronatus non debebit manere, sed qui [pro][2] tempore episcopus Raceborgensis fuerit, dictam vicariam, quocienscunque et qua[ndo]cunque[3] vacaverit, conferre poterit et debebit. Jn cuius rei testimoni[u]m sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Testes huius sunt: discreti viri domini Olricus, rector ecclesie in Lovenborch, Johannes de Soltowe et Hermannus, perpetui vicarii in Lovenborch et capellani nostri, et Luderus, clericus et notarius noster. Datum Lowenborch, anno domini millesimo CCC. tricesimo secundo, feria quinta proxima post diem beate Katherine virginis.

Nach der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urk.-Sammlung II, S. 84, aus dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz, welches an einem Pergamentbande das Reitersiegel des Herzogs Erich mit nur zum Theil erhaltener Umschrift trägt. (Doch giebt jener Abdruck: [1] vere, [2] pro: fehlt, [3] quamcunque.)

1332. Novbr. 30. 5375.

Hermann von Züle verkauft dem Müller Henning seine Windmühle, zu Schmachthagen und Klockenhagen gelegen, mit Haus, Hof und Acker, mit dem Genussbrauch von Weiden, Wiesen, Wassern und Holzungen gemeinschaftlich mit den Bauern von Schmachthagen und Klockenhagen und mit dem Mahlzwange derselben beiden Dörfer, für 700 Mark und eine jährliche Erbpacht von 6 Mark Rostocker Pf.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Hermannus Züle, armiger, salutem in domino sempiternam. Quoniam omnium habere noticiam seu recognicionem potius sit diuinitatis quam humanitatis, hinc est, quod de maturo consilio meorum prouidorum amicorum et proprio arbitrio, quoque meorum verorum heredum, Henningo molendinario vendidi molendinum meum volatile, dictum wintmolen, cum sua domo et area et agro adiacente situm ad Smachthagen ac Klockenhagen, pro septuaginta marcis, quas michi per-

Digitized by Google

soluit, rite et racionabiliter, ita videlicet, quod Henninghus et sui heredes necnon successores michi et veris heredibus ac successoribus in perpetuum de molendino et domo et area et agro quolibet festo Nicolai sex marcarum redditus Rostoccensium denariorum dabit expedite. Preterea Henninghus nullum seruicium faciet uel precariam dabit et sui posteri de molendino pretaxato. Jnsuper Henninghus vias ad molendinum, quas ego Hermannus habui, libere obtinebit. Ceterum Henninghus predictus communem participacionem cum colonis inhabitantibus indaginem Smachthagen et Clockenhagen in pascuis, pratis et aquis habere dinoscetur. Jtem, si Hermannus uel sui heredes colonis in Schmachthagen et Clockenhagen ligna vel sespites ex iure uel gracia dederit seu vendiderit, quicquid ad dimidium mansum in lignis et sespitibus pertinere videtur, ad molendinum et ad Henninghum et suos sequaces sorte largietur. Preterea ego Hermannus et mei heredes cum mea annona ex mea curia cum colonis indaginis Smachthagen necnon Clockenhagen et mei successores mee curie molendinum pretaxatum visitabo, quoque perpetue debeam molendinare cum eodem de curia mea, dando mensuram dictam matten, sicut dant et coloni. Ceterum, si defectus venti oritur, habentes annonam super molendino sine aliquo excessu ducent ad aliud molendinum illa reysa. Preterea eundem Henninghum promouebam ad habendum hospites extraneos dictos vtmalgheste, vbicunque valeo, et in suis hospitibus eundem non molestando. Jnsuper, si Henninghus molendinum vendere decreuerit et sui heredes michi et meis heredibus ad emendum primitus prebet, si extunc emere [n]oluero, Henningus vendet vni probo vir[o], illi emptori molendinum teneor resignare. Jn molendino ego Hermannus nil optineo et mei successores et area et domo et agro, nisi sex marcarum redditus cum iudicio. Jnsuper vnus meorum fratrum de Zulen, qui primitus Ribbenitze venerit uel quem Henninghus alicubi habere poterit, sibi dabit Henningho priuilegium simile huic priuilegio super molendinum et domum et aream ac agrum, suo sigillo sigillat[u]m. Ne quis hoc factum in posterum infringere valeat, presens scriptum [inde] confectum appensione mei sigilli robora[ui]. Testes huius facti sunt: Conradus Schonebecker, Hermannus Albus, Johannes Putenisse, Nicolaus Lucow, Wolcmarus de Molendino, Conradus Benekenhagen, Johannes Borchardi, Tidericus Luscus, consules Ribbenitz ciuitatis, et quam plures fide digni. Actum anno domini M° CCC° XXXII°, die Andree apostoli gloriosi.

Nach dem Diplomatarium Ribnitz., Fragm. Wismar. Vgl. Nr. 4174. — Die vorstehende Urkunde beweist, dass das Dorf Schmachthagen, welches mit Klockenhagen zusammen am 20. Jan. 1339 in den Besitz des Klosters Ribnitz überging (s. u.), unmittelbar bei Klockenhagen belegen war. Es muss sehr früh untergegangen oder mit Klockenhagen zusammengezogen sein. In den Acten kommt es weiter nicht vor. Aber nach einer Mittheilung des Amtsverwalters Lönnies zu Ribnitz äusserte die Schulzenfrau zu Klockenhagen 1864, dass ihr Vater ihr gesagt habe, auf dem Schulzenacker nördlich von Klockenhagen habe früher eine Windmühle gestanden, und östlich davon am Bache habe derselbe noch die Fundamente einer Kirche oder einer Capelle gesehen.

Digitized by Google

1332. Novbr. 30. Wismar. 5376.

Marquard von Hagen verkauft dem St. Johannis-Kloster zu Lübek alle Dienste, welche ihm bisher von vier Hufen im Dorfe Küssow zustanden.

Ego Marquardus de Jndagine dictus recognosco tenore presencium publice protestando, me deliberato animo meorumque amicorum, heredum ac proximorum maturo consilio et consensu rite ac racionabiliter vendidisse, coram domino nostro domino Alberto Magnopolensi et coram domino Johanne milite de Plesse dicto publice resignando, abbatisse ac conuentui monialium in Lubeke et discretis viris antiquo Jacobo, Jacobo sartori, Gerardo apud valuam et Johanni Egghardi, villanis in villa Kusowe, omnia seruicia, tam minora quam maiora, michi ac meis proximis et heredibus in quatuor mansis, in dicta villa Kusowe sitis, quos prenominati villani colunt, pertinencia siue nobis in eis competencia, pro XX marcis denariorum Lubicensium michi integraliter persolutis, ita quod nulla genera seruiciorum michi aut meis proximis et heredibus reseruo mansis in eisdem. Dicti tamen emptores michi et meis veris heredibus plenam dederunt et liberam facultatem, quod dicta seruicia de festo Nicola[i] nunc proximo ultra ad decem annos immediate ac continue subsequentes et in nullo alio ante uel post tempore, in vltimo anno predicti termini, quod est in decimo anno, pro XX marcis eiusdem monete prompte persoluendis ab abbatiss[a] et conuentu(i) et eorum heredibus reemere possumus libere et quiete. Si vero in eodem tempore dicta seruicia reempta non fuerint, extunc dicta seruicia dictis villanis, sicut ea a domino Magnopolensi habui, iusto empcionis tytulo pertinebunt. Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo auunculi mei Helmoldi de Plesse presentibus est appensum. Datum in opido Wismer, anno domini M°CCC°XXXII°, in die beati Andree apostoli.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek III, 76, aus dem älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters zu Lübek, fol. 68*. — Vgl. Bd. II, Nr. 726, und 1334, Febr. 24.

1332. Novbr. 30 — Decbr. 6. Wismar. 5377.

Bördeke auf der Grube und Lefhard, Bürger zu Wismar, verbürgen sich für Heine, den Hofmeister zu Redentin.

Børdeke super fouea et Lefhardus tenentur manu iuncta Thidemanno Kraghen et ad vsum suum Alberto Wulfardi XXX marcas Lubicensium denariorum proximo Michaelis soluendas. Ad iussum vnius eorum exscribendum. Magister curie de Redentyn frater Heyno eripiet indempnes Børdekynum et Lefhardum in hac parte.

Digitized by Google

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen 1332 zwischen Andree und Nicolai. (29. Juni 1345 war „Heyno magister curie in Verpen“.)

1332. Decbr. 1. Güstrow. 5378.

Johann II., Fürst von Werle, vergleicht sich mit dem Dom-Capitel zu Güstrow über die Opfereinkünfte in der Frohnleichnams-Capelle zu Güstrow.

In ghodes namen. Amen. Wi Johan, van der gnade ghodes here to Werle, bekennen vnde betughen openbar in dessen breuen, dat wi mit berademe mode vnde mit ghodeme wille[n] vnghetwnghen mit vnsen leuen domherren vnde dem ganzen capittele to Gustrowe vmme de capellen to Gustrowe, dar dat sacramentum is, vnde vmme de almissen, de dar gheoffert sin, up en dreghen in desser wis, de hir na screuen steyt. To dem ersten male, wat dar gheoffert is wan in dessen dach, wor dat an is, dat hebben se to vns ghelaten, dat wi en also vele daraf gheuen vnde volghen laten, also vnse gode vnde gnade towised. Wat ouer na desme daghe mer gheoffert wert in der suluen capellen oder buten to dem sacramente, dat si in blocken, in dat graf, vppe de tafelen, oder wor dat anders vp si, dat si golt, suluer oder pennighe, was, brot, ber, [o]der leuendich oder vnleuendich, oder in welken stucken dat si: in al dessen dinghen scolen de domhern hebben dat drudden del ane werre; van den twen delen, de dar ouer sin, wil wi vnde vnse eruen tughen twe vicarie[n], myn oder mer, to der capellen. De vicarie scole wi vnde vnse eruen lygen nv vnde iummer mer, vnde de vicarii scolen wesen vnder dem horsum des prouestes van Gustrowe; de vicarii scolen ok vmbebunden wesen to dem chore to Gustrowe, men in ver tyden des iares, wan men vnse elderen begheyt. Vortmer, we dar missen sincht oder lest in der capellen, wat uppe dat altar vnder misse offert wert, dat si, wat dat si, dat scal der domheren aleyne wesen. Wlde wy ok oder vnse eruen na den vicarien van dessen almissen oder van den vnsen ene prouene maken, de scole wi vnde vnse eruen eweliken vnde iummer lyghen, den scolen se nemen to eneme canoneke like eneme anderen, vnde scal wesen vnder dem horsem des dekenes. Vortmer, were, wy willen to der capellen predeghen laten, des scole wi macht hebben. Ouer dessen dinghen hebben ghewesen vnde ghedeghedinghet her Wluinch Oldenborch vnse ridder vnde marscalch, Johan van Gustrowe, Mychael vnse scriuere, olde Haselowe, Thideric vnde Herman Dystelove, Albert Boytin, vnse ratman van Gustrove. Dat desse dinc stede vnde vast bliuen, so hebben wi dessen bref ghevested myt vnsen ingheseleghe (!), vnde is ghescreuen to Gustrowe in deme dome, na der bort godes dusent iar drutteynhundert yar twevndedruttich yar, des neghesten daghes sunte Andreas, des hilghen apostoles.

Digitized by Google

Nach dem Diplomatar des Dom-Collegiatstifts Güstrow, fol. 46, Nr. LVI. Ebendaselbst fol. 55 findet sich eine lateinische Ausfertigung mit angehängter Bestätigung des Bischofs Friedrich von Camin vom 24. Octbr. 1333 (s. n.). Diese lateinische Ausfertigung scheint auf Grund jener obigen deutschen gemacht zu sein; sie lautet:

In nomine domini. Amen. Nos Johannes dei gracia dominus de Werle presentibus recognoscimus lucidius et testamur, quod nos animo deliberato et bona uoluntate cum honorabilibus uiris dominis Thimmone decano totoque capitulo ecclesie Gustrowensis, dyocesis Caminensis, super capella Corporis Christi in Gustrowe et oblacionibus, offertorio et elemosinis ibidem oblatis concordauimus in hunc modum infrascriptum. Primo, quicquid ibidem in capella predicta usque in hodiernum diem oblatum extitit, in quibuscunque rebus hoc fuerit, hoc totum dicti domini decanus et capitulum nobis commiserunt, ut nos ipsis de hoc tantum tribnamus, quantum nostra gracia exegerit et noluntas. Quicquid uero in posterum a data presencium in ipsa capella uel extra ad sacramentum ipsius corporis Christi a Christi fidelibus in truncis, tabulis uel consimilibus oblatum fuerit, siue in auro, argento, denariis, cera, pane, ceruisia, animalibus uiuis et mortuis, seu in quibuscunque rebus hoc constiterit, in hiis omnibus et singulis terciam partem optinebunt dicti domini decanus et capitulum perpetue sine briga; de duabus uero aliis partibus residuis nos et nostri heredes duas vicarias in dicta capella fundabimus, ad quas habebimus merum ius patronatus, et ad eas presentabimus ut ueri patroni personas ydoneas perpetuis temporibus et condignas. Et ipsi vicarii preposito obedient Gustrowensi, sed ad frequentacionem chori ecclesie Gustrowensis dicti vicarii astringi aliquatenus non debebunt, nisi in quatuor anni temporibus, in quibus nostrorum parentum memoria peragetur. Insuper, quicquid in ipsa capella super altaria infra missarum sollempnia fuerit oblatum, hoc ad predictos decanum et capitulum in perpetuum pertinebit. Ceterum, si nos uel nostri post fundacionem harum vicariarum de hiis elemosinis seu bonis nostris propriis prebendam unam in ecclesia Gustrowensi decreuerimus instaurare, hanc nos et nostri heredes persone digne conferre poterimus et eam ad ipsam dictis dominis decano et capitulo presentare, quam in ipsorum concanonicum prout alium recipient et in fratrem. Sepedictarum vicariarum et prebende collacio et presentacio, si que fundate fuerint, ad nos et nostros heredes in perpetuum pertinebit. Quemcunque eciam nos et nostri heredes ad predicandum uerbum dei in ipsa capella ordinauerimus, hunc admittent sepetacti domini iuxta nostrum beneplacitum, quando et quociens a nobis et nostris heredibus fuerint requisiti. Testes rei huius sunt: Wulueinghus Oldenborch noster miles et marscalcus, Johannes de Gustrowe et Mychael noster notarius, Hazelowe senior, Thydericus et Hermannus Distelowe et Albertus Boytin, consules nostri in Gustrowe. In huius euidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Gustrowe, anno domini M°CCC°XXX°II°, in crastino beati Andree apostoli.

Anm. Ueber die Verbrennung der Juden zu Güstrow, welche der Schändung einer Hostie beschuldigt wurden (1330), die Auffindung der blutenden Hostie und die Erbauung einer massiven Frohnleichnams-Capelle zu Güstrow s. Kirchberg, Cap. 179 und 180 (Westph., Cap. 177 und 178, IV, p. 833 — 836). — Vgl. Nr. 5250.

1332. Decbr. 29. 5379.

Ludolff, Bischoff zu Zwerin, verschreibt sich, das er Eghardo von Aluerstorpe bezalen soll vnd will, wass Jhm das Stifft pflichtig ist vnd wass er redlich berechnen mag. Datum 1333., im tage S. Thomæ von Kancellenberghe.

Clandrian, Protoc. fol. 176*.

Digitized by Google

1332. Decbr. 29. Demmin. 5380.

Bugislav, Herzog von Pommern, bestätigt der Stadt Demmin das Patronatrecht über die Kirche zu Wotenick und die Stadtschule und schenkt ihr völlige Münzfreiheit.

Bugislaus dei gratia dux Slauorum, Pomeranorum ac Cassubie, princeps Ruganorum, — — dilectos nostros consules et communitatem civitatis Dymin in iure patronatus ecclesie Woteneke et beneficio schole civitatis eiusdem et in aliis ipsorum collationibus ad ipsos de iure pertinentibus nolumus nec debemus de certo sive cetero per aliquem modum impedire seu aliqualiter perturbare, sed ipsos in eorum iuribus et libertatibus quibuscunque antiquitus habitis omnimodo defendere — —. Actum et datum Dymin, anno domini 1333, ipso die Thome episcopi Cantuariensis.

Gedruckt bei Dähnert, Pomm. Bibl. V, S. 92. Ueber Wotenick, welches ursprünglich dem Stift Schwerin geschenkt war, dann aber im Besitze der Stadt Demmin unter pommerscher Landeshoheit erscheint, vgl. Bd. I, Nr. 100 (S. 97), 141, 149, 151, 202, 458, Bd. III, Nr. 2177.

1333. 5381.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, hebt dafür, dass der Abt zu Dargun mit Hülfe der Vasallen und Bauern des Landes Gnoien den verfallenen Damm vor Tessin auf der Landstrasse nach Gnoien wiederherstellen will, den Zoll auf diesem Damm auf.

Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus vniuersis presencia visuris vel audituris in domino salutem. Vniuersitati vestre volumus esse notum, quod, cum dudum in via publica de terra nost(e)ra Gnogen in Tessyn et e conuerso de Tessyn in terram Gnogen propter vie seu dammonis fracturam et omnimodam inequalitatem itinerantes diuersa impedimenta et sepius rerum suarum iacturam pertulissent, de discretorum nostrorum consilio vna cum vasallis dicte terre nostre Gnogen religiosum virum dominum Johannem tunc abbatem claustri Dargun valde instanter rogauimus multa prece, quatinus diuine remuneracionis nostreque promocionis ob respectum eiusdem vie vel dammonis inequalitates et defectus adiutorio vasallorum ac omnium colonorum terram Gnogen inhabitancium de nouo instaurare et per omnia bene reparare dignaretur. Idem vero dominus abbas talem ac tantum laborem subire recusauit, nisi nos prius cuiuscunque status aut condicionis homines cum curribus, equis aliisque rebus

Digitized by Google

suis per eundem dammonem transeuntes, prout antiquitus dinoscitur observatum, liberos a thelonei ac omnis exaccionis grauamine dimitteremus et solutos. Nos igitur incommoda vniuersorum et necessitates singulorum itinerancium sollicicius attendentes, prefatum claustrum Dargun cum omnibus fratribus ceterisque ipsius abbacie hominibus ac vniuersos et singulos cuiuscumque condicionis homines, quos memoratum dammonem ante Tessyn cum quibuslibet rebus vel bonis, ut premittitur, deambulare seu transire contingerit, a thelonei petitionis ac omnis exactionis grauamine omni tempore liberos esse et manere volumus in perpetuum et solutos. Prefatum nichilominus dominum abbatem de Dargun ac ipsius successores ad dicti dammonis vel vie reparacionem aut melioracionem futuris temporibus esse nolumus obligatos, graciarum actiones sibi pro iam facto referentes. Jn quorum omnium certitudinem et euidens veritatis testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo Johannis Molteken, aduocati nostri in terra Gnogen et Tessyn, Johannis de Britsekowe, Hermanni de Hakenstede, militum, Vickonis Molteken, eciam aduocati nostri in Gnogen, Erici de Lype ac Georrii Rumpeshaghen, famulorum et vasallorum nostrorum, presentibus est appensum. Datum anno domini millesimo CCC° tricesimo tertio.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An der Urkunde hingen 7 Siegel an Schnüren von grüner Seide und leinenen Fäden, von denen jedoch nur noch 5 vorhanden und welche alle zerbrochen oder sehr abgerieben sind:

1) das schildförmige Vormundschaftssiegel des Herzogs Albrecht mit dem Stierkopf, abgebildet zu Nr. 5056;

2) ein rundes Siegel: in einem rechtsgelehnten Schilde 3 Birkhähne unter einem rechtsgekehrten Helm mit 6 Federn; Umschrift ist abgerieben (Johann Moltke);

4) ein schildförmiges Siegel mit 18 Kugeln (Johann v. Britsekow); Umschrift:

✠ S' . ...SaaOWa . m.....

5) ein schildförmiges Siegel mit 2 aufgerichteten, von einander gekehrten Haken, wie das Siegel des Hermann Musteke vom 9. Jan. 1289, abgebildet zu Nr. 2000; Umschrift ganz abgerieben (Hermann v. Hakenstede);

6) ein zerbrochenes Siegel, von welchem nur noch ein Schild mit 3 Birkhähnen vorhanden ist (Vicke Moltke); das Siegel scheint rund gewesen zu sein und ist ein anderes als das des Vicke Moltke auf Diwitz an der Urkunde vom 6. Jan. 1339.

Diese Zeugen sind ohne Zweifel Vasallen des Landes Gnoien. Martin von Brützekow war 1273 mit Vorwerk im Lande Gnoien belehnt; vgl. Bd. II, Nr. 1266. Von den v. Lipe hat noch der Liper Kamp bei Gnoien den Namen; vgl. Wiggers, Geschichte von Gnoien S. 42.

Digitized by Google

1333. 5382.

Johann und Hermann Gebrüder Templin stiften eine Vicarei zu Waren.

Johannes et Hermannus fratres dicti Templinn vicariam in ecclesia beate Marie virginis in Waren dotarunt tribus mansis in campo Meltze[1] sitis; item apposuerunt 30 iugera agrorum, que iacent circa paludem dictam Mewenbrugk. Anno 1333.

Nach einer Registratur der Warenschen Kirchenbriefe vom Jahre 1574 (fol. 14: „hat der Burgermeister Caspar Lobis vom Radthanse gebracht") im Haupt-Archive zu Schwerin. [1] An anderer Stelle in den Warenschen Kirchen-Visitationsacten lautet in einer Regeste derselben Urkunde der Name Melitze; indessen ist der Buchstabe i von anscheinend späterer Hand wieder durchstrichen. Das Dorf Melitz ist in der Warenschen Stadtfeldmark (vor dem Neuen Thore) untergegangen. — Vgl. 1334.

1333. 5383.

Ein Jnstrument, darin Johannes Szokebandt vnd Margreta Knoppes gegeben dem Pastornn zu Warne[1] denn hoff auss dem Alten thor gelegen, bey Hennickes Schomakers hoff, Jedoch das sie Jres lebenss denselbigen muege besitzen. Datum 1333.

Nach einem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Verzeichnisse der Urkunden des Klosters Broda vom Jahre 1614 (Nr. 346). ([1] = Waren.)

1333. 5384.

Der Rath zu Rostock ersucht den Ritter Detlev Ropere, von der beabsichtigten Anlage eines Thurmes an der Trave auf dem Gebiete und an dem Hafen der Lübeker /turrim quandam in portu suo et in ipsorum proprietate supra Trauentam/ abzustehen, da er damit die Privilegien derselben verletze.

Diese undatirte Urkunde des Rostocker Rathes ist gedruckt im Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 611, nach dem Original auf der Treso zu Lübek. „Her Detlev de Ro'pere" kommt in des Grafen Adolf von Schauenburg Urkunde vom 30. Novbr. 1334 vor. S. oben Wismarsches Kämmerei-Register von Himmelfahrt 1332 — 1333 (Nr. 5336): „Versus Slaniam et Sowane ex parte domini nostri per dominum Wysen XXIIII s. in capite ieiunii (17. Febr. 1333). Versus Lybeke bis propter composicionem domini Ropere per dominos Kropelyn et Eghardum Walmerstorp XXX m."

Digitized by Google

(1333.) Wismar. 5385.

Die Rathmänner zu Wismar bezeugen, von Marquard Walmerstorp 25 Mark Lübisch, zu der Vicarie des Priesters Gottfried bi der Müren gehörig, erhoben zu haben.

Consules sustulerunt de Marquardo Walmerstorp XXV marcas Lubicenses de vicaria domini Godfridi de Muro.

Nach Schröders P. M. S. 1126.

1333. Jan. 2. 5386.

Gerslav von Walow, Pritzbuer von Karghow, Pritzbur und Dubislav von Kelle verkaufen dem Kloster Malchow ihre Hebungen aus dem Kölpin-See und den Aalfang von den Grenzen der Stadt Malchow bis über das Dorf Jabel hinaus.

Nos Ghersclaw de Walow, Pryscebur de Karghow, Pryscebur de Kelle, Dubesclaw morans ibidem pupplice recognoscimus in his scriptis, vbicunque fuerint recitata, et lucidius protestamur, quod nos de maturo consilio omnium amicorum nostrorum et de nostra voluntate beniuola omnes nostros redditus, quos actenus manu coniuncta simul habuimus, videlicet in aquis, que Colpin vocantur, verum eciam in fune agwillarum, id est alrep, que inquam aque a terminis aquarum ciuium in Malchow principantur et vltra uillam, que Jabel dicitur, finiuntur, ita omnimode, quod eciam in illis redditibus iam dictis nichil penitus nobis quidquam iuris reseruauimus, sed illos unanimiter iusto empcionis tytulo absque vllo seruicio perpetue vendidimus domino Bodoni preposito sanctimonialium in Malchow totique conuentui ibidem pro C marcis et VI marcis sclauicalium denariorum, quos in parato nobis et immediate rationabiliter persoluit expedite. Ne ergo hec uendicio a nobis et a nostris heredum successoribus infringatur, presens scriptum supradictis nostris sigillis (!) munimine dedimus roboratum. Testes uero huius sunt: Copeke de Werle, Gotmarus de Retsow, Conradus de Moryn, Henricus de Cyresow, Crywizce, Gherardus Pape, Prysceko de Grabenisze, Hinricus et Hen. fratres dicti Priscebur de Poppentyn, Heyne de Gerden, Rogentyn de Dambeke, famuli, Henneke Dusterwolt, Vicke Dambeke, Wllekinus Ditmari et Wllekinus de Walow, consules in Malchow, et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini M° C° C° C° XXXIII°, in octaua sancti Stephani prothomartiris.

Digitized by Google

Nach dem Original im Archive des Klosters Malchow. Angehängt sind 4 Pergamentstreifen, von denen jedoch 3 abgerissen sind, und nur der zweite erhalten ist; derselbe trägt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel mit einem hoch hinaufgerückten, vorwärts gekehrten Helm, welcher an jeder Seite ein mit 3 Federn besticktes halbes Rad trägt, oder welcher an jeder Seite einen Flügel hat, der an dem Helme mit einem halben Rade belegt ist; der untere Theil des Schildes ist mit Zweigen belegt; Umschrift:

✠ S'. [P]RISCIBVR

Ueber die Siegel und das Wappen der v. Pritzbuer vgl. 21. Octbr. 1346, 16. Febr. und 7. März 1347, und Lisch in Jahrb. XXXIV, S. 250 flgd. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 1129.

1333. Jan. 16. Wismar. 5387.

Johannis von Plesse, ritters, zeugnussbrieff, welcher gestalt er zwischen dem Bischoffe zu Zweryn vnd Henneken von Bulow mundtlich gehandlet habe, alss das gemelter Henneke von Bulow vom hern Bischoffe solte haben vier tausent Mk. Lüb. vor die einlosung der Vogtey, Hauses vnd Stadt Butzow. Wegen 3000 Mk. solte er vff ihn sehen, dafür er ihm solte gesetzt haben das Hauss Mucelmow[1] mit dem anligenden dorffe. Vor 800 Mk. solten ihm Godfridi von Bulowen guter gesetzt werden; die vbrigen 200 Mk. habe der Bischoff ihm, Plessen, zugestelt. Das dessfalss am Bischoffe kein mangel gewesen. Datum Wismar 1333., sabbatho post octauas epiphaniæ domini.

Clandrian: Protoc. fol. 52*, mit der Bemerkung: „Hiran ist Plessen Sigel.“ — Vgl. Nr. 5350 und 5357, 1333, Juni 11 und Decbr. 28. — ([1] = Müsselmow.)

1333. Jan. 21. Wismar. 5388.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bezeugt, dass die Gebrüder Klingenberg dem Rathe in Gadebusch zu der Vicaret im Heil.-Geist-Hause daselbst 3¼ Hufen in Löwitz aufgelassen haben.

In nomine domini. Amen. Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargard. et Rozstok dominus vniversis Christi fidelibus presentia visuris vel audituris salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod in presencia nostra constituti dilecti nobis Thydericus, Thomas, Johannes et Arnoldus fratres dicti Clinghenbergh, ex parte eorum ac omnium heredum eorum, quorum interest vel interesse poterit, consensu(s), dimiserunt et resignauerunt consulibus in Godebutze ex parte vicarie eorum dotate et locate in domo sancti Spiritus ibidem, cuius dicte vicarie consules pretacti ius

Digitized by Google

patronatus in perpetuum habere dinoscuntur, sicuti in litteris nostris super hoc confectis plenius continetur, videlicet tres mansos cum quartali adiacentes ville Lowitze in territorio nostro Godebuze, dyocesis Raceburgensis, cum omni proprietate, libertate, commodo et vtilitate, sicuti predicti Clinghenbergh sepedictos mansos hactenus liberius habere dinoscebantur, iudicii manus et colli nobis parte nostra reseruata. Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum secretum presentibus est appensum. Testes huius sunt: Johannes de Plesse, Benedictus de Rodenbeke, milites nostri, Wilhelmus de Helpde et Eng' de Ripis, clerici nostri, Helmoldus de Plesse, Johannes Tzule et Beydenstorp, famuli nostri, et alii plures fide digni. Datum et actum Wismarie, anno domini M°CCC°XXXIII°, in die beate Agnetis virginis gloriose.

Nach dem seines Siegels beraubten Originale im Archive der Stadt Gadebusch. — Vgl. Nr. 5129. — Gedruckt bei Westphalen IV, p. 956 mit der falschen Jahreszahl 1313.

1333. Jan. 24. Schwerin. 5389.

Das Capitul zu Schwerin berichtet dem Bischoffe Ludolfo, das sie eine kleine præbende in der Kirchen zu Schwerin gestifftet von ierlichen einkunfften zweier hufen zu Wetzentin[1] vnd deren nutzung, freyheit, eigenthumb, hohisten vnd sidesten gerichte. Vnd soll iede Hufe geben 18 sch. rogken, 6 sch. gersten, 12 sch. habern mit dem kleinen zehenden. Welche præbende der Bischoff vff bitte des Capituls in disem briefe confirmiret. Actum et datum Zwerin, anno 1333., in profesto conuersionis beati Pauli.

Clandrian, Protoc. fol. 20°. ([1] Wessentin.) — Vgl. Nr. 5341 und 5390.

1333. Jan. 25. 5390.

Ludolfus, Bischoff zu Zweryn, confirmiret, das her Herman Robelman, Pfarher zu Plawe, den Thumbhern vnd Capittel zu Schwerin sechsszehn hufen im dorffe Sarmote mit allem rechte vnd richte, hohist vnd sidest, mit aller freyheit, dienste vnd Bede gegeben hat, wie ess die Kirche zu Schwerin zuuor besessen, ausgenommen 3 Mk., die derselben Kirchen zu einer memorien gegeben sein. Er hat auch vorgemeltem Capittul gegeben 2 Hufen zu Wetzentin mit allem rechte vnd gerichte. Datum anno Domini 1333., in festo conuersionis beati Pauli apostoli.

Clandrian, Protoc. fol. 20°. — Vgl. Nr. 4376 und 4730, auch 5389.

Digitized by Google

1333. Jan. 25. Rostock. 5391.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt eine aus dem Vermögen des verstorbenen Rostocker Bürgers Tiedemann Isländer durch dessen Neffen Johann Isländer und dessen Testamentsvollstrecker Arnold von Linne und Ludwig Kruse gestiftete Vicarei in der Marienkirche zu Rostock.

Lvdolfus dei gratia Zwerinensis ecclesie episcopus omnibus presentia visuris vel audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Tenore presentium cunctis fidem christianam colentibus ad perpetuam rei memoriam innotescat, quod prouidi viri Arnoldus de Lynnen, Lodewicus Cruse et Johannes Yzslender, ciues in Rozstoch, in nostra constituti presentia quoddam instrumentum exhibuerunt et produxerunt, non rasum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliquo viciatum, ac sigillo nobilis viri domini Hinrici quondam Magnopolensis domini sigillatum, cuius tenor de verbo ad verbum erat talis: *[Hier folgt Nr. 4614.]* Postmodum vero dicti Arnoldus, Lodewicus et Johannes aliud instrumentum sigillo .. consulum opidi Kropelyn sigillatum, cuius tenor noscitur esse talis, produxerunt: *[Hier folgt Nr. 4625.]* Hiis itaque litteris auditis, visis et examinatis, iidem Arnoldus, Lodewicus et Johannes, zelo deuotionis accensi ac saluti prelibati Thidemanni Yzslender anime vtiliter prouidere intendentes, a nobis humiliter ac suppliciter requisiuerunt, quod in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstoch pro remedio anime eiusdem Thidemanni et suorum coniunctorum vnum simplex beneficium seu vicariam instaurare, confirmare, prenominatos quoque redditus sub protectionem potestatis ecclesiastice recipere et eidem beneficio ipsos perpetuo applicare dignaremur. Nos igitur, cupientes cultum diuinum nostris augeri temporibus, iustis votis prenominatorum ciuium duximus annuendum ac in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstoch consensu domini Rotgheri, rectoris ipsius ecclesie, optento simplex beneficium seu vicariam in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus, autoritate ordinaria confirmamus bonaque predicta, videlicet viginti quatuor marcarum redditus, cum omni ipsorum proprietate in protectionem potestatis ecclesiastice recipimus et ipsi simplici beneficio seu vicarie nomine dotis perpetue applicamus, omnia premissa et premissorum singula secundum predictorum ciuium desiderium in tenore prehabito approbantes. Ceterum, ne liberalitas sic gratuite circa huiusmodi beneficium per nos facta rectori prelibate ecclesie sancte Marie virginis in Rozstoch vel eius successoribus fiat in posterum perniciosa, censemus et precipimus, vt sacerdos, qui pro tempore institutus fuerit, reuerentiam ipsi rectori sicut similes vicarii exhibeat, missas etiam suas ipsi tempori secundum statuta canonica congruenter continuandas talibus horis et modis celebrare debet, quod ex hoc ipsi rectori nullum preiudicium, sed potius releuaminis censeatur

Digitized by Google

subsidium prouenire. Omnes insuper oblationes et emolimenta alia . . rectori ecclesie debita sibi fideliter presentabit et generaliter nichil, quod eidem rectori preiudiciale quomodolibet esse poterit, attemptabit. Jn quorum omnium testimonium, vt prescripta omnia robur perpetue firmitatis obtineant, sigillum nostrum vna[1] cum sigillis prefatorum domini Rotgheri, rectoris ecclesie sancte Marie virginis in Rozstoch predicte, necnon Arnoldi de Lynnen, Lodewici Crusen et Johannis Yzslender, ciuium predictorum ibidem, presentibus est appensum. Datum et actum Rozstoch, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo tercio, in die conuersionis beati Pauli apostoli.

Im Kirchen-Oekonomie-Archive zu Rostock werden zwei Originale aufbewahrt. Das zu dem vorstehenden Abdruck zum Grunde gelegte ist mit 4 Siegeln bekräftigt, davon das erste an einer grünseidenen Schnur, die drei folgenden an Pergamentstreifen hangen:

1) das zu Nr. 5333 abgebildete Siegel des Bischofs Ludolf mit dem ebendaselbst abgebildeten Rücksiegel;

2) ein Bruchstück von einem viereckigen Siegel (des Pfarrers Rötger), auf welchem noch von der Umschrift zu stehen scheint:

— — R̄CTORIS — —

3) ein kleines, rundes Siegel mit einer Hausmarke und der Umschrift:

✠ S' . ARNOLDI . DE . LINNE

4) ein kleines, rundes Siegel mit einer Hausmarke in einem Vierpass und der Umschrift:

✠ S' . LODEWICI . CROVSE .

In einem 5. Einschnitt hängt kein Siegelband.

Die zweite Ausfertigung stimmt mit der ersten überein; an derselben hängt aber nur das Siegel des Bischofs Ludolf mit dem Rücksiegel an einer gelbseidenen Schnur. Für die übrigen Siegelbänder sind zwar Löcher eingeschnitten, aber keine Siegelbänder eingehängt gewesen; denn dies ist merkwürdiger Weise an der Stelle, wo von der weitern Besiegelung die Rede ist, von den Worten[1]: „vna cum sigillis prefatorum“ — bis — „predictorum ibidem“, durch das gleichzeitig übergeschriebene Wort „vacat“ bezeichnet, welches in weit getrennten Silben („va — cat“) über den Zeilen steht.

Auf der Rückseite der ersten Ausfertigung steht in zwei Absätzen in Schriften aus dem Ende des 15. und dem Anfange des 16. Jahrhunderts:

> Confirmacio super beneficio in Kropelin XXIIII mar. in der orbor ad collacionem der Hollogher, que duplicata est. Jam dominus Detleuus Danquardi possidet in capella der Clyngebergher prope capellam mercatorum.

Auf der Rückseite der zweiten Ausfertigung steht ebenso:

> Confirmacio episcopi Ludolphi Zwerinensis ad beneficium ad collacionem der Hollogher per successionem relicte quondam Marquardi Zepelins, qne fuit filia domini Hinrici Gr[e]llen, in capella der Klingenbargher, alias Krnsen, quod beneficium jam possidet dominus Detleuus Danckquardi ad nostram fratrum der Hollogher presentacionem, prout in eadem presentacione satis claret. Item defnnctis de Hollogher jus patronatus et presentandi succedit ad filias Hermen Spantkow et Petri Dorne, eorum heredibns (!).

Digitized by Google

1333. Jan. 25. 5392.

Heine, Nicolaus und Heinrich Gebrüder v. Stralendorf verkaufen dem Priester M. Hermann ihr Recht an 2 Hufen zu Rakow, welche derselbe zum Behufe einer Vicarei von Dietrich Kalsow gekauft hat.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presencium tenore publice recognoscimus protestando, quod in nostra constituti presentia Copko, Conradus et filii Ghevehardi dicti de Valkenberghe ac Otto de Wothenowe, nostri fideles, de nostro, heredum ipsorum ac omnium aliorum, quorum interest aut interesse poterit, beneplacito et consensu vendiderunt, dimiserunt et animo deliberato resignaverunt viro discreto preposito sanctimonialium in Boyceneborg totique conventui sanctimonialium ibidem integram et totam villam Rosenowe cum omnibus distinctionibus et terminis suis ad ipsam ab antiquo pertinentibus, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis et nemoribus, scilicet Keubroch, cum aquis, aquarum decursibus et stagnis, videlicet Gryben et Tzist. piscacionibus, viis et inviis, cum iudicio maiore, videlicet manus et colli, ac minore, cum precaria, exactionibus, molendinorum vectura, utilitatibus, fructibus et suis attinenciis universis et singulis, pro ducentis marcis Brandenburgensis argenti, necnon omnium predictorum proprietatem pro quadraginta marcis eiusdem argenti, ipsis, ut recognoverunt, integraliter persolutis, temporibus perpetuis possidendas et pro suis usibus libere ordinandas, prout hanc villam cum premissis utilitatibus dicti venditores hactenus liberius possederunt. Nos quoque ad utriusque partis instanciam ipsis preposito et conventui sanctimonialium in Boycenborch predictis hanc villam Rosenowe cum omnibus libertatibus, utilitatibus et distinctionibus, modo quo premittitur, contulimus earum servicio et conferimus in hiis scriptis, tali nichilominus interposita condicione, quod dicte ville distinctiones et termini nostro adiacent dominio velut ab antiquo, tam in longum quam in latum, nec a nobis et heredibus nostris ac successoribus alienentur et minuantur, et quod eciam omnes cause et querimonie ex hac villa et eius utilitatibus, attinentiis et distincionibus emergentes et surgentes, que per dictos prepositum et conventum nequeant diffiniri et terminari, coram nobis et advocato nostro Stargardensi in forma iuris, et non coram domino extraneo, decidantur uel amicabili composicione reformentur; — similiter etiam, quod prepositus, qui pro tempore fuerit, et sanctimoniales in Boyceneborg ac villani agros prefate ville colentes ad ministracionem exactionum et precariarum prestacionem de hac villa Rosenowe et eius attinenciis universis ut ceteri subditi vasallorum nostrorum proprietatem eciam suorum habentium bonorum nobis et heredibus nostris obligentur et teneantur. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Wedegho de Plote, Otto de Dewiz, Bodo et Nicolaus de Helpede, Lyppoldus Bere et Albertus Warbach[1], milites nostri, ac alii plures fide digni. Datum Quastenberghe, anno domini M° CCC° XXX. tercio, dominica, qua cantatur Jubilate.

Digitized by Google

Nach dem Original des gräfl. Arnimschen Archives zu Boizenburg in der Ukermark gedruckt in Riedels Codex dipl. Brand. I, Bd. 21, S. 26. (¹Lies Warberch.) — Vgl. Nr. 4793.

1333. April 29. Wismar. 5416.

Die Rathmänner zu Wismar vertauschen an die Nicolai-Kirche daselbst eine Wiese neben deren Ziegelhofe für ein Haus an der Grube.

Consules ciuitatis Wismarie dederunt anno domini M° CCC° XXX° tercio, post pascha, feria quinta ante diem sanctorum Philippi et Jacobi, sancto Nicolao pratum situm prope domum laterum ipsius sancti Nicolai pro hereditate cimiterio dicte ecclesie sancti Nicolai annexa iuxta recentem foueam, ita quod dictum pratum libere ac perpetue sancto Nicolao pertinebit et e conuerso dicta hereditas ciuitati pertinebit perpetue (e conuerso). Hec scripta reperiuntur eodem anno et die in libro ciuitatis.

Nach einem Copiar der S. Nicolai-Kirche in Wismar aus dem 15. Jahrhundert.

1333. Mai 3. Doberan. 5417.

Heinrich, Pfarrer zu Neuburg, bekennt, dass er seine Ansprüche auf Twenhusen und das Papenholz nur mit Genehmigung des Bischofs von Schwerin zu Gunsten des Klosters Doberan aufgeben will.

Nouerint vniuersi, quod ego Hinricus rector ecclesie in Nienborch constitutus fui in presencia dominorum de Amelungesborne, de Lucka et de Dobran abbatum, vbi interuenientibus et placitantibus amicis meis dominus abbas de Dobran tres de monachis suis, viros ydoneos, produxit, qui in presencia domini de Amelungesborne abbatis, iudicis sui et visitatoris, iuramentum michi promtissime exhibebant, videlicet quod ipsi et fratres dicte ecclesie de Dobran melius ius habeant in bonis ville Twenhusen, tam in agris quam in lignis Papenholt nunccupatis et omnibus aliis bonis, que ego inpetebam et de quibus inter me et eos contencio vertebatur, quam ego et ecclesia mea in Nienborch prenarrata. Quod quidem iuramentum accipere rennui, nisi ea condicione, vt prius consensum et placitum domini mei episcopi Z[u]erinensis super hoc requiram, quo beneplacito accedente et simul iuramento prestito extunc omni iuri, impeticioni renunciabo et pariter actioni. Jn cuius testimonium sigilla dominorum abbatum predictorum presentibus sunt appensa cum sigillo meo, et sigilla domini Hinrici Gobelini sacerdotis et Bertrammi Rumescotelen armigeri etiam sunt appensa. Jordanus de Ekeren testis affuit. Datum Dobran, anno domini M° CCC° XXXIII., die invencionis sancte crucis.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin mit drei an Pergamentstreifen hangenden Siegeln (mehr sind nicht angehängt gewesen). Diese sind:

1) ein parabolisches Siegel: ein Abt mit einem Stabe in der Rechten, ein Buch mit der Linken vor die Brust haltend; Umschrift:

— CILL' ABBATIS DE AMELVNCESBOR —

2) parabolisch: mit einer Abtsfigur und mit einem Stern über der linken Schulter; Umschrift:

— SI — ABBATIS . DE . LVCK —

3) rund: mit einer zum Schwur erhobenen, von der inneren Seite gesehenen Hand, dahinter ein runder Schild (Hostie?); Umschrift:

S' HIN . RICI PLEBANI IN NIENBORCH

— Vgl. Nr. 5315 und 1333, Mai 26.

1333. Mai 5. 5418.

Heinrich von Barnekow und Eckhard von Bibow verbürgen sich mit dem Knappen Johann von Bülow, Vogt zu Bützow, dafür, dass die Gebrüder von Snakenburg auf geschehene Anforderung dem Kloster Doberan innerhalb 14 Tage ihre Güter zu Admannshagen vor dem Fürsten von Meklenburg auflassen werden.

Omnibus presens scriptum visuris sev audituris recognoscimus lucide protestando, quod nos Hinricus de Barnecowe, Eghardus de Bybowe, milites, ac Johannes de Bulowe famulus, aduocatus in Butzowe, promisimus et presentibus promittimus et stamus discretis viris Hinrico Frisoni, Hinrico Rufo et eciam consulibus aliis ciuitatis Rozstok ac Tidekino Wilden, ciui ibidem, in solidum manu coniuncta, quod, quandocunque honesti famuli moniti fuerint et requisiti, videlicet Gherhardus, Johannes et Hermannus fratres dicti de Snakenborch, per monachos de Doberan, post monicionem et requisicionem infra duarum septimanarum spacium debent dictis monachis bona in villa Adameshaghen situata, uel saltem vnus eorum ex parte et consensu fratrum aliorum, coram nobili domino domino Magnopolensi publice resignare. Jn cuius rei testimonium euidens sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXXIII°, in vigilia beati Johannis ante portam Latinam.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentbändern, die aus der Charte geschnitten sind, hangen 2 Siegel (das erste ist abgerissen):

2) das zu Nr. 5412 beschriebene schildförmige Siegel mit einem Hahn; Umschrift:

✠ S' D[N̄I] . ECHARDI . BIBOV . MILITIS

3) das ebendort beschriebene Siegel Johanns von Bülow.

— Vgl. 1333, April 9 (Nr. 5412) und die daselbst citirten Urkunden.

Digitized by Google

1333. Mai 8. Schwerin. 5419.

Ein pergamenen, vnuersigelter zettel, darin Ludolfus Bischoff zu Zwerin bekennet, das er Ghemekino von Bulow vnd Heynen Wuluesscroghe wegen Bischoffs Hermanni gemachter schuldt nach zugelegter rechnung schuldig bleibe 567 mk. wendisch, dafür er ihnen setzet die Bede an 15 hufen zu Partzin[1] vnd 8 hufen in Cernyn mit dem hohisten gerichte an denselben hufen, die widerlosung furbehalten. D[atum] Zweryn, 1333, sabbato proximo ante dominicam Vocem iocunditatis.

Clandrian: Protoc. fol. 52*. ([1] = Passin.)

1333. Mai 10. 5420.

Johann Bermann verkauft sein Dorf Bresen im Lande Gadebusch an das Kloster Rehna für 1250 Mark Lüb.

Vniuersis presencia visuris uel audituris ego Johannes Berman, filius Ludolfi Berman, amiciciam mei seruicii in perpetuum. Tenore presencium publice recognosco, quod cum consensu et beneplacito heredum meorum rite ac racionabiliter vendidi domino Johanni preposito et conuentui ancillarum Christi in Rene villam meam Brezen, sitam in terra Godebuz, cum curia mea in eadem villa, cum omnibus iuribus, excepto iudicio maiori, et cum proprietate dimidia et totaliter cum omnibus pertinenciis, paschuis, pratis, campis, lignis, paludibus et aquis, ut ego bona illa possedi, pro mille et ducentis et quinquaginta marcis Lubicensis monete. De qua summa pecunie predictus prepositus uel conuentus antedictus michi uel meis veris heredibus persoluere debet trecentas et quinquaginta marcas in festo beati Martini nunc proximo affuturo, et quolibet festo beati Martini annis sequentibus trecentas marcas monete antedicte, donec dicta summa mille et ducentarum et quinquaginta marcarum fuerit michi uel meis veris heredibus totaliter persoluta; et si dictus prepositus uel conuentus in aliquo termino supradicto aliquem defectum in centum marcis habuerit, dabit michi uel meis veris heredibus pro illis centum marcis ad annum decem marcas, donec illas centum marcas mihi persoluat. Preterea dicto preposito et conuentui antedicto certificationem libertatis, que wlgariter dicitur warscop, illius ville Brezen et bonorum illorum per annum et diem facere debeo, quod, si quis inpugnare uel inpedire velit illa bona, in quibuscunque rebus esset, hoc discutere debeo cum omnibus ante iudicium venire volentibus secundum exigenciam iuris, specialiter vero et precipue a domino Gotfrido de Bulow, militi, et Conrado Bulle, siue ante iudicium venire voluerint, siue non, et absque vlla causa coram iudicio inquisita ad debriganda dicta

45*

Digitized by Google

bona me astringo. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini M° CCC° XXXIII°, feria secunda proxima post dominicam Vocem iocunditatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel des Johann Bermann: oben zwei ins Andreaskreuz gelegte Schlüssel, unten vier Sparren über einander im Schildesfusse, ohne Quertheilung des Schildes; Umschrift:

✠ . S' I .... RIS . BIGRGWAN .

— Vgl. Nr. 4187 und 1334, April 16.

1333. Mai 10. Barth. 5421.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt den Peter Aven als Schulmeister und Küster zu Barth und gestattet ihm sich zu verehelichen.

Albertus dei gratia Magnopol[ensis] ac Starchar[d]ie domicellus omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod collationem seu provisionem Petro de Aven scolari, exhibitori presentium, super officium rectoris scole et custodie ecclesie parrochialis in Bard, per nobilem dominum Wyzlaum, principem quondam Ruyanorum, legitime factam, ratificamu[s], approbamus et nichilominus confirmamus dictumque scole et custodie officium sibi de novo conferimus in hiis scriptis, dantes eidem Petro facultatem liberam matrimonium contrahendi. Jn premissorum evidentiam eidem Petro presentes contulimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum Bard, anno domini M. CCC. XXX. tertio, feria II. in rogationibus.

Nach Westphalen, Mon. IV, p. 976; auch bei Schröder, P. M. S. 1128.

1333. Mai 13 — 1334. Mai 4. Wismar. 5422.

Kämmerei-Rechnung der Stadt Wismar von Himmelfahrt 1333 bis dahin 1334.

Anno domini M° CCC° XXX. tercio a camerariis, videlicet domino Johanne Wysen et domino Nicolao Raboden, isti subscripti conuenerunt suas bodas:

Magister Conradus pro duabus V mr°. *[Hier folgen weitere Einnahmen von Buden.]* Hec[1] exposuit dominus Kalsowe: VIII mr° sespitum magistro, IIII mr. pro auena, Nicolao stabulario ad preciandum suos laborantes XX sol. et XII sol.[4]. Ab aduocatis sustulerunt camerarii X marcam.

Digitized by Google

Computacio camerariorum de expositis.

Dominus Rodekoghele et dominus Wyse circa pentecosten[2] versus dominum de Werle ex parte domini nostri Magnopolensis ad Steghen et vltra Gvztrowe et Rozstok VIII mr^{a}. Dominus Eghardus et dominus Wyse versus Rozstok circa Jacobi[3] et vltra versus Meygenborch ex parte domicelli nostri IX [mr^{a}]. Dominus Eghardus et dominus Wyse versus Gvztrowe circa natiuitatem beate virginis[4] ex parte domini IIII mr^{a}. Dominus Wyse in tribus reysis ad Steghen et vnam Tzvzowe VI mr. ex parte domini. Dominus Hermannus Rikelant versus Lvbeke III mr^{a} ex parte domini nostri.

Domino Martyno pro equo VIII mr^{a}. Prenoni Stenhus ex parte Swarten XII mr^{a}. Pons lapideus super via Rikquerstorp XXII mr^{a}. Via circa Cillinges Krvtze VIII mr^{a}. Daligendorpeschen V mr^{a} de Michaelis. Matri domini Ywani III mr^{a}. Domino Rikquerstorp II mr^{a}. Boghenholte I^{M} laterum; adhuc habebit I^{M}. Domino Salis II mr^{a} super computacione.

De reysa versus Rozstok ex parte domicelli nostri Judeo III^{f} mr^{a} ..... III mr^{a} per dominum Wysen et dominum Eghardum. Paulo IIII mr^{a}. Hospiti in Rozstok V^{f} mr^{a}. Hospiti in Sterrenberghe XIIII sol. Hospiti in Gnewesmolen XXIIII sol. Dominus Martynus ad episcopum Lubicensem V mr^{a}. Pro dammone value Lubicensis VI mr^{a}. Dominus Rabode et dominus Wyse versus Gvztrowe VI mr^{a}. Reyse due versus Steghen IIII mr^{a}. Dominus Wyse ad dominum de Werle II mr^{a}. Dominus Wyse versus Trauenemvnde et vltra Lvbeke duas mr^{a}. Dominus Eghardus et Wyse ad marchionem VIII mr^{a}. Reysa versus Steghen contra illos de Cernyn II mr^{a} per dominum Wysen. Reysa versus Wolken per dominum Wysen II mr^{a}. Versus Boycenborch per dominum Wysen I^{f} marcas.

Jstis Lubicensibus dati sunt redditus: Bøghenero XXX mr^{a}, filio domini Sifridi de Bokholte XX mr^{a}.

Versus Wolken dominus Wyse XXVI sol. Versus Rozstok domini Kalsowe et Eghardus VI mr^{a}. Versus Wolken per dominum Wysen XXIX sol. Dominus Hermannus Walmerstorp versus Lvbeke II mr^{a}.

Pro frusto astructo ad domum lateream XIIII mr^{a}. Pro tecto fornacis cum lignis et lapidibus XXXVI mr^{a}. Pro lignis edificialibus IX mr^{a}. Ranguns sustulit II mr^{a}, pro quibus portabit ligna. Pro fornace pistorali in curia domini nostri IIII mr^{a}. Pro refectione consistorii et bodarum IX mr^{a}.

De pascha[5] domine Wendelen V mr^{a} minus IIII sol. Ottoni pistori V mr^{a}. Vor pale VI mr^{a}. Pro lignis V fornacium XXX mr^{a}. Pro refectione celarii preconis VIII mr^{a}. Domino Andree Laschen XXXIII mr^{a}. Cuidam nuncio secreto X mr^{a}. De pascha et Martini Septem Fratribus XV mr^{a}. Meynekino de Sode de pascha et Martini XXIIII mr^{a}. Domino Hermanno Klendest XL mr^{a}. Domino Tribbeses LX mr^{a}. Magistro Ywano X mr^{a}. Daligendorpeschen X mr^{a}. Domino Vichmanno III mr^{a}. Domine Johanne de Klvtze XII mr^{a}. Bagginis de Godebutz

Digitized by Google

V mr^{a}. Domine Wendelen V mr^{a}. Notario nostro et famulis nostris, Bernardo ac aliis cum sallario et tunicis et caligis, calciis et cereis LXX mr^{a}. Valvatoribus XII mr^{a}. Fossoribus cespitum XXXIII mr^{a}. Vicario Ploten IX mr^{a}. Pro stabulo tenendo centum mr^{a}. Fabro XXX mr^{a}. Pro vino LXIIII mr^{a}. Quod consules et ciues tenuerunt equos, non est computatum.

Summa I^{c} (!) mr^{a} minus XXX.

Aus dem in Bd. VII, zu Nr. 4724 beschriebenen Wismarschen Kämmerei-Register, fol. 32^{b} — 34 (gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 100 figd.), im Anschlusse an Nr. 5336. Die Fortsetzung s. 1334, Mai 5. — ([1] Dieser Absatz ist getilgt. — [2] Mai 23. — [3] Juli 25. — [4] Septbr. 8. — [5] 1334, März 27.)

1333. Mai 25. 5423.

Ludolf von Bülow, Bischof von Schwerin, und seine Brüder Gottfried, Heinrich und Friedrich, Ritter, und Heinrich, Thesaurarius zu Schwerin, stiften, zunächst für ihren Vaterbruder, den Schweriner Domherrn Heinrich von Bülow, eine kleine Präbende in der Domkirche zu Lübek von einer Hufe im Dorfe Rosenow bei Gadebusch.

Perueniat ad noticiam omnium presencium et futurorum, quorum interfuerit, quod nos Ludolphus dei gracia ecclesie Zwerinensis episcopus vna cum fratribus nostris Godfrido, Hinrico et Frederico, militibus, ac Hinrico, thesaurario ecclesie Zwerinensis eiusdem, in villa Rosenowe, sita circa opidum Godebütz, duos possidemus et habemus mansos cum proprietate et iure hereditario, quorum vnius fructus et redditus vniuersi et singuli deputati sunt et assignati ad anime patris nostri pie memorie anniuersarium et memoriam salubriter perpetuis temporibus peragendam. Jntendentes insuper anime nostre saluti prouidere cultumque diuinum, in quantum poterimus, aucmentare, alterum mansum presignatum venerabili in Christo patri domino episcopo ac honorabilibus viris dominis preposito, decano ac capitulo ecclesie Lubicensis cum proprietate ac iuribus omnibus in villa, campis, siluis, rubetis, viis et inviis, agris cultis et incultis vniuersisque et singulis fructibus dimittimus et donamus, pio affectu desiderantes, ut in dicta ecclesia Lubicensi prebenda minor instauretur et idem mansus sibi nomine dotis perpetue applicetur ac Hinricus de Bulow Zwerinensis ecclesie canonicus, noster patruus, in canonicum eiusdem ecclesie Lubicensis recipiatur, de talique prebenda prima vice eidem Hinrico in eiusdem ecclesie Lubicensis canonicum recepto petimus canonice prouideri. Jn cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Et nos Godfridus, Hinricus et Fredericus, milites, ac Hinricus, thesaurarius ecclesie Zwerinensis, fratres dicti de Bulowe prenominati, in signum consensus nostri ad premissa prestiti vna cum sigillo venerabilis in Christo patris nostri domini Ludolphi, ecclesie Zwerinensis episcopi, nostra sigilla litteris pre-

Digitized by Google

sentibus duximus apponenda. Datum et actum anno domini M°CCC°XXXIII°, in die beati Vrbani pape et martiris.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Dasselbe trägt an 5 Pergamentstreifen:

1) das grosse Siegel des Bischofs Ludolf von Schwerin, abgebildet zu Nr. 5333;

2) ein schildförmiges Siegel mit 14 Kugeln auf gegittertem Grunde; Umschrift:

— — — DI DG BVLO —

3) ein rundes Siegel mit demselben Schildzeichen auf glattem Grunde im stehenden Schilde; Umschrift:

✠ SIGIL... hIR.... .....OWG .

4) ein schildförmiges Siegel mit denselben Schildzeichen und der Umschrift:

. . . RaDGRIGI . D . BVLOVG — —

5) noch etwas Wachs von dem an letzter Stelle angehängt gewesenen Siegel.

— Gedruckt bei Leverkus, Urk.-Buch d. Bisth. Lübek I, S. 729, nach dem Reg. Cap. Lub. II, 166. — Vgl. 1333, Juni 4.

1333. Mai 26. Rostock. 5424.

Burchard, Propst zu Güstrow, als von dem päpstlichen Conservator für das Kloster Doberan, Decan Konrad zu Magdeburg, subdelegirter Richter, weist den Pfarrer Heinrich zu Neuburg mit den für seine Kirche gegen das Kloster Doberan erhobenen Ansprüchen auf die Feldmark Twenhusen und das Papenholz auf immer ab und zur Ruhe.

In nomine domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC°XXX° tercio — —, feria quarta festi pentecostes, hora quasi vespertina, in dote beati Nicolai in Rozstoch, Zwerinensis dyocesis, conparentibus in iudicio coram honorabili viro domino Borchardo preposito ecclesie Gustrowensis, iudice et conseruatore subdelegato a reuerendo viro domino Conrado sancte Magdeburgensis ecclesie decano, iudice et conseruatore abbati et conuentui monasterii Doberanensis, ordinis Cysterciensis, Zwerinensis dyocesis, a sede apostolica deputato, in honorabilium virorum testium subscriptorum et nostrorum notariorum presenciis religioso viro fratre Bertoldo de Welde monacho dicti monasterii, procuratore ac procuratorio nomine dictorum dominorum actorum, ex vna, et domino Hinrico rectore ecclesie in Nygenborgh, reo, parte ex altera, renunciatis omnibus excepcionibus, appellacionibus et aliis actitatis coram iudice predicto et partibus in eundem iudicem consencientibus, pars actrix peticionem suam verbotenus proposuit in hunc modum: qu[od] dictus procurator petiuit, proprietatem campi Thwenhusen et silue dicte Papenholt ad ecclesiam Doberanensem pertinere et sentencialiter adiudicari, dictoque presbitero et suis successoribus perpetuum silencium inponi, eodem plebano respondente litem contestando, quod, quidquid dictus procurator probare posset, hoc sibi

Digitized by Google

et ecclesie sue concederet. Deinde dictus procurator quosdam testes de monasterio predicto de conse[n]su partis ree, scilicet fratres Godfridum de Lubeke, Conradum magistrum hospitum, Wedekinum cellerarium, monachos dicti monasterii, ad suam intencionem probandam produxit. Quibus paratis iurare super istis articulis infrascriptis, scilicet: Ego frater Bertoldus, procurator abbatis et conuentus monasterii Doberan, pono et probare intendo nomine dicte ecclesie, proprietatem bonorum campi Twenhusen dicti cum silua dicta Papenholt ad ecclesiam Doberanensem de iure pertinere, et eandem iusto permutacionis titulo factam (!) inter dominum Magnopolensem et Ludolphum de Jezeuitze, quondam rectorem ecclesie in Nygenborgh, ipsamque proprietatem per dominum tunc abbatem in Doberan a domino Magnopolensi racionabiliter emptam confirmacione domini Godfridi bone memorie episcopi Zwerinensis et sui capituli subsecuta esse deuolutam. Dictus vero plebanus eisdem articulis auditis iuramentum eorundem remisit. Quibus peractis et partibus pro sentencia diffinitiua instantibus, dictus iudex de consensu parcium sentenciam diffinitiuam protulit in hec verba: Nos Borchardus prepositus Guzstrowensis secundum retroacta probacionibus factis super silua Papenholt et campo Twenhusen, super quibus lis vertebatur inter dominos abbatem et conuentum in Doberan, ex vna, et Hinricum rectorem ecclesie in Nygenborgh, parte ex altera, inuocato dei nomine diffinitiue pronunciamus de consensu parcium, dictos campum et siluam et proprietatem eorundem ad dominum abbatem et conuentum in Doberan iusto titulo pertinere, ipsi rectori premisso et suis successoribus silencium perpetuum inponendo. Acta sunt hec — —, presentibus discretis viris dominis Johanne rectore ecclesie beati Nicolai in Rozstoch, Johanne de Wnstorp officiali prepositure Rozstoccensis, Oddone rectore ecclesie beati Lamberti in Hildensem, presbiteris, Hinrico Frisone consule in Rozstoch, ac aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hec specialiter adhibitis et rogatis.

(Sign. not.) Et ego Bernardus Stenbrinch, clericus Raceburg. dyoc., publicus auctoritate imperiali notarius — —.

(Sign. not.) Et ego Hinricus Damgmari, clericus Myndens. dyoc., publ. auct. imp. notarius — —.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. oben Nr. 5315 und 5417.

1333. Mai 30. Putlitz. 5425.

Die Herren von Putlitz vereignen dem Kloster Stepnitz Sukow und Drehnkow.

Im nahmen der heiligen und unzertrennlichen dreyfaltigkeit. Amen. Otto und Güntzel, Burchard und Johannes, herren von Potlitz, wünschen allen Christgläubigen, so diese schrifft sehen, heil in dem herrn zuvor. Was in der zeit

Digitized by Google

geschicht, vergehet auch mit der zeit; derowegen ist nöthig, solche[s] mit schrifftlichen zeugnissen und siegel zu bekräfftigen. Zu wissen sey demnach allen gegenwärtigen und zukunfftigen, dass wir zum heil unserer seelen, unserer voreltern seelen und aller unserer erben geschencket und gegeben haben der frau probstin (!) und dem gantzen closter zu Stepnitz das eigenthum, so uns gehöret in den dörffern Suchow und Drenckow, in allen seinen gräntzen und scheidungen, wie es lieget, an büschen, weyden, wiesen, seen, feldern, gebaueten und ungebaueten, wassern, wasserleitungen, mit allen nutzungen, so darinnen begriffen, so schon in stand oder noch darzu gebracht werden können, das gericht und urtheil über haupt und abhauung der hand, und mit allen rechten und freyheiten, ewig zu besitzen. Jn dessen zeugniss haben wir unsere siegel gegenwärtigen anhäncken lassen. Dieser sachen zeugen sind: herr Johannes, priester zu Putlitz, herr Arnold, vicarius daselbsten, Theodoricus von Quitzow, Conrad Winterfeld, Gerhard Beyschere, Vicke Dupsow und andere glaubwürdige mehr. Gegeben zu Potlist, im iahr des herrn 1333, acht tage nach pfingsten.

Abgedruckt in Riedels Cod. dipl. Brand. I, Bd. I, S. 251, „nach einer Uebersetzung des verlornen Originals in Speners Gesch. der Edl. Herren zu Putlitz, S. 287 figd". — Vgl. Nr. 5123.

(1333. Juni 1?) Berlin. 5426.

Ludwig, Markgraf von Brandenburg, ersucht den Bischof Ludolf von Schwerin, die bischöflichen Privilegien über das Land Tribsees ihm selbst oder seinen Bevollmächtigten zu produciren.

Reuerendo in Christo patri domino Ludolfo episcopo ecclesie Zwirinensis Lud. dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes palatinus Reni, dux Bauarie sacrique Romani imperii archicamerarius, reuerenciam in domino et affectuosam in beneplacitis voluntatem. Exposuit nobis dilectus nostre curie cappellanus Gerhardus Bu"ken', prepositus Arnwoldensis, qualiter vobiscum tractauerit de iure vestre ecclesie, quod habere dicitur eadem ecclesia in terra Tribucensi, ipsamque ecclesiam esse priuilegiatam de iure proprietatis eiusdem terre a Romano imperatore; quodque, si super huiusmodi iure conseruando eidem ecclesie possemus aliquid proficere, nostram cum effectu vobis et vestre ecclesie exhiberemus voluntatem, in quo hinc inde et vestre ecclesie et noster profectus et honor possint sine dubio augmentari. Quapropter, si vobis cordi fuerit et vestre ecclesie capitulo, vos personaliter vel per interpositas personas habentes plenum mandatum veniatis ad curiam nostram cum priuilegiis pro predicto iure facientibus vel saltim cum fideliter transsu[m]ptis priuilegiorum eorundem, ut eorum viso tenore, sano consilio hincinde, quod visum fuerit, vtiliter intendatur. Sin autem personaliter

Digitized by Google

ad nos, ut premittitur, venire non poteritis, dilecto et fideli nostro Johanni de Bu[c]h[2], capitaneo nostro generali, et aliis secretariis nostris ocurratis sub modo predicto in Lychen vel saltim Nouo Brandinburg, ciuitatibus nobilis Magnopolensis dilecti nobis, ita quod nobis per presencium exhibitorem vestris litteris rescribatis, quando idem capitaneus et vbi locorum predictorum vobis occurrat, ad duas septimanas vel ad tres nos vel saltem ipsum prescire vtique facientes. Datum feria tercia in Berlin, infra octauam trinitatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Der Brief war geschlossen mit dem aufgedrückten Siegel des Kurfürsten; jetzt aber sind auf demselben nur noch wenige Buchstaben der Umschrift übrig geblieben. — Leider fehlt dem Briefe die Jahreszahl der Ausstellung, und er bietet auch sonst keinen bestimmten Anhaltspunct zur Ermittelung des Jahres. Der in demselben genannte Arnswalder Propst [1]Gerhard Bu[c]ken scheint bei Riedel nicht vorzukommen. Desto öfter begegnen wir in brandenburgischen Urkunden jener Zeit dem Ritter [2]Johann von Buch. Wenn die bei Riedel II, Bd. 2, S. 73, ohne Datum abgedruckte Urkunde wirklich dem Jahre 1332 angehört, in welches sie Riedel in seiner Ueberschrift gesetzt hat, so war Johann von Buch schon 1332 Hauptmann. Am 26. Decbr. 1333 (Riedel II, 2, 95) empfängt er den Titel „houerichter" (1335, 26. März, Riedel I, Bd. 10, S. 463: „miles iudex curie Brand."), dann auch: „secretarius", „heimlicher" (1334 etc., z. B. Riedel I, 6, 454; II, 2, 85), „hanptmann und besunder heimlicher" (1335, Riedel I, 17, 485, 486); als „capitaneus generalis" ist er in den Urkunden bei Riedel wohl zuerst am 8. Decbr. 1335 (Riedel I, 12, 490) bezeichnet; dann aber wechseln die Titel: „vses landes meine honetman" (1336, 20. Juli, Riedel I, 19, 198), „capitanens marchie Brandenburgensis generalis" (19. Juli 1336, Riedel I, Bd. 23, 30), „eyn meyne richter des hoves tu Brandenborch" (7. März 1336, Riedel I, Bd. 20, S. 208) mit den einfacheren: „capitaneus noster dilectus" (1. Aug. 1337, Riedel I, 17, S. 490), „honetman" (1337, Riedel I, 1, S. 140), „capitanens et secretarius" (1336, 13. Mai, Riedel II, Bd. 2, 104), und in Bischof Ludolfs Todesjahr (1339) wird er noch: „capitaneus generalis" betitelt (Riedel I, 17, S. 491). Demnach lässt sich aus dem Titel des Johann von Buch keine Zeitbestimmung folgern. Wahrscheinlich dünkt uns indessen, dass die Vermittelung des Markgrafen kurz vor den Kölner Spruch vom 13. Aug. 1333 fällt. S. Nr. 5116, [11], Anm., auch 5427.

(1333?) 5427.

Vergleichs-Artikel zwischen dem Bischofe Ludolf von Schwerin und den Herzogen von Pommern über den Besitz des Landes Tribsees mit Stralsund.

Hii sunt articuli concepti in placitis. Episcopus ducibus Stetinensibus conferre debet in pheudum hoc in terra Ruyanorum, quod episcopus Zwerinensis contulit Wizlao quondam principi Ruyanorum secundum litteras dicti principis, que ducibus tradi debent in copia et originaliter tempore suo ostendi, cum petuntur; et tales recognitionum litteras dabunt duces, quales ab ecclesia petunt, que debent concordare de modo pheudi dati et recepti ab ecclesia; et super istis episcopus et capitulum dabunt litteras suas et cooperabuntur litteris archiepiscopi. Item episcopus laborabit cum suis, vt, si que sentencie ad instanciam sui sunt late, retractentur; hoc idem dominus Hinricus faciet apud suos exequtores et iudices, sed non obligat se de facto faciendo. Item per dictam inpheudacionem et

Digitized by Google

litterarum tradicionem hinc inde omnis lis et controuersia cessare debet, ita quod temporibus ducum et suorum heredum Sundenses et terra Ruyanorum non inpetentur post inpheudacionem ab episcopo uel ab ecclesia. Jtem, quos dictus episcopus habuit suspectos nomine ecclesie sue, quod melius suum et ecclesie non procurauerunt, illud dissimulabit. Jtem, si ecclesie uel cymiteria opidi Sundis sunt reconsiliande uel reconsilianda, illud faciet episcopus Zwerinensis. Jtem ex parte domini Hinrici ordinabitur restitucio possessionis (!) opidi Sundis cum omni iure, libertate et fructu, prout dominus Otto Slore eam possidebat; et si que noue abusiones inducte sunt per mortem domini Sloren, ille cassabuntur, et defendetur in possessione secundum continenciam litterarum apostolicarum. Jtem dominus Hinricus laborabit pro relaxacione processuum quorumcunque factorum ad instanciam sui contra duces, Sundenses et clericos eis adherentes et familiares, sed non obligat se de facto faciendo. Jtem de scolaribus et pueris dominus episcopus Zwerinensis faciet omnem, quam poterit, mansuetudinem; hoc idem procurabit ipse et frater suus Hinricus apud iudices, quantum melius potest.

Nach zwei gleichzeitigen Abschriften im Haupt-Archive zu Schwerin. Beide Abschriften enthalten kein Datum; wenn also Schröder, P. M. S. 1185, bei seiner Inhaltsangabe sagt: „duo exemplaria an. 1337", so beruhet dieses Jahr nur auf Vermuthung. Denn er hat seine Auszüge aus denselben beiden Abschriften, die damals noch in Kopenhagen waren, empfangen. Der Augenschein zeigt indessen, dass der damalige Bischof der Bischof Ludolf von Bülow war, da der Pfarrer Heinrich von Stralsund, anderweitig als dessen Bruder bekannt (vgl. z. B. Nr. 4809, 10), „frater suus Hinricus" genannt wird; sicher fallen diese Vergleichsverhandlungen also in die Jahre 1331 — 1339 (Ludolfs Regierungszeit), und wahrscheinlich ins Jahr 1333. S. Nr. 5116, [11], Anm., und 5426. — Gedr. bei Schröder, S. 3119.

1333. Juni 4. Lübek. 5428.

Das Dom-Capitel zu Lübek bestätigt und ordnet die durch die Urkunde Nr. 5423 von dem Schweriner Bischof Ludolf von Bülow und seinen Brüdern gestiftete Präbende in der Domkirche zu Lübek und verleihet sie deren Oheim, dem Schweriner Domherrn Heinrich von Bülow.

Uniuersis presencia visuris et audituris nos Alardus de Estorpe, vices gerens decani ecclesie Lubicensis, totumque capitulum ecclesie eiusdem salutem in domino. Noueritis, quod nos vocatis, qui fuerant euocandi, presentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tractatu sollempni et deliberacione prehabitis, communi consilio et consensu annuimus et consensimus, quod venerabilis in Christo pater dominus Ludolphus ecclesie Zwerinensis episcopus vnam prebendam in ecclesia nostra Lubicensi fundauit eamque redditibus vnius mansi iacentis in villa Rosenowe dotauit, ad quam

Digitized by Google

prebendam dictus reuerendus pater dominus Ludolphus Zwerinensis episcopus Henricum de Bulowe canonicum Zwerinensem, filium domini Henrici de Bulowe militis, presentauit, cui in personam magistri Hinrici Goldoghen canonici Lubicensis, procuratoris eiusdem Henrici de Bulowe hoc petentis, prebendam huiusmodi contulimus, recipientes eum nomine prefati Henrici, eo quod erat procurator ipsius ad hoc specialiter constitutus, in canonicum et in fratrem, locum sibi in capitulo et stallum in choro cum plenitudine iuris canonici assignantes. Qui eciam Henricus et eius successores in ecclesia nostra ad meliora, cum vacauerint, ascendent stipendia secundum ecclesie nostre consuetudinem et statuta; et quamuis meliora adepti fuerint stipendia, tamen redditus dimissorum stipendiorum non desinent percipere, donec meliorum stipendiorum redditus percipient cum effectu. Ceterum dictus Henricus eiusque successores, quamdiu in dicta prebenda de nouo instaurata constituti fuerint, ad nulla ecclesie nostre onera tenebuntur, memorias uel obuenciones aliquas cum aliis canonicis non percipient, sed consolacioni refectoriali vna cum ceteris canonicis participes letabuntur; vocem eciam in capitulo non habebunt, excepto Henrico de Bulowe predicto, cui, vt statim, cum fuerit in subdyaconum ordinatus, vocem in capitulo nobiscum habeat, de gracia concessimus speciali. Jnsuper sciendum, quod dicto reuerendo patri domino Ludolpho Zwerinensi episcopo propter affectum pium, quem circa nos et ecclesiam nostram gerere dinoscitur, dedimus et concessimus vnanimiter ius presentandi ad huiusmodi prebendam personam ydoneam, quociens eam vacare contigerit temporibus vite sue non per adopcionem alterius prebende et istius dimissionem, sed per clerici ab ipso ad eandem presentati mortem, renunciacionem seu priuacionem uel occasione alicuius premissorum; eo uero domino episcopo Zwerinensi defuncto, seu vacante ipsa prebenda per as[c]ensum clerici presentati ad eandem, extunc collacio dicte prebende ad . . decanum et capitulum nostrum communiter perpetuis temporibus libere pertinebit. Hiis eciam omnibus et singulis premissis reuerendus pater et dominus noster Hinricus episcopus Lubicensis suam interposuit auctoritatem et consensum ac ea omnia et singula de nostro consensu approbauit, ratificauit et confirmauit. Jn quorum omnium euidens testimonium dictus dominus noster episcopus sigillum suum et dictus reuerendus pater dominus Ludolphus Zwerinensis episcopus sigillum suum, et nos Alardus de Estorpe vicedecanus, Hinricus de Hattorpe cantor, magister Hinricus Goldoghe, Hinricus de Clutz, Nicolaus de Stralendorpe, Johannes de Morum, Johannes de Puteo, Hinricus de Bulowe, Martinus Stephani, Anthonius de Plesse, Gerhardus Wlome, Nicolaus de Molne, Johannes de Vltzen, magister Gerhardus de Lochem thesaurarius, Volmarus de Atendorn et Johannes de Warendorpe, canonici ecclesie predicte tunc capitulum facientes et premissis omnibus et singulis consencientes, sigillum ecclesie nostre duximus presentibus appendenda. Datum et actum Lubeke, anno domini M°CCC° tricesimo tercio, feria sexta proxima post festum corporis Christi.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den drei mit Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln ist nur noch das an erster Stelle hangende parabolische Siegel des Bischofs Heinrich von Lübek, und zwar in einem kleinen Bruchstück vorhanden, welches den Kopf einer Bischofsfigur und zur Linken derselben den oberen Theil des Stabes zeigt, sowie von der Umschrift:

S' . hα — — — — — α . αPI

Auf der Rückseite dieses Siegels ist das Secret des Bischofs ganz erhalten, einen stehenden Bischof darstellend, der den Stab in der Linken hält; Umschrift:

S . hαIИRIGI . αPISCOPI . LUBICAR .

— Gedruckt bei Leverkus, Urk.-Buch d. Bisth. Lübek I, S. 730, nach dem Original. — Vgl. Nr. 5423.

1333. Juni 5. 5429.

Ludolfi, Bischoffs zu Zwerin, brieff, das Otto Hornstorp, des Stifts Lehnman, vor ihm vffgetragen habe 5 mk. wendisch hebung, so ierlichs von seinem hofe zu Scadeloke fellig sein sollen, der meinung, das dieselben der begebenen Jungfrawen Rixæ in Rune, seligen Hinrichs Papen tochter, seiner hausfrawen Schwester, zu ihrem erbteil angeschlagen werden mochten. Demnach der Bischoff den Probst zu Rune wegen gemelter Jungfrawen Rixæ mit solchen 5 mk. belehnet hat, dass sie derselben zeit ihres lebens zu geniessen; doch mag Otto Hornstorp sie widerlosen mit 50 mk. wendisch. D[atum] 1333., sabbatho post festum corporis Christi.

Clandrian, Protocoll fol. 232 b.

1333. Juni 8. Lübek. 5430.

Burchard, Erzbischof von Bremen, und die Bischöfe Heinrich von Lübek, Marquard von Ratzeburg und Ludolf von Schwerin nebst ihren Domcapiteln und dem Domcapitel zu Hamburg vereinigen sich, den Uebergriffen der Bettelmönche durch alle rechtlichen Mittel zu wehren, und bestellen zu diesem Zwecke ihre Sachwalte.

Borchardus dei gratia sanct[e] Bremensis ecclesie archiepiscopus, ac Hinricus Lubicensis, Marquardus Raceburgensis, ac Ludolphus Zwerinensis eadem diuina gracia ecclesiarum episcopi, necnon Otto prepositus, Otto decanus totumque capitulum Bremensis, totumque capitulum Lubicensis, et Eghardus prepositus, Johannes prior totumque capitulum Raceburgensis, Hinricus prepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum Zwerinensis, necnon Ericus prepositus, Johannes decanus totumque capitulum Hamburgensis ecclesiarum vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris sinceram caritatem in domino et rei cognoscere veritatem.

Digitized by Google

Dudum intelleximus et iam clara experiencia cognoscimus, quod religiosi viri predicatorum, minorum et aliorum mendicancium ordinum fratres Bremensis prouincie in graue animarum suarum periculum et plurimorum scandalum nobis archiepiscopo et episcopis ac capitulis supradictis, necnon aliis prelatis et collegiis, monasteriis, ecclesiis, plebanis ac ceteris parrochialibus presbiteris per Bremensem prouinciam constitutis expresse facientes contra decretales, que incipiunt: „Super cathedram“, „Religiosi“ et „Cupientes“, in constitut. Clement. positas, et contra plures alias constitutiones canonicas temere venientes, diuersas frequenter inferunt iniurias, violencias et iacturas. Nos igitur diligenti deliberacione prehabita, cupientes eorumdem fratrum peruersis conatibus et illicitis ausibus iuris remediis nobis possibilibus obuiare, tenore presencium nos mutuo astringimus coniunctim et diuisim ac vnionis et confederacionis vinculo efficaciter obligamus, quod contra predictos fratres coniunctim et diuisim erimus fideles et efficaces obseruatores et executores canonum ad reprimendos eorumdem conatus illicitos editorum, et in hiis nostris subditis sic grauatis seu grauandis efficacis defensionis presidio firmiter assistemus ipsosque releuabimus ab oppressionibus et grauaminibus supradictis, et nichilominus appellacionibus iustis et legitimis ab oppressis seu pregrauandis canonice interponendis efficaciter adherebimus, ac sententias quaslibet et penas, per quoscumque delegatos a sede apostolica deputatos seu deputandos aut subdelegatos eorum aut ordinarios locorum rite prolatas seu proferendas, seu eciam racionabiliter infligendas, sine difficultate qualibet fideliter per nos seu per alios usque ad satisfactionem congruam in iuris subsidium exequemur. Vt autem huiusmodi negocium possit facilius expediri, nos Borchardus Bremensis archiepiscopus cum nostro capitulo, nostro et nostrorum subditorum nomine, religiosum virum dominum Nicolaum, prepositum monasterii sancti Georgii Stadensis, et nos Hinricus episcopus Lubicensis cum nostro capitulo, nostro et nostrorum subditorum nomine, magistrum Hinricum Goldoghen, canonicum nostre Lubicensis ecclesie, nos etiam Marquardus episcopus Raceburgensis cum nostro capitulo, nostro et nostrorum subditorum nomine, dominum Ottonem de Gronowe, ecclesie Raceburgensis canonicum, et nos Ludolphus episcopus Zwerinensis cum nostro capitulo, similiter nostro et nostrorum subditorum nomine, honorabilem virum dominum Nicolaum de Stralendorpe, decanum nostre ecclesie Zwerinensis, necnon nos Ericus prepositus, Johannes decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis discretum virum dominum Wilkinum Papen, canonicum eiusdem nostre ecclesie, nostro et nostrorum subditorum nomine, supradicti constituimus communiter et diuisim, prout ad nos et nostrum quemlibet spectare dinoscitur, nostros veros et legitimos procuratores, huiusmodi negociorum gestores, factores, diffinitores, dispositores et nuncios speciales, dantes et concedentes eisdem nostris procuratoribus, negociorum gestoribus, factoribus, diffinitoribus, dispositoribus et nunciis specialibus, prout ad nostrum quemlibet pertinet, plenam et liberam potestatem inueniendi vias et modos iuris,

Digitized by Google

quibus prefatorum fratrum temeritas debite reprimatur, collectam seu contribucionem pecuniariam a prelatis, capitulis, collegiis, ecclesiis et ceteris personis ecclesiasticis curam animarum et populum habentibus, prout ipsis expediens videbitur, ad supportanda huiusmodi expensarum onera libere imponendi, colligendi, recipiendi, custodiendi, ac easdem pecunias, quociens et quando pro huiusmodi causis oportunum fuerit, expendendi et de collectis et erogatis huiusmodi plenam racionem reddendi, necnon huiusmodi collectam seu subsidium pecuniarium a non soluentibus auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam districtius exigendi, agendi, promouendi, prosequendi, ordinandi, diffiniendi, disponendi, procurandi, et generaliter omnia et singula faciendi, que in premissis et eorum quolibet oportuna quomodolibet fuerint, quantumcumque eciam mandatum exigant speciale, gratum et ratum firmiter habituri, quidquid per prelibatos nostros et cuiuslibet nostrum procuratores, negociorum gestores, factores, diffinitores, dispositores et nuncios speciales actum, gestum et ordinatum, procuratum et factum in premissis quomodolibet fuerit seu quolibet premissorum. Et si quemquam ex predictis procuratoribus mori seu longo morbo infirmari seu ad longum tempus absentari aut reuocari contigerit, extunc infra mensem continuum ille, ad cuius hoc pertinebit officium, loco illius alium vtilem et ydoneum cum potestate consimili subrogabit; hoc sane prouiso, quod, si prelibatos procuratores, diffinitores seu dispositores seu eorum aliquem seu aliquos per memoratos fratres seu eorum instanciam in curia Romana seu extra curiam vexari, citari seu conueniri seu alias quomodolibet grauari occasione huiusmodi officii sui contigerit, talem seu tales usque ad finem litis de predictis expensis communibus, de collecta seu contribucione huiusmodi prouenientibus, efficaciter defendemus. Ceterum, ut sepedictorum fratrum temeritas cum effectu realiter refrenetur, astringimus nos mutuo et promittimus invicem bona fide, quod nullus nostrum nec aliquis subditorum nostrorum aliquam particularem seu singularem compositionem cum eisdem fratribus sine consilio prefatorum procuratorum, diffinitorum seu dispositorum in premissis faciet, sed exspectabitur super hiis diffinitiua sentencia auctoritate sedis apostolice proferenda, que efficaciter transierit in rem iudicatam, nisi forte sepedicti fratres vsi saniori consilio a suis iniuriis et grauaminibus vellent cum effectu desistere et constituciones canonicas in huiusmodi casibus editas firmiter obseruare, vel nisi nos aut aliquis nostrum aut ecclesie uel subditi nostri seu nostrum cuiuslibet racionabilem composicionem equamque concordiam et iuri consonam possemus consequi cum prelibatis fratribus, in quo casu memorati diffinitores operam et consensum ipsorum efficaciter adhibebunt. Nichilominus tamen composicionem seu concordiam cum ipsis fratribus coniunctim uel diuisim, ut premittitur, consequentes ad supportandum expensarum onera contribuent cum aliis, quamdiu cum eisdem fratribus super iure suo litigatum fuerit, necnon ad exequendum fideliter ipsorum sententias seu ad eorum instanciam racionabiliter proferendas in iuris subsidium astringentur. Jn quorum omnium

Digitized by Google

et singulorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Acta sunt hec Lubeke, anno domini M° CCC° tricesimo tercio, sexto ydus mensis Junii.

Nach Leverkus I, S. 731, Nr. 579, aus dem Original. — Clandrian registrirt im Protocoll fol. 267 b die vormals bei den Schweriner Stiftsbriefen befindliche Original-Ausfertigung. — Vgl. Bd. IV, Nr. 2567 und 2569.

1333. Juni 11. Schwerin. 5431.

Godfridus, Vicko vnd Hinricus, rittere, vnd Hinricus, Thesaurarius zu Zweryn, gebrudere von Bulow, bekennen, das ihnen das Hauss zu Butzow mit dem lande zu Butzow inhalt der daruber vffgerichteten brieffe verunterpfendet sey, vnd erkleren sich, do der Bischoff vnd Capittel etliche guter in gedachtem lande, darmit dasselb zu losen, zu verkauffen oder zu verpfenden gemeinet, das sie dasselb nicht hindern wollen. Datum et actum Zwerin, 1333, feria sexta proxima post octauas corporis Christi.

Clandrian, Protoc. fol. 42 b. — Vgl. Nr. 5387 und 1333, Decbr. 28.

1333. Juni 15. 5432.

Die Söhne des weil. Ritters Otto Grote lassen dem Grafen Heinrich von Schwerin den Zehnten aus Brietlingen (A. Artlenburg) auf, welchen sie an das Kloster Scharnebek veräussert haben.

Honorabili domino suo domino Hinrico comiti de Swerin Wernerus et Gheuehardus fratres dicti Groten, milites, Gheuehardus et Godeuerdus fratres dicti Groten, famuli, domini Ottonis militis dicti Groten bone memorie filii, obsequiosam in omnibus uoluntatem. Decimam in Bridhlinghe, quam de largitate vestra in pheodo tenuimus, quam viri religiosi scilicet dominus abbas et conuentus de Schermbeke a nobis cum consensu omnium heredum nostrorum emptionis titulo comparau[erun]t, dummodo pheodum premisse decime iam dictis conferre dignemini, in manus vestras cum graciarum actionibus resignamus. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno domini M° CCC° XXX° III., in die beati Viti martiris.

Nach von Hodenbergs Abschrift aus dem Original des Klosters Scharnebek, an dem noch 4 Siegel hangen. — Vgl. Nr. 5158 und 5302.

Digitized by Google

1333. Juni 22. Bützow. 5433.

Ludolf, Bischof von Schwerin, stiftet eine neue Domherrn-Präbende zu Bützow mit Hebungen zu Krase im Kirchspiel Varchentin, und verleiht dieselbe dem Moritz von Dörpen.

In Christi nomine. Amen. Nos Ludolfus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus notum facimus vniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, quod, postquam intelleximus redditus prebendales canonicorum Butzowensis ecclesie in tantum excreuisse, quod cuilibet prebende saluis suis redditibus necesse et vtile reputauimus excressentes redditus aliquibus certis vsibus applicare, prospeximus itaque, temporalibus commodis per dictos redditus comparandis cultum diuini nominis per augmentum prebendarum et numeri seruiencium preponendum precipue, omnino tamen commodis temporalibus non neglectis. Huius igitur racione, habito tractatu cum prouidis viris nobis specialiter dilectis Tyderico decano et capitulo eiusdem ecclesie Butzowensis ipsorumque consensu requisito et obtento libere, in ipsa Butzowensi ecclesia vnum prebendale beneficium ecclesiasticum, duraturum perpetuis temporibus, inuocato dei nomine instauramus et presentibus instauramus, auctoritate ordinaria confirmamus ipsique tria tremodia annone triplicis, que soluentur annuatim de duobus mansis ville Craze, site in parrochia Verkentin, quorum mansorum vnum colit Hinricus Dedeke et de eo soluit annuatim sex modios siliginis, sex modios ordei et vnum tremodium auene[1], de alio vero manso, quem coluit Gyse, soluentur tres modii siliginis, tres modii ordei et sex modii auene fructuum nomine seu dotis perpetue applicamus, ipsum[2] prebendale beneficium modo premisso per nos debita sollempnitate adhibita instauratum, canonice confirmatum, rite ac racionabiliter dotatum, vna cum canonicatu in prefata Butzowensi ecclesia Mauricio de Dorpen, clerico nostre dyocesis, contulimus et in hiis scriptis conferimus, volentes, vt eidem Mauricio et cuicunque in futuris temporibus collatum fuerit idem beneficium, quod fore et manere[3] decreuimus gradum ineuitabilem processus ad prebendas priores tempore et maiores dignitate siue fructibus in ipsa Butzowensi ecclesia, seniorum optione gradatim[4] admissa, ad maiores prebendas per prebendam puerilem ante hoc prebendale beneficium instauratam, quam nunc tenet Euerhardus dictus Klingenberch, in prefata Butzowensi ecclesia progressus pateat et ascensus. Adicimus insuper et prefato Mauricio ecclesie Butzowensis canonico specialiter et graciose concedimus, quod, quamdiu in hoc prebendali beneficio minori perstiterit et aliquam de prebendis prioribus ibidem consecutus non fuerit, licet vocem in capitulo et stallum in choro plene et integraliter habeat, ad officium et seruicium chori et ad personalem residenciam vltra, quam commodum sibi fuerit, nullatenus sit astrictus. Promouebit tamen profectum et honorem Butzowensis ecclesie pro totis viribus suis, sicut quilibet Butzowensis

Digitized by Google

ecclesie canonicus in ingressu suo ad hoc astringitur per proprium iuramentum. Jn quorum omnium premissorum et singulorum testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli Butzowensis ecclesie presentibus est appensum. Et nos Tydericus decanus et capitulum dicte Butzowensis ecclesie in recognicionem et signum consensus ad hec omnia et singula libere, spontanee et cum deliberacione prestiti sigillum nostrum loco subscripcionis singulorum presentibus duximus apponendum. Datum et actum Butzowe, anno domini M° CCC. XXX. tercio, feria tercia[5] ante festum beati Johannis baptiste.

Nach dem Diplom. Butzow. fol. LXXXV[b] und fol. XCIIII[b]. In beiden Abschriften stehen die Worte [4]„seniorum optione gradatim", von jüngerer Hand, in Rasur; die zweite giebt: [1]auene fructuum nomine, [2]ipsumque, [3]maxime st. manere, [5]tercia fehlt.

1333. Juni 26. 5434.

Heinrich von Barnekow, Eckhard von Bibow, Heinrich und Johann von Plessen, Ritter, sowie Bernhard, Helmold und Reimar von Plessen, Knappen, leisten dem Kloster Reinfeld für alle von den Gebrüdern Bertram, Johann und Christian Küle an das Kloster verkauften Güter Gewähr.

Nos Hinricus de Barnekowe, Echardus de Bibowe, Hinricus de Plesse, Johannes de Plesse, milites, necnon Bernardus de Plesse, Helmoldus et Reybertus de Plesse fratres, armigeri, promittimus coniuncta manu et presentibus obligamus nos vna cum Bertrammo, Johanne et Cristiano fratribus dictis Culen prestare warandiam domino abbati et conuentui in Reyneuelde de omnibus bonis, que uendiderunt iam dicto domino abbati et conuentui, disbrigare ipsa bona ab omnibus, qui eadem bona inpetere uoluerint, infra diem et annum in amicicia vel in iure. Jnsuper predicti fratres Bertrammus, Johannes et Cristianus predicta bona in manus domicelli Magnopolensis libere resignabunt. Jn quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXX. III°, in die beatorum martirum Johannis et Pauli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Dasselbe hat an Pergamentstreifen 10 Siegel getragen, deren drittes mit dem Siegelbande fehlt; Nr. 1 und Nr. 10 sind von den noch vorhandenen Siegelbändern abgefallen; an der Urkunde hangen noch folgende, sämmtlich schildförmige, Siegel:

2) mit einem nach rechts gewandten Hahn und der Umschrift:

✠ S' D. . ꞒꞒhꞦRD. . IBOV ꞒI . . . IS

(= Nr. 5412, Sgl. 5.)

4) mit einem nach rechts gewendeten Stier im fein gegitterten Siegelfelde; Umschrift:

⊛ S . IOhIS D' . PLꞒSSꞒ IVꞦIORIS MILITIS :

Digitized by Google

5) mit demselben Schildzeichen wie Nr. 4 im glatten Felde; Umschrift:

✠ S'. h [ɑ] LMOLDI . Dɑ . P — —

6) mit 2 ins Andreaskreuz gelegten Morgensternen; Umschrift (ergänzt nach dem Siegel an der Urkunde vom 4. Aug.):

✠ S' Kɑ[RST]ɑn . KVLɑ

7) gleich Nr. 5; Umschrift:

— — MARI ∴ Dɑ PLɑ — —

8) gleich Nr. 6; Umschrift (beginnt im rechten Schildwinkel):

[S'] BɑRTRAMMI . KVL[ɑ]

9) gleich Nr. 6 und 8; Umschrift:

✠ S' IOhANNIS — Lɑn

— Vgl. 1333, Juli 27, Aug. 4 und Novbr. 12, 1334, Febr. 24, 1336, Febr. 6 und Mai 3. Darnach waren die verkauften Güter: Wichmannstorf mit Boltenhagen.

1333? Juni 28. Wittenburg. 5435.

Burchard von Lützow, Ritter, stiftet eine Vicarei zu Dreilützow mit Hebungen aus Wölzow.

In nomine domini. Amen. Ab humana facilius labuntur memoria, qve nec scriptis nec voce testium eternantur. Hinc (est) sciant singuli, tam presentes qvam futuri huius litere inspectores et auditores, qvod ego Borchardus de Lutzow, miles, cum matura deliberatione et sano corpore, et voluntate meorum heredum, necnon cum pleno consensu meorum fratrum, videlicet Johannis, Wipperti et Volradi militum de Lützow dictorum, ob divin[e][1] remunerationis int[ui]tum[2] meorumqve remissionem peccatorum [et] progenitorum meorum salutem animarum, de bonis mihi a deo collatis do et attribuo meam villam totam slavicalem Weltzow dictam, sicut nunc ordinata est suis limitibus, cum omnibus suis pertinentiis, redditibus et emolumentis, [cu]m[3] agris cultis et incultis, lignis, virgultis, pratis, pascuis et aqvis, ad perpetuam vicariam per me fundandam et dotandam in ecclesia sita in villa mea Lützow ac perpetuis temporibus duraturam, qvam villam [vicarius], sicut ego hactenus habui et [possedi], cum omni iudicio maiori et minori libere ac qviete possidebit recipietque ipse [annis singulis][4] in qvolibet festo beati Michaelis a colonis dicte ville censum ac redditus ad dictam vicariam deputatos. Ceterum coloni ville prefate ne[c] mihi, nec meis veris heredibus, sed illi vicario soli ad servicia tenebuntur. Fateor tamen et concedo, qvod idem vicarius habere debet plenam potestatem inpignorand[i][5] pro se tales, qvi sibi redditus et censum dare favorabiliter subtenerent (?) in termino assignato, item bona dicta vicarie sicut propria defendend[i][6]. Jnsuper do eidem vicario unam aream ad unam domum sibi edificandam, qve iacet intr[a] villa[m] Lutzow, qvam volo ill[i][7] vicarie per-

Digitized by Google

petuo adiacere, proviso tamen, qvod idem vicarius unam lampadem ardentem quotidie in ecclesia Lutzow sub suis expensis procurabit ac ipse[8] divino officio debitis honoribus secundum ..... rectoris ecclesie heredibus in villa Lützow habitantibus ac moram protrahentibus, sic quod ipsi de propria parentela mea geniti spectare dignoscantur, perpetuo possidendam pleno iure, et non alios meos heredes vel patrueles, nisi saltem si exheredarentur, quod deus a(d)vertat. Huius rei et facti testis est Gotfridus rector ecclesie in Lützow, cuius licentia hec facta sunt, qvod sui sigilli appensione p[r]otestatur. Ut autem hec mea fundatio et donatio firma et rata perpetuo permaneat, et non ab me, nec ab aliquo heredum meorum legitimorum, neqve ab aliquo meorum fratrum predictorum valeat immutari, presentem paginam inde confectam sigillo meo una cum sigillis fratrum meorum predictorum duximus muniendam. Et nos Guntzelinus[9] dei gracia comes de Zwerin, pia desideria Borchardi prefati explere volentes, in honorem dei omnipotentis eiusque gloriose virginis matris Marie et in remissionem peccatorum nostrorum damus proprietatem et libertatem, gratiam et licentiam continentem, que egendom dicitur in vulgo, bonis adscriptis vicarie antedicte. Ut igitur hec nostre libertatis donatio firma a nobis nostrisqve heredibus veris et legitimis inviolabiliter perpetuo perseveret, presens scriptum in evidens testimonium premissorum sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Datum Wittenborg, anno domini M. CCCXXXIII.[10], in vigilia apostolorum Petri et Pauli. Et nos Marqvardus dei gracia Razeburgensis ecclesie episcopus, ad hec specialiter rogati, nominati et [vocati], predicta omnia et singula approbamus, ratificamus et confirmamus in nomine patris et filii et spiritus sancti, amen! ac eciam sigilli nostri appensione protestamur. Datum anno et die ut supra.

Nach von Hoinckhusen's handschriftlicher Genealogie der Familie von Lützow. Diese Abschrift ist ersichtlich sehr ungenau; sie giebt [1] diuinis, [2] intentum, [3] tam, [4] annis singulis steht vor libere ac quiete, [5] inpignorando, [6] defendendo, [7] ille, [8] die Stelle: „ac ipse — quod deus a(d)vertat", die wahrscheinlich vom Patronatrecht handelte, ist ganz unverständlich. Endlich ist entweder der Name des Grafen [9] Guntzelinus oder [10] die Jahreszahl 1333 falsch überliefert; denn der Graf Gunzelin kommt in unsern Urkunden zuletzt am 3. Mai 1327 (Nr. 4828) vor, am 1. Juli 1328 (Nr. 4946) statt seiner schon der „filius Guncelini pie memorie", „Otto greve van Wittenborch", wie er im Febr. 1328 (Nr. 4902) genannt wird.

1333. Juni 28. Lippehne. 5436.

Otto und Barnim, Herzoge von Pommern, schliessen mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg einen Landfrieden auf 3 Jahre.

Wi Otte und Barnim, van der gnade gods hertogen der Wende, der Cassubin unde der Pomere und herin to Stettin, bechinnin openbar an dissin briuen dat, dat wi gededinget hebbin mit dem hochgebornin fursten marggraue

Ludewig van Brandinburg, vsim liuen öm, in alle wis, als hi na bescriuin stet. To dem erstin male scolin sine bodin mit vsin bodin varin und then to vsem herin dem keyser vmme de sune, di mit vs geteidingit is van des keysers wegin —, und daruppe hebbin wi einin rechtin lantfride gelouet und gesworn dreu iar genzlich stede und ganz to holdene. — — — Wy nemin ok in dissin vrede und in desse vorbenumdin ding vse veddern hertogin Wartizlau kindere, den bysschop von Kamin und sin stichte und hern Johanne und Henninge, use swagere van Wenden, also bescheidinlich, dat si sig und ir iteslik an minne odir an rechte genügin latin scal. Welk ir ouir des nicht dede oder en wölde, dem scullin wi nicht noch wollin helpen odir beholpin sin. Willen ok die vorbenumdin van Wenden, vse swegere, dissen vrede holdin, dat scolen si dem marggrauen vorwissen, als si des beide ouir ein dregin. — — — Vnd darouir so geuin dissin brif, vorsigelt mit vsem insigel und des bisschops insigel von Camin, de dissin lanturede gesworin hebbin, vnd mit sinem insigel greuin Johans von Gutz[c]aue, di mit uns gelobt heft dissin vrede stede und gantz to holdene. Gegeuin to Lippen in der stat, na gods gebord M° CCC° XXXIII°, an sunte Peters und Pauls auind.

Das Original ist im Böhm. Kron-Archive zu Prag, eine Copie im Copialbuch des Geh. Staats-Archivs in Berlin. Nach Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 2, S. 74, hier im Auszuge. — Bei Gercken, Cod. I. 166 ungenau. — Vgl. Nr. 5437.

1333. (Juni 28.) Lippehne. 5437.

Ludwig, Markgraf von Brandenburg, beschliesst mit dem Herzoge Otto von Pommern und dessen Sohne Barnim, dass sie die Entscheidung über die Bedingungen des zwischen ihnen geschlossenen Friedens dem Kaiser anheimgeben wollen, und schliessen einen Landfrieden auf drei Jahre, in welchen auch die Fürsten Albrecht und Johann von Meklenburg aufgenommen werden.

Ludewich marggraff to Brandenborch breff, meldende, dat he gededinget hebbe mit hertoch Otten tho Stettin vnd synem szone hertoch Barnim, dat se erer beidersyts baden an den hern keiser schicken vnd tehen vmme de szone, de mit den hertogen gededinget is, vnd wie ehr die denne entscheidet, so wil de marggraue de ock holden ane wedderrede, darup einen landtfrede geschwaren dre iar lanck, den ock hertoch Rudolff van Sassen mit en geschwarenn van des marggrauen wegen. Item darnach alle vesten to breken, de nach marggraff Woldemers tiden gebuwet vnnd gemaket syn, de den landen schedelich syn, ane de stadt tho den Banen, darvmme se dorch ere frunde handelen willen; wo sie

Digitized by Google

nicht vordragen, schal id stan an vnserm heren dem keiser, wat de darmit maket, wil der marggraue holden mit den hertogen tho Pameren. Nimpt mit in de verdracht Albrechten grauen van Anhalt, Albrecht vnd Johans van Mekelenborch etc., vnnd scholen sick an minne vnd rechte genugen laten etc., und der marggraue schal sick nichtes an den hertochdomen, noch des bischops edder stiffts tho Cammin vnderwinden, den der bischop den landfrede ock geschwaren. Wes ock ein ider imme krige verlaren heft, schal ein ider dartho wedder kamen, so uele he recht dar hefft. Datum Leppen, anno 1333. *(Betekent mit C. 24.)*

Aus des pommerschen Secretairs Eramus Husen (1530 — 1572) Urkunden-Repertorium im königl. Prov.-Archive zu Stettin, früher in den Handschriften der Gesellsch. f. Pomm. Gesch., Fol. 147. Diese Urkunde ist ohne Zweifel am 28. Juni 1333 ausgestellt; vgl. Nr. 5436.

1333. Juli 8. Ivenack. 5438.

Bernhard Voss, Ritter, und Heinrich Voss beurkunden einen Pachtcontract wegen Klosterackers zwischen zwei Hintersassen zu Hasseldorf und dem Kloster Ivenack.

Nos Bernardus miles et Heyno famulus dicti Vosse vniuersis presencia visuris vel audituris recognoscimus per presentes publice protestantes, quod quidam subditi nostri in villa Hassendorp, videlicet Johannes Gruttemakere et Thydericus Burmester, preposito et conuentui sancte Marie in Yuenak viginti quatuor solidos de quindecim iugeribus et de spatio viginti quatuor virgarum agri singulis annis in festo Mychahelis perpetuis temporibus pro pacto coram nobis arbitrati sunt erogare. Predictis vero Johanne et Thyderico morientibus aut curias vendentibus, de quibus predictum colunt agrum, quoscunque extunc antedicta iugera de prelibatis curiis, quibus adiacent, colere oportuerit, dicto preposito et conuentui antedictos viginti quatuor solidos singulis annis in festo Mychahelis, ut premittitur, quorumlibet inpeticione non obstante perpetualiter erogabunt. Predictus vero prepositus et conuentus antedictos nostros subditos pre omnibus ipsos iniuste infestantibus tamquam subditos suos proprios presentibus astringuntur defensare. Si vero dictus prepositus et conuentus in dicto pacto colligendo et extorquendo in subsequenti tempore defectum paterentur aliqualem, ipsis liberam concedimus et donamus auctoritatem antedictum pactum de dictis curiis, ex quibus dicta iugera coluntur, per se et suos seruos expignorandi et integraliter extorquendi. Jn quorum omnium et singulorum testimonium sigilla nostra presenti littere duximus appendenda. Datum Yuenak, anno domini M° CCC° XXXIII°, ipso die Kyliani martyris beati.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentbändern hingen früher 2 Siegel. Das 2. ist abgefallen; das erste ist rund: ein rechts aufsteigender Fuchs auf einem stehenden Schilde; Umschrift:

✠ S' BGRRARDI . VOS . MILITIS ⚹

Dieses Siegel ist verkehrt angehängt, so dass das Kreuz nach unten und die vordere Platte der Rückseite der Urkunde zugewandt ist.

1333. Juli 9. Doberan. 5439.

Gerhard von Snakenburg, Knappe, quittirt das Kloster Doberan und dessen Bürgen wegen eines Drittheils der aus dem Vergleich über Admannshagen den Snakenburg zukommenden Summe.

Ego Gherardus dictus de Snakenborch, armiger, recognosco et protestor publice litteras per presentes, quod viri religiosi dominus Conradus abbas et conuentus monasterii in Doberan integraliter dederunt ac persoluerunt michi triginta tres marcas et quinque solidos cum quatuor denariis, videlicet terciam partem de centum marcis, quas michi et fratribus meis Johanni et Hermanno dictis de Snakenborch in dominica futura, qua cantatur Jnuocauit, debuerunt exsoluere pro composicione super villam Adameshaghen, ita quod ego dictos fratres in Doberan totaliter dimitto liberos de solucione dicte pecunie et de omnibus, que michi exinde modo possent competere qualicumque. Jnsuper honorabiles viros dominum Henricum dictum Frisonem consulem et Thidericum Wilden ciuem in Rozstok, qui pro dicta pecunia fideiusserunt, dimitto de eadem promissione liberos et solutos. Nullus insuper heredum uel amicorum meorum debet in perpetuum predictos fratres in Doberan pro prenominata pecunia aliqualiter inpetere, nec poterit modo quolibet perturbare. Quod ut eis perpetuo inuiolabiliter obseruetur, vna mecum promisit et promittit presentibus Reymarus de Barnekowe cognomento aduocatus, cuius eciam sigillum simul cum meo sigillo pro euidenciori testimonio litteris presentibus est appensum. Datum Doberan, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio, ydus Julii septimo.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentbändern hangen 2 Siegel:

1) dasselbe schildförmige Siegel, welches als das erste an Nr. 5412 hängt;

2) ein schildförmiges Siegel mit einem stehenden Schilde in einem Kreise und dreistraliger Blume in den Winkeln des Siegelfeldes. In dem inneren Schilde ein Flug mit einem Stierschädel darüber; Umschrift:

⚹ S' . RGYMGR . BARNGKOWG

— Vgl. 1333, April 9, Nr. 5412, und die daselbst citirten Urkunden, auch 1334, Febr. 16, und 1336, Novbr. 7.

Digitized by Google

1333. Juli 15. Neustadt. 5440.

Arnold und Johann von Neuenkirchen, Brüder, verkaufen ihrem Bruder, dem Pfarrer Gottfried zu Parchim, und dem Gebhard von Welzin zu milden Zwecken 6 Hufen in Mistorf bei Schwan.

Arnoldus et Johannes fratres d(i)e Nienkerken dicti tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod bona uoluntate et matura deliberatione sex mansos cum omnibus fructibus suis in uilla Mystorp prope oppidum Schwan iusto titulo emptionis rationabiliter pro ducentis marcis denariorum s[cla]uicorum[1] dilecto fratri nostro domino Gottfrido, plebano in Parchem, et genero nostro Geue(r)hardo Weltzin ad cultum diuinum uel ad alium pium usum uendidimus, ita quod nobis et nostris heredibus nihil iuris uel utilitatis reseruamus in bonis memoratis. Jn cuius euidentiam nostra sigilla presentibus sunt annexa. Datum Nienstadt, anno domini M°CCC°XXXIII°, in die diuisionis apostolorum beatorum.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus dem Anfange des 17. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin. (¹stralanicorum.) Clandrian verzeichnete 1583 den Inhalt (er giebt ¹200 Mk. wendisch) in seinem „Extract der Brieffe, so die Oeconomia zu Parchim vber Mistorff hat", nach dem Original mit der Bemerkung: „Die Sigel seind von diesem briefe abgefallen". — Vgl. 1333, Aug. 10 und 24.

1333. Juli 18. 5441.

Nicolaus Syst, Hinrichs Syst burgers zu Lubek Sohn, hat dem bischoffe zu Zuerin Ludolfo vberantwortet seine Sigel vnd briefe, die er gehabt hat vff 4 hufen zu Penneuit[1] vnd vff 4 hufen zu Bomgharden.[2] etc. Datum 1333., *in* die beati Arnolfi confessoris.

Clandrian, Protoc. fol. 29°. — (¹j. Pennewitz, ²Baumgarten bei Bützow.) — Vgl. Nr. 4334.

(1333.) Juli 27. Wismar. 5442.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster Reinfeld das Dorf Wichmannsdorf mit dem Eigenthum, welches die Gebrüder Bertram, Johann und Christian Küle an das Kloster verkauft und vor dem Fürsten aufgelassen haben.

Albertus dei gratia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus vniuersis presentia visuris seu audituris salutem in domino cum notitia veritatis. Tenore presentium publice recognoscimus protestantes, quod dilecti nobis Bertrammus, Johannes et Cristianus fratres dicti Kulen, filii Johannis dicti Ryken militis, fideles nostri, de nostro, consiliariorum nostrorum, heredum dictorum fratrum ac omnium

Digitized by Google

aliorum, quorum interest vel interesse poterit, beneplacito, consilio et consensu vendiderunt, dimiserunt et coram nobis animo deliberato resignauerunt viro religioso domino abbati totique conuentui et ecclesie in Reyne(ue)uelde, ordinis Cysterciensis, Lubicensis dyocesis, pro mille quadringentis marcis denariorum Lubicensium sibi integraliter persolutis totam villam Wychmerstorpe cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, paludibus, aquis, aquarum decursibus et piscaturis, cum tota proprietate perpetua, que wlgariter eghendom dicitur, necnon cum casis, que kothen dicuntur, cum iudicio vasallico, videlicet sexaginta solidorum et infra, ac vniuersaliter cum omnibus attinenciis, vtilitatibus et libertatibus, sibi a patre nostro dilectissimo domino Hinrico memorie felicis dimissis et concessis, prout in suis distinctionibus et terminis tam in longum quam in latum situatur et ab antiquo noscitur iacuisse, ab omnibus precariis et seruiciis, que de bonis pheodalibus fieri solent, liberam et exemptam, temporibus perpetuis pacifice possidendam. Subditi tamen ipsorum ibidem commorantes ad terrarum defensionem generalem, que landwere dicitur, velud alii rustici tenebuntur. Et nos ad vtriusque partis instanciam dicto domino abbati et conuentui in Reyneuelde memoratam villam cum omnibus premissis condicionibus et libertatibus ad dictorum fratrum resignacionem contulimus et conferimus in hiis scriptis, dantes eidem domino abbati et conuentui hanc villam vendendi, dandi seu obligandi in parte vel in toto, cuicunque vel quibuscunque voluerint, potestatem, et in cuiuscunque vel quorumcunque manus sepedicta villa deuenerit, sine contradictione aliqua premissis libertatibus perfruantur. Vt autem omnia premissa perpetuum robur optineant firmitatis, presentem litteram nostro sigillo duximus muniendam in euidens testimonium premissorum. Testes sunt: Johannes de Bulowe, Bolto Hasencop, Hinricus et Johannes dicti de Plesse, Hinricus de Barnecowe et Johannes Molteke, milites, Johannes Cropelin et Johannes Rodekogele, consules in Wysmer, ac alii plures fide digni. Datum Wysmer, anno domini M° CCC° tricesimo tercio, die septem fratrum dormientium.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Fäden von rother, gelber und grüner Seide hängt das zu Nr. 5056 abgebildete grosse schildförmige Siegel des Fürsten Albrecht. — Vgl. Nr. 5434 und 1333, Aug. 4 und Novbr. 12, 1334, Febr. 24, 1336, Febr. 6 und Mai 3.

1333. Aug. 3. Lauenburg. 5443.

Erich und Albrecht, Herzoge von Sachsen-Lauenburg, schliessen mit dem Grafen Heinrich von Schwerin ein Landfriedensbündniss.

Wy Erik vnde Albert, van den gnaden godes herteghen tů Sassen, tu Engheren vnde Westfalen, bekennen vnde betughen in desseme openen breue, dat wy mit deme edelen manne greuen Hinrike van Zverin, vseme leuen

Digitized by Google

suaghere, ene vrentlike vorbindinghe hebben ghedeghedinget, also hir na bescreuen steyt. Wy scolen eme volghen mit seuentich mannen vp orsen und mit tven bliden binnen vsen landen, vnde in deme lande tů Zverin, Wittenborch, Boyceneborch, Gnevesmolen vnde Godebutze ok mit seuentich manne vnde mit ener bliden, vnde in dat lant tů deme Sternebergh allenen vor den Echof mit vertich mannen vp orsen ane bliden, vp vse eghenen kost, win vnde verlust, vp alle, de dar it eme vp werende is, de ene eder sine man vervanghen hebbet. Were ok, dat dee ienich herre oder en ander man, in welker achte dat de were, in sinen vrede neme, vore tů bedeghedinghende, oder houede vnde husede, vp den scole wy eme helpen, also hir vor sproken is, vnde is des not, mit alle vser macht, dat si, wanne dat si. Wint he veste mit vser helpe an sineme lande, de men dorch vredes willen holden scal, de scal he waren laten vnde scal vs dat wissen, dat he de nicht wedder ne antwerde eder ne breke, it ne si van vser wlbort, vnde bi namen hern Bolten Hasencoppes vnde hern Marquardes van Zecher; vnde de veste scolen vse openen slote wesen tu vsen nøden. Were ok, dat ienich man veste wedder buwen wolde, de broken weren, dat scole wy eme helpen keren mit aller macht. Js ok des not, wanne he vor ener veste licht, wi scolen eme over volghen mit aller macht. Vortmer, is dat, dat ene ienich man darna darvmme beweren wil, vppe den scole wy eme volghen mit half der macht binnen achte daghen darna, wanne he dat eschet, vnde binnen eneme manede darna mit alsodaner gantzen macht, als hir vor sproken is. Vanghe we vanghenen, de scole wy delen na mantale. We ne scolen ok vs nicht daghen eder sønen, it ne si na sineme willen. Wanne wy ok eme vsen bref gheantwordet hebben, so scal ligghen minne vnde recht, also dat we eme scolen volghen, als hir vor bescreuen is. Vppe desse stucke tů holdende loue we en intruwen an desseme breue vnde hebbet tů ener tuchnisse vse ingheseghele darvore ghehenghet. Desse bref is ghegheuen vnde screuen tu Louenborch, na der bort godes dritteynhundert iar dre vnde drittich iar, des dinxedaghes, also sunte Stephan gheuu[n]den wart.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An zwei Pergamentstreifen hangen die beiden runden Siegel aus grünlichem Wachs. Auf dem ersten ist der Fürst auf dem Vogelheerde oder einer Bank, über welche eine gemusterte Decke geschlagen ist, sitzend dargestellt, mit beiden Händen einen Vogel haltend, vor sich einen Hund, hinter sich den Helm mit einem Hut, worauf ein Federbusch zu erkennen ist, und den Schild mit dem sächsischen Wappen; Umschrift:

✠ . S . ERICI . CONDA . FILI . . . . . S . DVCIS . [SAX]ONIE .

Auf dem zweiten ist eine sechseckige gothische Rosette; in dem runden Mittelschilde steht ein Brustbild, in den sechs runden Bogen um den Mittelschild steht abwechselnd ein Helm und ein Schild mit dem sächsischen Wappen; Umschrift:

✠ S' . ALBERTI . DVCIS : SAXONIE . ANCARIE . 7 . WESTFALIE

— Gedruckt in Jahrb. VII, S. 253.

Digitized by Google

1333. Aug. 4. 5444.

Bertram, Johann und Christian Küle, Brüder, quittiren das Kloster Reinfeld über 380 Mark Lüb. für die von ihnen gekauften Güter (Wichmannsdorf mit Boltenhagen).

Nos Bertrammus, Johannes et Cristianus fratres dicti Kulen tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod dominus abbas et conuentus monasterii in Reyneuelde persoluerunt nobis pro bonis, que a nobis emerunt, trecentas et octoginta marcas denariorum Lubicensium, quarum octoginta in Wismaria, ducentas et quadraginta in Lubeke Johanni de Raceborch ac sexaginta marcas dictorum denariorum heredibus Volmari de Bucken in Lubeke persoluerunt, de quibus predictos dominum abbatem et conuentum Reyneueldensem dimittimus a qualibet actione secundaria penitus quitos, liberos et solutos, quod sub sigillis nostris presentibus appensis publice profitemur, tenentes nos de predicta pecunia pagatos et contentos. Datum in testimonium anno domini M° CCC° tricesimo tercio, feria quarta proxima post festum beati Petri ad vincula.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen 3 Pergamentbänder, deren erstes das Siegel verloren hat; erhalten sind:

2) ein schildförmiges Siegel mit zwei ins Andreaskreuz gelegten Morgensternen (Keulen?) in dem mit Herzen bestreueten Siegelfelde; Umschrift:

— — DIVITIS MILIT —

3) ein gleiches Siegel mit denselben Schildzeichen im glatten Felde (= Sgl. 6 an Nr. 5434); Umschrift:

— [S' Ka]RSTan ∴ KVLa

— Vgl. Nr. 5434 und 5442, auch 1333, Novbr. 12, und 1334, Febr. 24.

1333. Aug. 9. Wismar. 5445.

Der Prior der Dominicaner und der Gardian der Franciscaner zu Wismar vidimiren das Privilegium König Christoph von Dänemark für die Wismarschen unter Nr. 4505.

Nos frater Gerlacus de Rozstock, prior fratrum de ordine predicatorum in Wismer, ac frater Reynerus de Luneborgh, gardianus fratrum minorum ibidem, — fatemur — nos litteras — vidisse — —. Datum Wismer, anno domini M° CCC° XXX° tercio, in vigilia beati Laurentii martiris gloriosi.

Nach einer auscultirten und collationirten Abschrift des Notars (und Stadtschreibers M.) Peter Wedighe, in dessen um 1520 angelegtem Diplomatar der dänischen Privilegien im Raths-Archive zu Wismar.

Digitized by Google

1333. Aug. 10. Güstrow. 5446.

Johann II., Fürst von Werle, verkauft dem Pfarrer Gottfried an der Georgen-Kirche zu Parchim das Eigenthum von 6 Hufen zu Mistorf bei Schwan.

In nomine domini. Amen. Johannes dei gracia dominus de Werle omnibus et singulis presencia visuris vel audituris salutem in perpetuum. Actio temporalis cito transit a memoria hominum, si non litterarum [et] testium fulcimento fuerit perhennata. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire, quod vnanimi voluntate et consensu nostrorum omnium heredum ac nostrorum militum et vasallorum consilio maturo contulimus, dedimus, resignauimus sincero viro domino Gotfrido plebano ecclesie sancti Georgii in Parchym, nostro predilecto cappellano, proprietatem perpetuam ac liberam sex mansorum in villa Mystorp, sita inter Zywan et Gusterowe, absque vllo seruicio, iure vasallorum nostrorum, cum omni vtilitate et vsufructu, cum omnibus prouentibus, qui in ipsis mansis sunt et haberi poterint et in posterum euenire in lignis, siluis, nemoribus, rubis et rubetis, pratis, pascuis et palludibus, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, montibus et vallibus, in viis et inviis ac ceteris quibuscunque contentis infra distinctionem suorum terminorum, absque funiculi dimensione. Hos quidem mansos idem dominus Godfridus a nobis racionabiliter conparauit ac plenarie persoluit, prouiso tamen, quod ipse dominus Gotfridus prefatos sex mansos et eorundem redditus sub prerogatiuis singulis, vt premissum est, ad vnam vicariam instaurandi perpetuam, vel ad quamcunque elemosinam legandi, aut ad ecclesiam sancti Georgii in Parchem applicandi, seu ad alium vsum quemcunque conuertendi cum omni proprietate et libertate secundum sue voluntatis arbitrium liberam ac plenam habeat facultatem. Nos igitur volentes hoc factum non solum a nobis, verum eciam a nostris heredibus et successoribus omnibus inuiolabiliter obseruari, prelibato domino Godfrido presentem litteram nostri sigilli munimine dedimus insignitam. Testes huius rei sunt: dominus Stacius scolasticus et canonicus ecclesie Gustrowensis, dominus Johannes de Dessin, miles, et Wolterus de Tornowe, noster aduocatus in Gustrowe, atque plures alii fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXXIII°, in die Laurencii martiris, in ciuitate Gusterowe sepius nominata.

Nach einem Original-Transsumpt in der Bestätigungs-Urkunde des Bischofs Ludolf von Schwerin vom 24. Aug. 1333, im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. Nr. 5440.

Digitized by Google

1333. Aug. 11. Rostock. 5447.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht der Stadt Rostock die Bede und die Gerichtsbarkeit von dem Dorfe Barnstorf.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presencium tenore recognoscimus lucide protestantes, quod nobis familiaribus et dilectis consulibus ciuitatis Rozstock ad resignacionem discreti viri Hinrici Frisonis, consulis ibidem, heredumque fratris eiusdem, videlicet Thiderici quondam consulis ibidem pie memorie, dimittimus et presentibus conferimus totam et integram precariam super villam Bernstorpe cum omni iudicio, videlicet maiore et minore, ac vtilitatibus eorundem, absque omni seruicio, sicut ipsam precariam et iudicium maius, scilicet manus et colli, ac minus, videlicet sexaginta solidorum et infra, dilectissimus pater noster dominus Hinricus memorie felicis nuper dicto Thiderico Frisoni bone memorie suisque heredibus dimisit et concessit, prout littere eiusdem patris nostri super hoc confecte plenius protestantur. Jnhibemus igitur omnibus nostris aduocatis et officialibus, ne dictos consules nostros in precariis, quociens ipsas pecierimus, et iudiciis omnibus aggrauent aliqualiter vel molestent, sed magis ipsas precarias et iudicia cum eorum vtilitatibus omnibus et singulis dictorum consulum et ciuitatis nostre Rozstok vsibus sequi permittant ordinandas. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Wipertus Luzowe, Hinricus de Barnecow, Johannes de Plesse et Nicolaus de Helpede, milites nostri, ac alii plures fide digni. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° tricesimo tercio, crastino sancti Laurencii martiris.

Nach dem Original im Raths-Archive der Stadt Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt das schildförmige Vormundschaftssiegel des Fürsten Albrecht. — Gedruckt in d. Rost. Nachr. 1753, S. 173; Franck VI, S. 115. — Vgl. Nr. 5229.

1333. Aug. 24. Warin. 5448.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt und ordnet die von dem Pfarrer Gottfried Nienkerken an der Georgen-Kirche zu Parchim und mehreren Laien in derselben Kirche gestiftete und mit 6 Hufen zu Mistorf (bei Schwan) ausgestattete Vicarei.

Ludolphus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus vniuersis presencia visuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Ad noticiam omnium, tam presencium quam futurorum, volumus presenti instrumento pupplico peruenire, quod litteras nobilis viri domini Johannis de Werle non rasas, nec[1] viciatas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte sui[2] lesas vidimus sub hac forma:

Digitized by Google

[Hier folgt Nr. 5446.] Nos vero ex officii nostri debito cupientes cultum diuinum augeri, sex mansos predictos in villa Mystorp cum omni iure, fructu, vtilitate et libertate, prout superius est expressum, in dotem applicamus et assignamus et dictam vicariam seu altare auctoritate ordinaria approbamus et confirmamus ac in tuicionem recepimus ecclesiastice libertatis, ita[3] quod dicti redditus sex mansorum in villa Mystorp debent ecclesie sancti Georgii in Parchym nomine dotis perpetue apponi et applicari, quos vero redditus dicte ecclesie plebanus tollere debeat annuatim, ita videlicet, quod dictus plebanus, quicunque ibidem fuerit suo tempore, singulis diebus in secundo pulsu matutinarum in eadem ecclesia vnam missam faciet obseruari in predictorum reddituum recompensam. Ad officiacionem istius misse plebanus recipere poterit vnum sacerdotem ydoneum, quemcumque voluerit et qui sibi videbitur expedire. Jnsuper dictus plebanus tenetur duabus vicibus[4] cuiuslibet anni, scilicet feria IIII[a] proxima ante festum beati Mychaelis ac feria tercia post dominicam palmarum, peragere fundatorum memoriam ante altar(i)e[5] dicte vicarie nominatim sollempniter cum quatuor luminibus de sex talentis cere quolibet termino de vespere cum vigiliis et de mane cum tribus missis, in quibus dictus plebanus cum tribus sacerdotibus et duodecim scolaribus debeat esse constitutus, et ad missas personaliter offerre debeat sex denarios vsuales, et semper a sepedicto plebano[6] sancti Georgii, qui pro tempore fu[er]it, huiusmodi missa procurabitur obseruanda. Dato eciam, quod (si) interdictum fuerit, attamen [ianuis] [clau]sis, si licite fieri poterit, obseruetur. Et in prima missa pro defunctis habeatur singulis diebus memoria fundatorum huius [vicarie in] canone et nominatim pupplice coram plebe, quorum nomina sunt hec: dominus Denekinus miles et Bertha eius uxor, [domi]nus [Johannes miles] et Ermegardus[7] eius vxor, dicti de Welcin, Ericus, Hinricus, Willekinus, Vicko, Gheuehardus, Denekinus, [Hermannus] et Johannes, filii domini Johannis de Welcin, Johannes Spornitze, Margareta[8] eius vxor, Johannes et Greta pueri eorum, Johannes Lankemann [et Ghese] sua vxor, ac eorum progenitores[9], Johannes[10] Nyghenkerken et Alheydis vxor sua, et dominus Godfridus plebanus ecclesie sancti [Georgii in Par]chym, eorum filius, Gherd[11] Wittenborgh et vxor sua Margareta, necnon dictus[12] Gher. parui Radolphi, sacerdos. Jnsuper [dictus pleba]nus omnia necessaria huius altaris, in quibuscunque consistere dinoscuntur, procurabit, et quociens ipse debita premissa non seruauerit [vel missam] subtrahere voluerit, per dimidium mensem ab ingressu ecclesie sit suspensus. Si vero illam suspensionem animo sustinuerit indurato, [ex]tunc[13] idem plebanus, qui tunc pro tempore fuerit, nostre sentencie excommunicacionis subiacebit, quam in ipsum ferimus in hiis scriptis. Jn quorum [omnium] testimonium et euidenciam pleniorem sigillum nostrum secretum[14] presentibus est appensum. Datum et actum Warin, anno [domini] M° CCC° XXXIII°, in die beati Bartholomei apostoli, presentibus dominis[15] Gotfrido Nyenkerken, plebano ecclesie sancti Georgii in [Par]chy°m, Francone cappellano

Digitized by Google

domini de Werle[16], Hinrico de Warn, sacerdotibus, et Hinrico nostro clerico[17], necnon aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Pergament ist an mehreren Stellen vermodert und ziemlich ungeschickt auf Papier aufgeklebt. Gegen das Ende der Urkunde fehlen daher mehrere Worte ganz. [14] Das Secret des Bischofs, welches an einem Pergamentstreifen hing, ist abgerissen. — Unsere Ergänzungen sind einer im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten beglaubigten Abschrift entnommen, welche übrigens nach einer zweiten Ausfertigung gemacht ist. Ausser mehreren gleichgültigen Veränderungen in der Wortstellung zeigt sie folgende Abweichungen: [1] non — [2] sua — [3] ita tamen — [4] duabus vicibus: fehlt — [5] altare — [6] plebano: fehlt — [7] Ermegardis — [8] Greta — [9] ac — progenitores: fehlt, — [10] item Johannes — [11] Godfridus de — [12] dominus — [13] extunc — [14] secretum: fehlt — [15] dominis Hermanno Rabelman, Godfrido Nienkerken — [16] Francone plebano in Dorow (capp. d. d. W.: fehlt) — [17] Hinrico de Warne et Hinrico nostro clerico, sacerdotibus.

1333. (Septbr.) Rostock. 5449.

Gerhard von Warnemünde überträgt seiner Frau und seinem Schwager Konrad Kröpelin sein Haus zu Rostock.

— — Herbordus et Hermannus Lippeman ex parte puelle Ghezeken monialis in Yvenak et suorum proximorum warandiam cum sepedicto Gherardo promiserunt. Cum hiis ab inuicem sunt diuisi et separati.

Nach dem Rost. Stadtb. 1324 — 1335, fol. 194 [b].

1333. Septbr. 2. Ratzeburg. 5450.

Marquard, Heinrich und Ludolf, Bischöfe von Ratzeburg, Lübek und Schwerin, bezeugen dem Herzoge Erich von Sachsen bei dem Papste seinen Gehorsam gegen die päpstlichen Befehle in Bezug auf den Kaiser Ludwig den Baiern und seinen Sohn, den Markgrafen von Brandenburg.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Johanni diuina prouidentia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Marquardus Raceborgensis, Hinricus Lubicensis et Ludolfus Zwerinensis ecclesiarum episcopi cum omni humilitate et fidelitate deuota pedum oscula beatorum. Ad audientiam s[anctitatis] vestre cupimus peruenire, quod illustris princeps dominus Ericus, dux Saxonie, Angarie et Westfalie et sacri Romani imperii marscalcus, semper se gessit et habuit et adhuc se gerit et habet erga s[anctitatem] vestram et sacrosanctam Romanam ecclesiam sicut filius obediens et deuotus. Quandocunque enim et quecunque mandata s[anctitatis] vestre venerunt et veniunt ad nos et

Digitized by Google

ciuitates ac dyoceses nostras contra Baurum vel primogenitum eius aut alios sacrosancte Romane ecclesie emulos, ipse huiusmodi mandata, quantum in eo fuit et est, humiliter seruauit et seruat et in huiusmodi mandatorum publicatione nobis cooperabatur et cooperatur fideliter et deuote. Et si dominus Rodolfus dux Saxonie, frater patruelis eiusdem domini Erici ducis, aliquod fedus vel aliqua federa cum dicto Bauro aut eius primogenito, qui se gerit pro marchione Brandenburgensi, vel aliis sacrosancte Romane ecclesie emulis iniuit, noscat s[anctitas] vestra, hoc de voluntate et beneplacito dicti domini Erici ducis minime fore factum. Supplicamus igitur s[anctitati] vestre humiliter et deuote, quatenus peticiones, s[anctitati] vestre pro eiusdem domini Erici ducis persona, vobis ac sacrosancte Romane ecclesie tam fideli ac deuota, vt predicitur, directas, gratiose dignemini exaudire. Et in testimonium premissorum sigillis nostris presentes littere sunt munite. Datum in castro Raceborgh, anno domini millesimo CCC° tricesimo tercio, feria quinta proxima ante diem natiuitatis beate Marie virginis.

Nach Sudendorf's Registrum II, 186, aus dem Original im königl. Archive zu Hannover, und Riedel im Cod. dipl. Brand. III., Bd. 2, S. 7. „Das erste Siegel zeigt", nach Sudendorf, „die Umschrift: Marquardus dei gratia Raceborgensis ecclesie episcopus. Das zweite Siegel zeigt die Umschrift: S. Henrici dei gratia Lubecensis ecclesie episcopi. Das dritte Siegel zeigt die Umschrift: Ludolfus dei gratia episcopus ecclesie.. erinensis."

1333. Septbr. 12. Rostock. 5451.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt, auf Ansuchen Rötgers, des Pfarrers zu St. Marien in Rostock, und des Rathmanns Heinrich Frese daselbst, die mit Hebungen aus Spotendorf bewidmete Fresesche Vicarei in der Marienkirche zu Rostock.

Ludolphus dei gratia Suuerinensis ecclesie episcopus omnibus presencia uisuris uel audituris salutem in eo, qui est omnium uera salus. Tenore(m) presencium cunctis fidem christianam colentibus ad perpetuam rei memoriam innotescat, quod constituti in nostra presencia discreti uiri dominus Rutgerus rector ecclesie sancte Marie in Rostoc, nostre diocesis, et Henricus Friso, consul ibidem, duo instrumenta non rasa, non cancellata, nec in aliqua sui parte reprehensibilia, nec suspecta produxerunt et publicauerunt, quorum primum erat nobilium virorum Henrici et Nicolai quondam dominorum de Werle uerorum sigillorum appensionibus roboratum, cuius tenor de uerbo ad uerbum erat talis: *[Hier folgt die in Bd. III, Nr. 1730, gedruckte Urkunde.]* Alterum uero instrumentum sigillo consulum in Rostoc firmatum et roboratum plene in tenore processerat infrascripto: *[Hier folgt die in Bd. III, unter Nr. 1847, gedruckte Urkunde.]* Bonorum igitur proprietate secundum modum pretactum obtenta, prefati dominus Ruthgerus et Hinricus ezlo

Digitized by Google

deuocionis accensi ac saluti sue et suorum coniunctorum (?) animarum utiliter prouidere intendentes, a nobis humiliter supplicarunt, ut in ecclesia sancte Marie in Rostoc pro remedio animarum suarum et omnium, qui ini[bi] in his participes fore debent, unum altare uel simplex beneficium nomine vicarie instaurare et confirmare dignaremur, cui uiginti duarum marcarum denariorum slauicalium redditus perpetui, in dicta villa Spotendorpe annuatim tollendi nomine dotis, coram nobis sunt racionabiliter assignati libere et donati; hoc tamen adiecto, quod, si in futuro dicto Henrico Frisoni aut suis ac fratris sui Theodorici bone memorie heredibus placu[er]it[1], dicto altari seu vicarie fructus seu annuos redditus eque bonos, utiles et certos comparare valeant, ipsa bona ville Spotendorp ad se libere reuertantur. Et si aliqua bona in augmentum et incrementum dicti beneficii seu vicarie adhuc in futuro eis applicari contig[er]it[2], similiter confirmata noscantur. Verum, cum inter prefatos Rutgerum rectorem ecclesie sancte Marie predicte, ex una, Hinricum Frisonem, parte ex altera, super iure patronatus dictorum reddituum et beneficii discordia sit hucusque habita aliqualis, quis eorum in hoc beneficio habere debeat ius patronatus, super qua discordia sunt amicabiliter, ut coram nobis fatebantur, concordati in hunc modum, quod dictus Henricus Friso et sui filii legitimi, necnon filius Theodorici Frisonis bone memorie, fratris supradicti Henrici, ac eorundem filiorum filii legitimi, et non alii, ius patronatus in predictis habebunt, quamdiu duraverint, eisque omnibus defunctis idem ius patronatus ad rectorem sepedicte ecclesie s. Marie, qui pro tempore fu[er]it[3], libere deuoluetur perpetuo possidendum, ita quod infra tres menses, postquam dictum beneficium sibi uacare constiterit, clericum idoneum ad hoc debeat presentare; quod si non fecerit, extunc tribus mensibus elapsis idem ius patronatus ad consules in Rostoc illa uice dumtaxat pertranseat, qui tunc infra tempus, quod ipsi rectori de iure ulterius competere posset, ad huiusmodi beneficium clericum idoneum presentabunt; clericus quoque ad predictum beneficium institutus ad altare beatorum Johannis euangeliste, Bartholomei apostoli, Agathe et Gertrudis sanctarum virginum officium pro dicto beneficio, non obstante, quod et alius vicarius eidem altari ex alio beneficio deseruiat, debeat exercere. Nos igitur huiusmodi concordiam et composicionem approbantes et, prout spectat ad nostrum officium, cultum diuinum desiderantes nostris augeri temporibus et pio zelo fauentes, in ecclesia s. Marie in Rostoc de rectoris eiusdem predicti consensu beneficium simplex seu vicariam ad altare predictum, quod parentes Hinrici Frisonis predicti fundasse et aliis certis redditibus dotasse noscuntur, per uenerabilem patrem dominum Johannem Suerinensem episcopum, predecessorem nostrum, canonice confirmatum et eciam consecratum, in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus et auctoritate ordinaria confirmamus predictosque viginti duarum marcarum redditus denariorum slauicalium de bonis prenominate ville Spotendorpe a ce[rt]is[4] et ad hoc deputatis villanis annis singulis percipiendos,

Digitized by Google

omni tamen iurisdictione dicte ville apud prefatum Henricum Frisonem et suos heredes remanente, in protectionem potestatis ecclesiastice recipimus et ipsi beneficio seu vicarie cum omnibus incrementis aduenturis nomine dotis perpetuo applicamus, cum ea condicione, quod, quotiescumque dicto vicario necesse fuerit, idem Hinricus Friso et quilibet su[u]s[3] in hac parte successor redditus uiginti duarum marcarum predictos a ce[rt]is[4] et ad hoc deputatis colonis per capcionem pignorum [poterit][6] extorquere. Jnfra mensem, postquam per ipsum vicarium sub competenti testimonio requisiti [fuerint], huic [soluere][7] teneantur; alioquin ipso mense elapso predictus vicarius liberam facultatem habebit prefatos suos redditus et non plus de suis, ut premittitur, subditis per pignora extorquendi. Liberam tamen potestatem relinquentes predicto Henrico Frisoni ac suis suique fratris predicti heredibus, ut, cum dicti beneficii per nos, ut premittitur, confirmati fructus seu annuos redditus eque bonos, utiles et certos comparauerint et dimiserint proprie et pacifice ad beneficium et uicariam predictam, ipsi redditus 22 marcarum percipiendi de villa Spotendorpe ad eos libere reuertantur, eosdemque redditus, quos eidem beneficio seu vicarie modo premisso comparari contig[er]it[7] et incrementum seu augmentum, si quod per eos uel quoscunque alios fuerit applicatum cum effectu, naturam proprie dotis sapere et omni libertate ecclesiastica bonis dotalibus quocumque iure et priuilegio competenti litteris decreuimus hiis gaudere. Annuimus et insuper et liberaliter concedimus, ut sepedictus Henricus Friso suique et sui fratris predicti filii et ipsorum filiorum filii prenotati ueri et legitimi ad dictum beneficium, cum uacauerit, ius patronatus, ut premittitur, obtineant, et infra tempus iuris personam idoneam canonice presentabunt. Post tempora uero Henrici Frisonis et filiorum suorum necnon Henrici, filii fratris sui Theodorici predicti, eorumque filiorum idem ius patronatus ad prefatum rectorem ecclesie s[ancte] Marie in Rostoc libere deuoluetur cum condicionibus superius annotatis. Ceterum, ne liberalitas sic gratuite facta circa huiusmodi beneficium rectori ecclesie s[ancte] Marie in Rostok supradicte uel eius successoribus fiat perniciosa in futurum, censemus et precipimus, ut sacerdos, qui pro tempore fuerit dictum beneficium adeptus, ipsi rectori congruum et decentem honorem impendat ac simili modo quo ipse singulis diebus, quan[d]o[8] absque iusto impedimento uacare poterit, cum religione anni temporibus congruente, choro deseruiat et precipue in maioribus festiuitatibus uespertino, matutino ac missali officio, ut premittitur, intersit reuerenter, eciam missas suas ipsi tempori secundum statuta canonum congruentes, quas omni die, nisi iusto impedimento detentus fuerit, continuabit, talibus horis et modis celebrare debet, quod ex hoc ipsi plebano seu rectori nullum preiudicium, sed potius releuaminis subsidium, siue funus aliquo[d][9] presens existat siue [non], pr[o]uenire[10] censeatur. Omnes insuper oblationes et emolumenta ipsi de missis uotiuis seu uigiliis prouenientes, que ipsi plebano de iure cedere dinoscuntur, similiter eidem plebano fideliter presentabit et generaliter

Digitized by Google

nihil, quod dicto plebano preiudiciale quomodolibet esse poterit, attemptabit. Jn quorum testimonium sigillum nostrum et consulum de Rostock una cum sigillis predictorum domini Rutgeri et Hinrici Frisonis presentibus pro maiori euidencia sunt appensa. Datum Rostoch, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tertio, die dominico infra octauas natiuitatis beate Marie uirginis, presentibus discretis uiris dominis Borchardo Gustrowensis ecclesie preposito, Alberto presbitero sanctimonialium in Rostoch, Bernardo in Sterneberch, Johanne beati Nicolai in Rostoch, Johanne Wu[n]storp in Alberteshagen, Ludolpho in Verchentin ecclesiarum rectoribus, Eilardo cappellano nostro, Hinrico Strunckemann, perpetuo vicario ecclesie Gustrowensis, Hinrico dicto Canonic[o], presbiteris, necnon Hermanno de Lemhuse, Ludolpho de Godlandia, consulibus in Rostock, et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts im Archive der Stadt Rostock. ([1] placuit — [2] contigit — [3] fuit — [4] ceteris — [5] suis — [6] poterit: fehlt — [7] fuerint und soluere: fehlt — [8] quanto — [9] aliquo. — [10] siue peruenire.) — Vgl. Bd. III, Nr. 1730 und 1847.

1333. Septbr. 13. Rostock. 5452.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt, auf Bitten des Pfarrers Rötger an der Marienkirche zu Rostock, die von dem Rostocker Pfarrer Heinrich Bitterolf in derselben Kirche gestiftete Vicarei und Memorie mit 28 Mark Hebungen, welche von dem Kloster zum heil. Kreuz in Rostock zuerst aus dem Dorfe Zeez zu entrichten waren und später auf das Dorf Schwisow angewiesen sind.

In nomine domini. Amen. Ludolfus dei gracia ecclesie Zwerinensis episcopus vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et sinceram in domino caritatem. Recognoscimus et publice protestamur, quod in nostra constitutus presencia discretus vir dominus Rotcherus, rector ecclesie sancte Marie in Rozstok, litteras infrascriptas, veris sigillis domini Seghefridi olim prepositi et totius conuentus sanctimonialium monasterii sancte Crucis in Rozstok sigillatas, nobis exhibuit, non rasas, non cancellatas et omni carentes vicio, in hec verba: *[Hier folgt Nr. 3909.]* Dicto igitur domino Rotchero nobis humiliter et cum instancia supplicante, quatinus dictum beneficium seu vicariam cum predictis redditibus viginti duarum marcarum ad ipsam spectantibus ac sex marcarum ad memoriam domini Hinrici Bitterolfi, vt premissum est, deputatis sub forma et condicionibus prelibatis ad altare in honore beatorum Mathei apostoli et Martini episcopi dedicatum et ad ipsos redditus dudum specialiter deputatum confirmare auctoritate nostra dignaremur, nos volentes cultum diuinum nostris temporibus nequaquam minui, sed augeri, ad instanciam prefati domini Rotcheri

Digitized by Google

in ecclesia sancte Marie virginis in Rozstok simplex beneficium seu vicariam ad altare predictum in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus, auctoritate ordinaria confirmamus bonaque predicta, scilicet XXII marcarum redditus ad ipsam vicariam et sex marcarum redditus ad memoriam domini Hinrici Bitterolfi peragendam, ut premittitur, deputatos, cum omnibus iuribus suis ad eos quoquo modo spectantibus, in protectionem potestatis ecclesiastice recepimus ac ipsi beneficio seu vicarie nomine dotis perpetue applicamus, omnia premissa et premissorum singula in tenore prehabito approbantes. Ceterum, ne liberalitas sic gratuite circa huiusmodi beneficium per nos facta rectori prelibate ecclesie sancte Marie virginis in Rozstok uel eius successoribus fiat in posterum perniciosa, censemus et precipimus, vt sacerdos, qui pro tempore institutus fuerit, ipsi rectori congrvum et decentem honorem inpendat ac simili modo quo ipse singulis diebus, quando absque iusto impedimento vacare poterit, cum religione anni temporibus congruente choro deseruiat et precipue in maioribus festiuitatibus vespertino, matutino ac missali officio, vt premittitur, intersit reuerenter, missas [eciam su]as ipsi tempori secundum statuta canonum congrventes, quas omni die, nisi iusto impedimento detentus fuerit, continuabit, talibus horis celebrare debet et modis, quod ex hoc ipsi plebano seu rectori nullum preiudicium, sed pocius releuaminis subsidium, siue funus aliquod presens existat siue non, censeatur prouenire. Omnes insuper oblaciones et emolimentum ipsi de missis votiuis uel vigiliis priuatis prouenientes similiter plebano fideliter presentabit et generaliter nichil, quod eidem plebano preiudiciale quomodolibet esse poterit, attemptabit. Jn quorum omnium testimonium, vt prescripta omnia robur perpetue firmitatis optineant, sigillum nostrum et vna cum ipso sigillum domini Rotcheri predicti presentibus sunt appensa. Datum et actum Rozstock, anno domini M.CCC°XXXIII., feria secunda infra octauas natiuitatis beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt des Bischofs grosses Siegel mit dem Secret als Rücksiegel, welche beide in Bd. VIII, zu Nr. 5333 abgebildet sind.

1333. Septbr. 14. Rostock. 5453.

Ludolfus, Bischoff zu Zwerin, bekennet, das er Berndt Witten, burgern zu Rostogk, 553 mk. rostogkischer pf. schuldig sey, dauon sein Vorfar, Bischoff Hermannus, 453 mk., vnd er 100 mk. schuldt gemacht; dafur er ihm alle einkunften des dorffes Peterstorp bei Ribbenitz setzet, biss er vnd seine erben sich vorberurter Summen daraus bezahlt gemacht. Actum in Rozstoch 1333, in die exaltationis sanctæ crucis.

Clandrian, Protoc. fol. 141*.

Digitized by Google

1333. Septbr. 14. Rostock. 5454.

Ermegard, Wittwe des Bürgers Nicolaus von Kyritz, verkauft dem Kloster Doberan 2 Hufen in dem Dorfe Niendorf, bei Schwan belegen, welche ihr verstorbener Mann von dem Ritter Rudolf Barold gekauft und sie nach seinem Tode bis dahin besessen hat.

Ego Ermegardis, relicta felicis memorie quondam Nicolai de Kyritz, burgensis in Rozstok, recognosco et omnibus presens scriptum visuris cupio fore notum, quod duos mansos sitos intra terminos ville Nyendorp prope Sywan, quos supradictus quondam maritus meus rite et racionabiliter emit a domino Rodolpho dicto Barolt, milite, sicut per litteram eiusdem super hoc datam probatum est et adhuc poterit probari, quosque simul cum predicto quondam marito meo ac deinceps post obitum ipsius possedi per annos decem et vltra pacifice ac sine inpeticione hominis cuiuscunque, cum consilio amicorum meorum necnon pleno consensu filii mei Arnoldi dicti de Kiriz et omnium heredum meorum vendidi, dimisi et coram consulibus in Rozstok totaliter resignaui Doberanensi ecclesie et ipsius fratribus pro centum et viginti marcis denariorum monete Gustrowensis, quos dicti fratres michi integraliter persoluerunt. Nos insuper Johannes de Molendino ac Olricus de Nyenkerken, ciues in Rozstok, dicte vendicionis capitaneos simul cum predicta vidua nos presentibus constituimus et warandiam per diem et annum secundum ius terre in dictis duobus mansis fratribus in [D]oberan prestandam promittimus, sigilla nostra pro dictorum testimonio litteris presentibus apponentes. Preterea ego Ermegardis supradicta, quia sigillo proprio carui, presens scriptum sigillo domini Conradi de Cropelin, consulis in Rozstok, loco mei vna cum sigillis predictorum feci firmiter roborari. Testes eciam sunt: honorabiles viri et domini Arnoldus Copmann, Hermannus de Wokerente, Johannes Pape, magistri ciuium in Rozstok, necnon Gerwinus Wilde, Hermannus de Lemhus, Hinricus Friso, Arnoldus de Gotlant, consules ibidem, ac eciam Bernardus et Johannes dicti de Kiriz, burgenses ibidem, cum pluribus aliis fide dignis, qui dicte vendicioni et resignacioni personaliter affuerunt. Datum Rozstok, anno domini millesimo CCC° XXX° tercio, in die exaltacionis sancte crucis.

Nach dem Original im Archive des S. Georgen-Hospitals zu Rostock. An der Urkunde hangen an Pergamentstreifen 3 schildförmige Siegel:

1) mit gespaltenem Schild: rechts ein halbes Kammrad, links ein halber Adler; Umschrift:
✠ S'. IOhANNIS . DC MOLGN

2) oben mit einer Scheere, unten mit einem Hammer; Umschrift:
✠ S'. VLRICI . DC . RIGNKGRKGN

3) mit quergetheiltem Schilde: oben 2 Lilien, unten 4 aufgerichtete Löffel (wie es scheint, vgl. Jahrb. XI, S. 196, Taf. III, Nr. 4); Umschrift:
✠ S'. CONRADI . CROPGLIN .

Digitized by Google

1333. Octbr. 1. Schwerin. 5455.

Ludolf, Bischof von Schwerin, verpfändet, mit Einwilligung seines Dom-Capitels, dem Kloster zum heil. Kreuz in Rostock den Bischofszehnten von dem Klosterhofe zu Schmarl.

Uniuersis, ad quos peruenerit presens scriptum, Ludolfus dei gracia ecclesie Zwerinensis episcopus salutem in domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod de consilio et consensu vnanimi et concordi honorabilium virorum dominorum Hinrici prepositi et totius capituli nostri Zwerinensis honorabili viro domino Alberto preposito, priorisse totique conuentui monasterii sancte Crucis sanctimonialium in Rozstoch, nostre dyocesis, ordinis Cysterciensis, pro ducentis marcis viginti marcis minus Rozstocensium denariorum nobis integre persolutis et in vtilitatem ecclesie nostre conuersis totam nostram decimam epyschopalem a curia dicti monasterii in Smerdele et suis attinenciis nobis debitam, prout dari consueuit, cum omnibus fructibus suis iuste et racionabiliter vendidimus et dimisimus, cum omni iure, sicut ad nos pertinebat, pacifice possidendam. Dicti vero . . prepositus, . . priorissa et conuentus nobis et nostris successoribus ex bona voluntate sua graciose dederunt et gratuite concesserunt plenam potestatem dictam decimam, quando voluerimus, pro prefata summa dictorum denariorum libere reemendi. Et vt huiusmodi contractus retractari nequeat vel rescindi, renunciamus omni excepcioni non numerate pecunie, doli mali et quod metus causa, beneficio quoque restitucionis in integrum et generaliter cuilibet auxilio iuris canonici et ciuilis, quod nobis vel successoribus nostris prodesse dictisque . . preposito, . . priorisse et conuentui in futurum posset obesse, perspicientes in dicto contractu vtilitatem ecclesie nostre consistere euidentem. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri predicti presentibus litteris prefatis . . preposito, . . priorisse et . . conuentui ad cautelam traditis sunt appensa. Huius quoque rei testes sunt: discreti viri et honesti domini Thidericus beati Petri, Hermannus beati Jacobi et Johannes beati Nicolai in Rozstoch ecclesiarum rectores, Johannes Lyse, Johannes de Stobelowe et Johannes de Stristorp, presbiteri; Georgius Hasencop, miles, Arnoldus Copman, Hermannus Wokre[n]te, Johannes Pape, Ludolfus de Godlandia et Hinricus Friso, consules Rozstocenses, et quam plures alii fide digni. Datum Zwerin, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo tercio, in die beati Remigii et sociorum eius.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. Angehängt sind an Pergamentstreifen 2 runde Siegel:

1) das grosse Siegel des Bischofs Ludolf von Schwerin, abgebildet zu Nr. 5333;

2) das grosse Siegel des Dom-Capitels von Schwerin, abgebildet in Bd. I, zu Nr. 609.

Digitized by Google

1333. Octbr. 21. 5456.

Johann von Hagen verpfändet dem Kloster Doberan seine Güter in Harmshagen für eine Rentenschenkung des Ritters Otto von der Lühe, und sichert dem Kloster im Falle des Verkaufs oder einer Verpfändung das Näherrecht zu.

Ego Johannes dictus de Haghen litteris presentibus recognosco publice protestando, quod bona mea sita in villa Hermanneshaghen, que in donacione elemosine fuerunt ab honorabili viro quondam domino Ottone de Lu, milite, Doberanensi ecclesie pro decem marcarum redditibus obligata, sicut per litteram quondam domini Henrici domini Magnopolensis probari poterit, domino Conrado abbati et conuentui Doberanensis monasterii predicti dimisi et totaliter resignaui ac resigno presentibus, cum minuta decima et iure vasallico ac eciam seruicio rusticorum, sicut ego dicta bona mea habui hactenus et possedi. Cum autem fratribus in Doberan predictis septuaginta marcas denariorum monete Rozstoccensis dedero et persoluero, dicta bona mea michi et meis heredibus remanebunt libera et soluta. Preterea dictis fratribus in Doberan warandiam per diem et annum secundum ius terre prestare debeo et prestaturum me promitto presentibus et ipsos explicabo ab omnibus, qui dicta bona infra diem et annum impetere temptauerint et qui coram iudicio, ut iustum est, voluerint comparere. Jnsuper, si ego aut heredes mei dicta bona vmquam vendere aut pro pecunia obligare voluerimus, hoc fratribus in Doberan primitus indicare tenebimur, et si ipsis placuerit, dicta bona eis tanquam proximis ad hoc debemus pro pecunia condigna pretermissis aliis quibuslibet vendere aut eciam obligare. Jn quorum euidens testimonium sigillum meum presentibus litteris est appensum. Testes eciam sunt: dominus Conradus plebanus in Cropelin, sacerdos, necnon dominus Hermannus de Oritze et dominus Conradus de Lu, milites, ac eciam Conradus de Lu, Vicko Cropelin, famuli, et Hermannus Ledeghe, subaduocatus in Cropelin, Nicolaus prolocutor, cum aliis pluribus fide dignis. Datum anno domini M°CCC°XXX°III., die vndecim milium virginum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete schildförmige Siegel mit einem gekrümmten Fische, der einen Kamm auf dem Kopfe hat; Umschrift:

✳ S'. IOhANNIS . DE hAGEN

— Gedruckt bei Lisch, Oertzen. Urk. I. Bd., S. 112. — Vgl. Bd. VI, Nr. 3679.

Digitized by Google

1333. Octbr. 23. Avignon. 5457.

Papst Johann XXII. nimmt den Convent und die Besitzungen des Klosters Dobbertin in seinen Schutz.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, dilectas in Christo filias priorissam et conuentum monasterii in Dobertin, ordinis sancti Benedicti, cum omnibus, quæ rationabiliter possident aut in futurum iustis modis sunt adepturi, sub beati Petri ac sua protectione suscipit. Datum Auinione, 10. cal. Nouembr., pontificatus anno 18.

Clandrian, Dobb. Reg. VI.

1333. Octbr. 23. Doberan. 5458.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt die Verpfändung des Hofes Mergenewe (Marienehe) durch den Ritter Heinrich von Barnekow, seinen Sohn Raven und seinen Vetter Reimar v. Barnekow an den Bürger Radeke Wend in Rostock.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rozstok dominus presentibus publice protestamur, quod dilectus nobis Hinricus de Barnecowe, miles, Reymarus, eiusdem Hinrici patruelis, et Rauen, iam dicti Hinrici filius, dimiserunt et titulo pigneris obligarunt coram nobis resignando viro discreto Radekino dicto Wend, ciui in Rozstok, suisque heredibus veris curiam in Merghenewe cum kothis et mansis omnibus eisdem adiacentibus et simpliciter cum omni vtilitate, libertate, cum omni iure, iuridicione, iudicio manus et colli, quibus ipsam curiam, kothas et mansos hactenus a nobis habuerunt, absque seruicio, pro octingentis marcis denariorum Rozstocensium sibi integraliter persolutis, possidendam et pro suis vsibus ordinandam tamdiu, quousque dicti de Barnecowe prefato Radekino et suis heredibus octingentas dictorum denariorum marcas integraliter persoluant. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: Johannes de Plesse et Nicolaus de Helpede, milites, ac Johannes Vmmereiseke, famulus, aliique plures fide digni. Datum Dobran, anno domini M° CCC° XXX° tercio, die sancti Seuerini episcopi.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt ziemlich wohl erhalten das zu Nr. 5056 abgebildete Siegel. — Vgl. Urk. vom 18. Octbr. 1334 und vom 2. Juli 1335.

Digitized by Google

1333. Octbr. 24. Güstrow. 5459.

Friedrich, Bischof von Camin, bestätigt den Vergleich des Fürsten Johann von Werle mit dem Dom-Capitel zu Güstrow über die Opfereinkünfte in der Frohnleichnams-Capelle daselbst.

In nomine — — *[Nr. 5378, Note.]* — Andree apostoli. Nos uero Fredericus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus hanc ordinacionem factam cum nobili domino Johanne domino de Werle et suis heredibus ac honorabilibus uiris dominis decano totoque capitulo ecclesie Gustrowensis, nostre dyocesis, uidelicet de capella Corporis Christi in Gustrowe et oblacionibus ibidem oblatis seu offerendis et uicariis ac prebenda instaurandis et de collacione, presentacione, iure patronatus earundem et singulis aliis condicionibus suprascriptis, uidentes esse racionabilem et legitimam, eam in omnibus, ut premittitur, de consensu nostri capituli ratificamus, auctorizamus et nostra auctoritate ordinaria confirmamus, mandantes hanc ex utraque parte perpetue firmiter obseruari, inhibentes nichilominus, ut dicte oblaciones in nullos alios prophanos usus quam in pios usus aliqualiter conuertantur. Jn cuius euidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum Gustrowe, anno domini M° CCC° XXX° III°, dominica proxima ante Symonis et Jude apostolorum.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 55, Nr. LXII.

1333. Octbr. 25. Güstrow. 5460.

Friedrich, Bischof von Camin, ertheilt denen, welche das Heil.-Geist-Haus in Güstrow unterstützen, einen Ablass von 40 Tagen.

Fredericus dei gratia episcopus ecclesie Caminensis universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Deo omnipotenti specialem credimus impendere famulatum, cum ipsius fideles per indulgentiarum remissiones ad caritatis opera exercenda incitamus. Hinc est, quod, [cum] domus sancti Spiritus in Gustrowe adeo sit exilis in reditibus, quod pauperes ibidem languentes minime refici valeant ab infirmitatibus eorundem, volentes ipsis pauperibus remedio occurrere opportuno, omnibus ver[e] poenitentibus et contritis, qui domui sancti Spiritus predicte seu egenis in eadem manus suas porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius misericordia confisi, quadraginta dies indulgentie et unam carenam de iniunctis sibi poenitentiis in domino misericorditer relaxamus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Gustrowe, anno domini M. CCC. XXXIII., feria secunda [ante]' Simonis et Jude apostolorum beatorum.

Digitized by Google

Nach den Wöchentlichen Rostocker Nachrichten und Anzeigen 1825, Beil. S. 159. — [1] Da Simonis und Judä Tag (Octbr. 28) im J. 1333 auf einen Donnerstag fiel, so fehlt vor Simonis ohne Zweifel eine Präposition, wahrscheinlich „ante“. Denn der Montag nach Simonis und Judä war der 1. Novbr., welcher ohne Zweifel „omnium sanctorum“ genannt wäre. Auch am 24. Octbr. finden wir den Caminer Bischof Friedrich zu Güstrow. Vgl. Nr. 5459.

1333. Octbr. 31. Ukermünde. 5461.

Johann III., Fürst von Werle, schlichtet die Streitigkeiten zwischen den Herzogen von Pommern und dem Kloster Dargun über mehrere in der Herrschaft der Herzoge liegende Klostergüter.

Nos Johannes dei gracia domicellus de Werle vniuersis, ad quos presencia peruenerint, uolumus esse notum lucide protestantes, quod nos habito nostrorum fidelium consilio dissencionem et discordiam, inter nobiles principes dominum nostrum carissimum dominum Ottonem et sororium nostrum dilectissimum dominum Barnym, duces Stetinenses, ex vna, et inter religiosos viros . . abbatem et conuentum monasterii Dargunensis, parte ex altera, iam dudum uentilatam, tamquam mediator et amicabilis compositor de pleno consensu parcium terminauimus in hunc modum: ita uidelicet, quod dominus . . abbas et conuentus iam dicti omnia eorum bona et singula in dominio dictorum dominorum ducum situ, in quibus predicti . . abbas et conuentus habent proprietatem, eo iure, quo priuilegiis et litteris rite et racionabiliter demonstrare ualeant, habere debent et possidere. De ceteris uero bonis, si que in dominio dictorum dominorum ducum habeant, in quibus proprietatem . . abbas et conuentus non habent, ipsi in fauore et amicicia ipsorum dominorum ducum ordinabunt; sed duces . . abbatem et conuentum ultra communem terre consuetudinem non grauabunt. Preterea ipse . . abbas et conuentus procuratorium et compromissum domino Thiderico Zachelnitzen et suis consortibus a ducibus traditum ac pronunciacionem . . abbatis in Hylda et si quas plures litteras dicte cause habuerint, ipsis ducibus restituent. Et ipsi . . abbas et conuentus uolunt et debent efficere, quod sentencie excommunicacionis seu excommunicacionum et eius seu earum aggrauaciones, si que fuerint contra dictos duces Stetinenses et quoscumque eorum cause seu appellacioni adherentes, siue nominatim excommunicati uel aggrauati fuerint, a iudicibus pro ipso . . abbate et conuentu late, cum effectu reuocentur et relaxentur. Item abbas et conuentus racione pacis et amicicie ipsi duci Barnym ad tempora uite sue, et non heredum suorum, de quolibet manso in terra ducum sito, culto et possesso, in quibus . . abbas et conuentus habent proprietatem, viginti quatuor solidos denariorum usualium et tres modios annone, uidelicet vnum siliginis, alium ordei, tercium auene, circa festum Michahelis annis singulis erogabunt, pro quibus extorquendis aduocatus, qui in castro Dymin pro tempore

Digitized by Google

fuerit, certum nuncium ad . . abbatem Dargunensem mittet, qui sibi unum de suis associabit, qui pecuniam et annonam predictas simul colligent domino duci Barnym presentandas. Quos denarios et annonam ipse dominus Barnym dux nec uendere, nec permutare, nec infeudare, nec obligare, nec quomodolibet aliter alienare, sed ad proprium vsum debet reseruare. Et cum hac denariorum et annone summa omnia bona et singula, in quibus . . abbas et conuentus habent proprietatem, ab omnibus et singulis exaccionibus, precariis et angariis, seruiciis, oneribus et grauaminibus vniuersis, quocunque nomine hec predicta censeantur, libera esse debent et exempta, nisi quod tantum ad communem terre defensionem, que lantwere dicitur, teneantur. Hee vero ville: Broderstorp dimidia et Sarnecowe, Bralin et Warencin, uillani quoque et cultores mansorum in hiis villis a seruicio castrensi et a quolibet alio seruicio et a communi defensione terre, que lantwere dicitur, et ab omnibus angariis ac vniuersis grauaminibus supradictis liberi debent esse et exempti. Ceterum ipse dux Barnym omnia bona et mansos predicti . . abbatis et conuentus, in quibus habent proprietatem, in dominio ducis sita, ab omnibus et singulis, qui in ipsis bonis et ex ipsis habent precarias et recipiunt, liberabit, exceptis Ducow et Pynnow et decem mansis in Teusyn, qui permaneant, sicut sunt. Qui si ad manus ducis in posterum peruenerint, de hiis . . abbas et conuentus viginti quatuor solidos et tres modios annone, vt premittitur, duci dabunt; ad communem eciam defensionem terre huiusmodi uille et homines astringentur, omnibus et singulis exaccionibus aliis, angariis et seruiciis, vt predictum est, totaliter cessantibus et exclusis. Per hanc uero pronunciacionem et diffinicionem omnis controuersia et discordia, inter ipsos duces, predictos . . abbatem et conuentum et omnes sibi adherentes orta et habita, omnino debet esse sopita et terminata. Si qua uero parcium predictarum per se uel per alium nomine suo premisse composicionis seu diffinicionis in parte uel in toto uiolator extiterit, postquam ad alterutram parcium noticia(m) peruenerit per monicionem iudicis, in quem partes sunt arbitrate, tunc, si infra mensem continue subsequentem ipsam composicionem uel partem ipsius uiolatam non reformauerit, extunc excommunicacionis sentencie subiacebit, ita quod, ubicunque ipsa pars uiolans uel nomine suo infringens peruenerit, in ipsarum presencia, videlicet personarum violancium, cessari debeat a diuinis et per triduum post recessum earundem. Quam excommunicacionis sentenciam et interdicti si qua parcium predictam composicionem uiolans sustinueri(n)t infra mensem, extunc iudex, uidelicet dominus Borchardus prepositus Guzstrowensis, iudex et conseruator monasterii Dargunensis, aut eius successor, dummodo magister Wernerus de Berlyn vel Thidericus Zacheluitze non succedant, quorum alter si successerit, extunc prepositus Brandeburgensis, conseruator . . abbatis et conuentus Dargunensis, ad querimoniam alterius partis, composicionem seruantis, ad aggrauaciones sentenciarum predictarum procedat, secundum quod de iure fuerit

Digitized by Google

procedendum. Que et singula seruanda partes hinc et inde primo coram domino Borchardo preposito Guzstrowensi debent arbitrari. Huius autem composicionis et nostre pronunciacionis testes sunt: honesti uiri Gherardus prepositus in Yuenac, Conradus de Theterowe, clerici, Nicolaus Hane, miles, Wernerus Pramule, famulus; dominus Guntersbergh, prepositus Dyminensis, Widekinus de Osten, miles, magister Nicolaus Swichtenbergh et alii plures fide digni. Jn cuius euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Vkermundis, anno domini M° CCC° tricesimo tercio, in vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An der Urkunde hängt an einer aus weissen leinenen Fäden gedrehcten Schnur das hieneben abgebildete, zerbrochene, aus grünem Wachs geformte schildförmige Siegel des Fürsten Johann von Werle mit dem werleschen Stierkopfe auf gerautetem Grunde; Umschrift:

✠ S' . DGI . GRAGIA . DOMINI . DG . WGRLG . IO[HANNIS . TGR]GII :

Es wird daneben eine zweite, gleichlautende Ausfertigung aufbewahrt, welche in einer flüchtigen Minuskel geschrieben ist und das Siegel von dem Pergamentstreifen verloren hat. — Vgl. Nr. 4801 und Nr. 4802 und unten die Urkunden vom 17. Octbr. und 11. Novbr. 1334 und vom 10. Jan. 1335.

1333. Novbr. 12. 5462.

Bertram, Johann und Christian Küle, Brüder, quittiren das Kloster Reinfeld über 440 Mark Lüb. als einen Theil der Kaufsumme für den Hof Wichmannsdorf.

Nos Bertrammus, Johannes, Cristianus famuli dicti Kulen presentibus recognoscimus, nos in crastino sancti Martini episcopi ex parte domini abbatis de Reyneuelde quadringentas et quadringenta marcas denariorum Lubicensium recepisse de summa pecunie, quam nobis de vendicione curie nostre Wichmerstorpe soluere tenebatur. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno M° CCC° XXXIII°, die quo supra.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Dasselbe hat 3 pergamentene Siegelbänder; das erste derselben trägt das zu Nr. 5434 (Sgl. 8) beschriebene schildförmige Siegel; Umschrift:

S' BGR[T]RAMMI . KVLG

Die andern beiden Siegel sind abgefallen. — Vgl. Nr. 3598, 5434, 5442 und 1334, Febr. 24.

Digitized by Google

1333. Novbr. 17. Celle. 5463.

Otto, Herzog von Braunschweig, verbündet sich mit Ludwig, Markgrafen von Brandenburg.

Illustri ac magnifico principi Ludouico marchioni Brandenburgensi, awnculo suo karissimo, dei gracia Otto dux de Brunswig et de Luneburg paratissimam ad quelibet beneplacita voluntatem. — — — — — — —. Volumus et decreuimus vobis contra quoslibet, Romano imperio, magnifico principe Ottone duce Brunsuicensi, awnculo nostro dilecto, nobilique viro Johanne de Wenden seniore dumtaxat exceptis, — — cum XXX^{ta} galeatis — — — deseruire. Etiam, si necesse fuerit, — — vos — — comitabimus toto posse, viribus et virtute — — — —. Datum Tselle, anno domini M° CCC° XXXIII°, quarta feria ante Elizabeth.

Vollständig gedruckt bei Riedel, Cod. dipl. Brand. II, Bd. 2, S. 82; Gercken, Cod. I, 178.

1333. Novbr. 30. 5464.

Heinrich, Graf von Schwerin, bestätigt der Stadt Neustadt (Glewe) die von seinem verstorbenen Bruder, dem Grafen Gunzelin, derselben verkauften Zehnten vom Stadtfelde und die Grenzen ihrer Feldmark.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Vniuersis ac singulis presentia visuris seu audituris Henricus dei gratia comes Zwerinensis in omnium vero saluatore salutem. Etsi ad benefaciendum omnibus sumus debitores, hiis tamen magis, quibus multimodis beneficiis tenemur obligati, taliaque beneficia ampliori studio decet munimine perhenni stabiliri. Igitur sub benigno nostri eulogio, maturo nostrorum consilio saneque mentis nostre auxilio damus ac concedimus nostris dilectis consulibus ac vniuersitati, eorum veris successoribus, hereditariis aut aduenticiis, Noue nostre Ciuitatis dicte Glewen decimam agrorum, cultorum et incultorum, dicte nostre ciuitati adiacentium, rite ac rationabiliter a nostro fratre dilecto domino Guncelino comite Zwerinensi pie memorie pro C et XX marcis numerate pecunie emptam iure hereditario absque contradictione cuiuslibet perpetue quiete possidendam. Eandem emptionem dudum debite possessam prefate decime et hactenus eorum usibus, nostro fauore annuente, debite subiacendo, presentibus ratificamus, quoslibet infestatores predictarum decimarum annihilando. Jnsuper nostris dilectis ciuibus ac vniuersitati nostre ciuitatis pretaxate terminos seu distinctus (!) possessos nostrorum temporibus predecessorum et vlterius nostro robore mediante perpetue duraturos asscribendo, videlicet ubi lacus siue riuulus Radeuort[1] influit Heldenam, et sic ascendendo usque ad syluam

Digitized by Google

dictam Arnesnest, deinde ad locum, qui vocatur Santfort iuxta villam Clenow, deinde ad locum, qui vocatur Weserenkule[2], dehinc usque ad locum, qui dicitur Wittenbalze, deinde ad locum dictum Santfort iuxta villam Verbent[3], abhinc usque ad locum dictum Borne, deinde descendendo per viam, que ducit[4] per syluam dictam Tuckehut, versus villam Hohenwisch[5], dehinc ad locum dictum Stuueke[6] et abhinc usque ad locum dictum Wickesternsch[7] holt, dehinc usque ad locum Ruchelsberge, dehinc ascendendo lacum usque ad locum dictum Trendefort[8], abhinc usque ad syluam Liptz includendo eam, dehinc descendendo per lacum inter villam Wable et ciuitatem, qui[9] defluit usque ad Heldenam. includendo omnia, que inter loca prehabita continentur. Villas tamen nostras Wopelin, Schadelatzke et Caluerstert nostris vsibus reseruamus. Vt igitur venditio nostri fratris dilecti nostraque confirmatio predictorum inuiolabilis et inconuulsa perpetuis temporibus perseueret, sigilli nostri appensione presentibus fecimus communiri. Actum ibidem, presentibus nobilibus domicellis Othone comite Zwerinensi, Borchardo de Putlitz, domino Hermanno de Clenow, milite, Hunone de Carow, Henni[n]go Nienkercken, famulis ac nostris dilectis in castro dicte ciuitatis castellanis, Dethardo, Gerhardo ac Martino dictis Schonenberg, nostris famulis, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum per manus Lamberti dicti Rochow, nostri notarii, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo tertio, in die beati Andree apostoli.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus dem 17. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. Eine zweite Abschrift aus dem Ende des 16. Jahrh. (ebendaselbst) giebt — [1] Rodeuort. — [2] Wesenkule. — [3] Verben. — [4] transit. — [5] Honwis. — [6] Stuue. — [7] Wickestern. — [8] Trendeyr. — [9] que. — Vgl. 1344, Dec. 16.

1333. Decbr. 3. 5465.

Burchard und Hugold von Jesow, Brüder, verpfänden dem Nicolaus von Bralstorf, Pfarrer zu Wittenburg, und dessen Brüdern 7 Mark Lüb. jährlicher Hebungen in dem Dorfe Gülze.

Wi knapen Bosseke vnde Hugolt, bro°dere, gheno°met sin van Jesowe. bekennen in desseme o°penen breue, dat wi mit beradene mo°de vnde mit vulbort vser rechten erfnamen hebben gheladen in dem dorpe to Ghu°lisse seuen marc gheldes Lubiker penninghe vor veer marc vnde seuentich marc Lubiker penninghe hern Nycolao van Bralestorpe, de en kerchere is to Wittenborch, vnde sinen bro°deren vnde eren rechten erfnamen; de scholen se besitten vnde hebben mit alme rechte vnde mit aller vruct vnd nvt, also wi se hebben ghehat. also langhe, wante wi en wedder gheuen de vo°re benomeden summen penninghe al to male. Were ouer dat also, dat se iumment in den seuen marc gheldes efte in der lenware beworre, dat schole wi Bosseke vnde Hugolt vnde

her Johan vnde her Borchart, de brodere ghenomet sin van Luzowe, de riddere sint, en vntverren; dat loue wi alle vere en an truwen mit ener samender hant. To ener betu˜ghinghe desser dinghe, dat se stede vnde vast bliuen, so hebbe wi bro°dere Bosseke vnde Hugolt vnde her Johan vnde her Borchart, de vo°re beno°met sin, vnse ingheseghele to desseme breue henghet. Desse bref is ghescreuen vnde gheuen an den iaren na ghodes bort dusent iar drehundert iar an deme dreendrittighesten iare, des vryedaghes vor sunte Nycolawes daghe des heylighen bisscoppes.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt an Pergamentstreifen sind:

1) ein schildförmiges Siegel, mit einer rechtsgekehrten, glatten Pfeilspitze mit Widerhaken (Stral) im punktirten Felde; Umschrift:

✠ S' BORCIhARDI × DC IhCSOWC

2) fehlt das Siegel an dem Pergamentstreifen;

3) fehlt der Pergamentstreifen;

4) ein schildförmiges Siegel mit einer schräge links gekehrten viersprossigen Leiter; Umschrift:

✠ S . BORCIhARDI . DC . LVZOWC . CILITIS

Diese Urkunde war wenigstens seit fast 2 Jahrh. zu den Urkunden des Klosters Rehna gelegt, gehört aber nach einem Urkunden-Inventarium vom 1. Junii 1559 und dem Inhalt zu den Urkunden des Klosters Zarrentin.

1333. Decbr. 3. Würzburg. 5466.

Ludwig, Römischer Kaiser, schliesst im Namen seines Sohnes, des Markgrafen Ludwig von Brandenburg, einen Vergleich mit dem Grafen Günther von Lindow, wonach Letzterem die Städte Gransee und Wusterhausen für eine Forderung von 7000 Mark fein verpfändet, Rathenow und Friesack aber von demselben herausgegeben werden, die Einlösung von Fürstenberg dem Markgrafen vorbehalten bleibt.

Lvdowicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus profitemur et recognoscimus publice per presentes, quod — — nomine illustris Ludouici marchionis Brandenburgensis cum nobili viro Gunthero comite de Lindowe, fideli nostro dilecto, sic conuenimus et tractauimus procurante et ordinante illustri Rudolfo duce Saxonie, principe et auunculo nostro karissimo, quod prefatus filius noster eidem comiti de Lindowe dare, donare, tribuere et sine contradictione soluere debet septem millia marcarum ponderis Brandenburgensis — — —. Et pro huiusmodi summa pecunie prefatus filius noster marchio Brandenburgensis ciuitates Granzowe [et] Wusterowe — — — nomine pignoris obligat et obligare tenetur — —. Specialiter tamen cautum et tractatum est, quod idem comes ceteras omnes munitiones, ciuitates et castra, villas et alia bona quecunque,

Digitized by Google

et nominatim ciuitatem Ratinowe, castrum et ciuitatem Vrysac restituat et dimittat per omnia et sine contradictione qualibet liberas et solutas. Vltra premissa marchio Brandenburgensis, filius noster prefatus, castrum et ciuitatem Furstenberg pro mille marcis absoluere et redimere debet, quod castrum et ciuitatem idem comes de Lindowe ulterius dignoscitur obligasse. — — — Datum in Herbipoli, feria VI^a^ post Andree, anno domini M° CCC° XXXIII°, regni nostri anno vicesimo, imperii vero septimo.

Vollständig gedruckt in Riedels Cod. dipl. Brand. I, 4, S. 49, nach dem Copialbuche des königl. Geh. Cabinets-Archives I, Cod. 4 in quarto, Bl. 24. — Vgl. Gerckens Cod. I, 162. — Wegen Fürstenberg s. auch 1334, März 20. An wen der Graf von Lindow Fürstenberg weiter verpfändet hatte, ist nicht bezeugt.

1333. Decbr. 7. Lübek. 5467.

Burchard, Erzbischof von Bremen, bestätigt dem Dom-Capitel zu Ratzeburg die Marienkirche zu Wismar, welche demselben vom Fürsten Heinrich von Meklenburg, und die Kirche zu Grevesmühlen nebst den Zehnten zu Salitz, welche demselben vom Bischof Konrad von Ratzeburg verliehen sind.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Borchardus dei gracia sancte Bre[mensis] ecclesie archiepiscopus salutem in domino. Noueritis, quod nos, excercentes visitatoris officium in ciuitate Lubicensi, nostre prouincie, ex causa circa venerabilem fratrem nostrum Marquardum, episcopum Raceburgensis ecclesie, et eius capitulum, quia cognouimus, in quantum suffecit, de donationibus seu concessionibus infrascriptis, quarum vnam nobilis vir dominus Hinricus dei gracia quondam dominus Magnopolensis et Stargardensis pie motus fecit, ius patronatus ecclesie sancte Marie in Wismaria cum mansis, decimis, dote et domo quadam doti vicina et omnibus pertinentiis suis, cum iurisdictione temporali terre Magnopolensis maiori et minori et omnibus fructibus, prouentibus, obuentionibus, commodis, vtilitatibus, iuribus et libertatibus, sicut possedit, dando liberaliter et pure ac integraliter dicto capitulo Raceburgensi propter remunerationem diuinam; aliam vero donationem fecit venerabilis pater dominus Conradus dei gracia quondam dicte Raceburgensis ecclesie episcopus, decimam quindecim mansorum ad mensam suam episcopalem spectantem, quam in villa Sadewitze terre Godebuze habuit, ac ecclesiam in Gneuesmolen cum omni iure spiritualium et temporalium dando capitulo supradicto, cupientes tam episcopus quam nobilis prefati, vt predicte ecclesie et decima cum suis iuribus et pertinentiis pretactis mense predicte capitulari, in temporalibus nimis lese, perpetuo annectantur, incorporentur et vniantur; et quia similiter cognouimus, in quantum suffecit, de

Digitized by Google

ratificationibus, applicationibus, auctoritazionibus et confirmationibus ac incorporacionibus et vnionibus ecclesiarum ac decime predictarum ac iurium et pertinenciarum earundem factis per prefatum Marquardum episcopum Raceburgensem: nos deuotis et iustis sepedicti capituli Raceburgensis supplicationibus inclinati, in maioris roboris firmitatem ecclesias et decimam predictas cum omnibus iuribus et pertinenciis suis auctorita[te] archiepiscopali, qua fungimur, mense capituli Raceburgensis sepedicte, nimis tenui et debitorum oner[e] grauate, perpetuo annectimus, incorporamus et vnimus, ita quod ecclesie, decima et mensa predicte senceantur et sint de cetero vnum corpus. Et insuper donacionibus, approbacionibus et auctorizacionibus, confirmationibus, incorporationibus et vnionibus prelibatis, iuste, rite et rate factis, eadem auctoritate consentimus et eas omnes et singulas ratificamus, applicamus, auctorizamus et eciam ex certa sciencia confirmamus. Et in testimonium vnionis, incorporacionis, ratificationis, consensus, approbationis, auctorizacionis et confirmationis nostre de omnibus et singulis premissis sigillum nostrum maius presentibus inde conscriptis duximus appendendum. Testes sunt: Hinricus prepositus Noui Monasterii, magister Johannes de Campis, decanus ecclesie Hamburgensis, Rauenus, ecclesie nostre predicte canonicus, Johannes Mul, scolasticus, Henricus de Bulowe, canonicus ecclesie Lubicensis, et quam plures alii ad premissa specialiter conuocati. Datum et actum Lubece, anno domini millesimo CCC. tricesimo tercio, in crastino beati Nycolai episcopi.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. An grüner Seide hängt das parabolische Siegel des Erzbischofs mit einem sitzenden Bilde des Bischofs, segnend und den Stab haltend, unter einem Mauergiebel, auf dem zwischen 2 Thürmen das Bild des St. Petrus mit Schlüssel; Umschrift:

S' BORCHARDI DEI GRA — —

Eine zweite Ausfertigung hat sehr gelitten, aber das Siegel ist erhalten. — Vgl. Bd. VI, Nr. 4190 und 4252, und Bd. III, Nr. 1746.

1333. Decbr. 8. 5468.

Burchard, Erzbischof von Bremen, überträgt dem Propste Heinrich zu Neumünster und dem Pfarrer Heinrich von Schwerin zu Lütgenburg die Fortsetzung der erzbischöflichen Visitation des Bisthums Schwerin.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus vniuersis sub sua iurisdiccione constitutis, quorum interest seu interesse poterit, seu quos presens negotium tangit vel tangere poterit quoquo modo, salutem in domino. Cum venerabilem fratrem nostrum dominum Ludolfum episcopum Zwerinensem et canonicos Zwerinenses rite et legitime visitauerimus secundum canonicas sanctiones et huiusmodi visitacionis officio seu negocio circa alias personas ecclesie, ciuitatis

Digitized by Google

et dyocesis Zwerinensis ex certis et legitimis causis ad presens vacare et intendere personaliter nequeamus, religioso et honorabili viro domino Hinrico preposito Noui Monasterii, nostre, ac discreto viro Hinrico de Zwerin, rectori ecclesie in Luthkenborch, Lubicensis dyocesis, et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod vnus inceperit, alter possit prosequi libere et finire, in huiusmodi visitacionis officio seu negocio vlterius excercendo circa personas per nos non visitatas ecclesie, ciuitatis et dyocesis predictarum presentibus plenarie committimus vices nostras, dantes eisdem et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem inquirendi, corrigendi, puniendi crimina, excessus et delicta et negligencias cleri et populi, prelatorum, prepositorum, collegiorum et conuentuum, monasteriorum, plebanorum, ecclesiarum rectorum, vicariorum perpetuorum seu temporalium, clericorum, laycorum seu personarum quarumcunque, cuiuscunque dignitatis, preeminencie, status, gradus aut condicionis existant, ecclesie, ciuitatis et dyocesis Zwerinensium, episcopo et canonicis ecclesie Zwerinensis dumtaxat exceptis, et in hiis reformandi, que fuerint reformanda, ac omnia alia et singula, que circa premissum visitacionis officium seu negocium necessaria fuerint vel oportuna, et que nos personaliter facere possemus, si huiusmodi officium seu negocium per nos excerceremus, eciamsi mandatum exigant speciale, contradictores et rebelles et inpedientes auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendi. Jn quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno domini M° CCC° XXX° III°, feria quarta proxima post festum beati Nicolai episcopi et confessoris.

Nach einer vom Geh. Archivar Conferenzrath Dr. Wegener mitgetheilten Abschrift aus dem im königl. Geh. Archive zu Kopenhagen aufbewahrten „Original auf Pergament mit einem Bruchstücke des Siegelriemens. Alte Rückenaufschrift: Commissio, quam archiepiscopus preposito nostro super quadam uisitacione per ipsum pp..... Spätere Aufschrift: Archiepiscopus Bremensis committit preposito Bordesholmensi uisitacionem.“ — Gedruckt bei Westphalen, Mon. ined. II, p. 112; Muhlius, Dissertat. hist.-theol. 591; Schröder, P. M. I, p. 1127.

1333. Decbr. 11. — 1337. April 27. 5469.

Weitere Actenstücke über den Process des Heinrich von Bülow mit der Stadt Stralsund, dem Pfarrer Konrad Witte daselbst und seinem Anhange um die Pfarre zu Stralsund.

An die in Bd. VII, unter Nr. 4800 und Nr. 4809, mitgetheilten Actenstücke reihen sich folgende:

[1.] 1333, Dec. 11 (sabbatho ante Lucie). Stralsund. — Peter, Pfarrer zu Patzig (Pacyck) auf Rügen, meldet „domino Rotghero preposito sanctimonialium in Rune, subexecutori auctoritate apostolica ad infrascripta deputato“, dass Gerhard, Pfarrer zu Gingst (st. Ginxt l. Ginxt), nach eigener und dreier Zeugen Aussage, in seiner Kirche, gemäss dem Befehl des Propstes, die Excommunication gegen den Rath zu Stralsund, den Pfarrer Konrad Witte und seinen Anhang verkündigt habe, dass Gerhard aber

Digitized by Google

bei der Verkündigung der Sentenz wider die Wittwe Herzog Wartislavs nicht zugegen gewesen sei. — Gedruckt bei Schröder, P. M. II, S. 3132.

[2.] 1336, Jul. 12 (in profesto beate Margarete virginis). Bützow. — Eghard, Propst zu Ratzeburg, als mit dem Propst Heinrich zu Schwerin und dem Mgr. Busolus, Tornacensis ecclesie canonicus, vom päpstlichen Stuhle deputirter Executor in Sachen Heinrichs von Bülow („Hinrici de Bulowe gerentis se pro rectore parrochialis ecclesie opidi Sundensis") übergiebt den Process der Execution (executioni demandasse). — Text fehlt; Erwähnung in Nr. [6].

[3.] 1336, Aug. 14 (in vigilia assumptionis beate Marie virginis). Schlagstorf (Slawekestorp). — Eghard, Propst zu Ratzeburg, Executor etc., erlässt in derselben Sache ein Mandat an die Subexecutoren. — Erwähnt in Nr. [6].

[4.] 1336, Aug. 27 (feria tercia post Bartholomei), „Nigenhoue." — Eghard, Propst zu Ratzeburg, als Executor etc., erlässt ein zweites Mandat an Fredericus Korneke, officialis episcopi Camynensis, mag. Herbordus Herdeghen, canonicus Gustrowensis, mag. Nicolaus Swichtenbergh ac mag. Euerardus Rubenowe, sowie an die gesammte Geistlichkeit des Caminschen Sprengels. — Angeführt in Nr. [6].

[5.] 1336, Septbr. 5 (feria IV. ante festum natiuitatis beate Marie virginis). Lübek. — Eghard, Propst zu Ratzeburg, mit dem Propst Heinrich zu Schwerin und dem mag. Bissolus von Parma zum päpstlichen Executor bestellt, befiehlt dem Propst zu Greifswald und dem Güstrowschen Domherrn Friedrich Speckin: den Caminschen Official Friedrich Korneke, den Güstrowschen Domherrn Herbord Herdeghen und den Mag. Eberhard Rubenow vor ihn nach Wismar zu laden, weil sie den Arrest (arresta) gebrochen, welchen der Official zu Wismar, um einige Mandate in Sachen des Stralsunder Pfarrers Heinrich von Bülow, die bei des Pfarrers Zerwürfnissen mit der pommerschen Herzogin im Caminschen Sprengel und im Herzogthum Stettin nicht auszurichten waren, in Ausführung zu bringen, über sie verhängt hatte. — Transsumpt in Nr. [6].

[6.] 1336, Septbr. 11, in dote sancti Jacobi opidi Gripeswaldis. — Friedrich Speckin, Domherr zu Güstrow, insinuirt dem Friedrich Korneke die Citation Nr. [5]. „Dictus dominus Fredericus Korneke respondit, se non fuisse arrestatum ex parte domini prepositi Raceburgensis; sed recognouit, quendam scolarem fuisse ante domum patris sui, vbi ipse et Herbordus canonicus Gustrowensis, necnon magister Euerardus antedicti tenebant hospicium, dicentem hec verba: Istos dominos . . existentes in hospicio isto pronunc arresto nomine officialis, scilicet domini Willekini rectoris ecclesie sancti Nicolai in Wysmer, ut non recedant, sub pena X marcarum puri." — Gleichzeitige notarielle Abschrift.

[7.] 1336, Septbr. 13, in ecclesia Gustrowensi. — Friedrich Speckin, Domherr zu Güstrow, insinuirt dem Domherrn Herbord Herdegen die Ladung des Propstes Eghard von Ratzeburg, vor dem er zu Wismar erscheinen soll, weil er sich angeblich wegen Kränklichkeit geweigert hat, dessen Mandate in dem Process des Stralsundischen Pfarrherrn Heinrich von Bülow auszuführen. [Acta — — presentibus honorabilibus viris dominis Nicolao Scacken, Alberto preposito sanctimonialium sancto Crucis in Rozstoc, canonicis Gustrowensibus, et aliis pluribus fide dignis.] — Notar. Abschrift.

[8.] 1336, Septbr. 27, Wismar. — Friedrich Speckin, Procurator des Stralsunder Pfarrers Heinrich von Bülow, klagt vor dem Propst Eghard von Ratzeburg, dem vom päpstlichen Stuhle mit seinen Genossen bestellten Executor, auf einen Schadenersatz von 3000 Mk. fein gegen den Wismarschen Bürger Heinrich Korneke, weil derselbe durch Verschliessung seines Hauses am 3. Septbr. 1336 verhindert hat, dass seinem Sohne Friedrich Korneke, sowie dem Herbord Herdeghen und dem Mag. Eberhard Rubenow die apostolischen Mandate in Bezug auf den Stralsunder Pfarrstreit zur Execution übergeben würden. Der Propst Eghard citirt auf diese Klage den Heinrich Korneke zur Entgegennahme der Vernehmlassung auf den 31. Octbr. desselben Jahres nach Ratzeburg. Heinrich Korneke nimmt den Tag, aber nicht den Ort des Termins an. — Beglaubigte Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin.

[9.] 1336, Septbr. 28, Wismar (in cimiterio beate virginis in Wismar). Eghard, Dompropst zu Ratzeburg, als Delegirter des päpstl. Stuhls in dem Streite um die Stralsunder Pfarrbesetzung, excommunicirt den Güstrowschen Domherrn Herbord Herdeghen, weil er wiederum seiner Ladung nicht Folge geleistet hat, und entsetzt ihn seiner geistlichen Einkünfte (stipendia) — presentibus discretis viris dominis Frederico Molzan, Johanne Salem, canonicis ecclesie Racebnrgensis, magistro Bernardo Vresen et aliis pluribus fide dignis." — Nach dem Notariats-Instrument im Haupt-Archive zu Schwerin. — Ziemlich vollständig gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. II, S. 18.

Digitized by Google

[10.] 1336, secundo die mensis Decembris. Rühn. — Rodgherus, Propst zu Rühn, von Eghard, Propst zu Ratzeburg, dem päpstlichen Richter, zum Executor ernannt, trägt bei Strafe des Bannes dem Propste zu Stettin und den ihm untergebenen Pfarrern auf, nachdem die Herzogin Elisabeth von Stettin und ihr älterer Sohn Bugslaus mit ihren Dienern durch die Veranstaltung und den Besuch eines Gottesdienstes in der Nicolaikirche zu Stralsund das von Eghard wegen Aufnahme des Konrad Witte (Albus) und Zurückweisung des Pfarrers Heinrich von Bülow über die Stadt Stralsund verhängte Interdict gebrochen, auch der deshalb erfolgten Ladung nach Wismar nicht Folge geleistet haben, über die Herzogin und ihren Sohn nach 14 Tagen in ihren Kirchen öffentlich die Excommunication auszusprechen und bei fortgesetzter Weigerung nach abermals 14 Tagen über ihren Aufenthaltsort, und noch einen Monat später über ihr ganzes Land das Interdict zu verhängen. — Notariats-Instrument im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den 7 Siegelbändern (deren erstes das Siegel Rötgers trug, während an den andern 6 Siegel der Empfänger sassen, denen das Mandat insinuirt ward) sind nur geringe Reste zu sehen.

[11.] Actum et datum Wysmare, a. d. 1336, secundo die mensis Decembris. — Rotgherus richtet ein Schreiben gleichen Inhaltes wie [10] an alle Geistlichen. — Instrument des Notars Nicolaus von Wedele im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel Rötgers ist abgerissen.

[12.] 1337, April 27, Avignon. — „Bosolus de Parma, canonicus Tornacensis", als Executor in dem Streit Heinrichs v. Bülow gegen Konrad Witte wegen der Stralsunder Pfarre, spricht den Priester und Capellan Heinrich Rotermund vom Banne los, weil er nur unvorsichtiger Weise mit dem gebannten Konrad Witte Umgang gehabt hat, und verkündet dies zur Nachachtung den Geistlichen der Diöcesen Schwerin, Röskilde, Ratzeburg, Lübek, Bremen, Havelberg, Riga und Camin, und namentlich dem Propst Bernhard Bere und dem Decan Mag. Johann Bollenthin zu Camin, dem Propst Reimar von Usedom und dem Decan Tymo zu Güstrow. — Gleichzeitige Abschrift im Haupt-Archive zu Schwerin.

Anm. Die Fortsetzung des Stralsundischen Pfarrstreites s. 1343, Mai 3.

1333. Decbr. 18. 5470.

Johann, Fürst von Werle, bekennt, dass Johann, der Propst, und der Convent zu Broda seinem Notar Michael die Pfarre Schlön verliehen haben, dem Kloster aber das freie Verleihungsrecht über dieselbe zusteht.

Nos Johannes dei gracia dominus de Werle recognoscimus presentibus lucidius et testamur, quod reuerendi viri domini Johannes prepositus et conuentus in Broda ob amorem dei et nostri ad instanciam Michaheli nostro notario ecclesiam in Slone, vacantem per resignacionem Johannis Sternebergh, vt eis regraciamur, voluntate libera contulerunt. Vnde merito pro hoc ad ipsorum vtilitatem et profectum feruencius magis inclinati promittimus presentibus, quod de cetero pro nulla persona beneficianda cum ipsorum beneficiis intercedere debeamus, nec ipsos pro hoc aliqualiter aggrauare, sed ipsos in omnibus suis beneficiis ecclesiasticis et personas de conuentu in eisdem residentes promouere volumus in singulis et fideliter defensare. Jn cuius rei testimonium nostrum secretum sub anno domini M° CCC° XXXIII°, sabbato quatuor temporum Veni et ostende, presentibus est appensum, presentibus: Heynone Holsten, Ghemekino Coszeboden

Digitized by Google

et Wluingho Oldenborgh, nostris militibus, Henningho de Gerden et Jo. Cotz, famulis, nostris aduocatis.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. Von dem eingehängten Pergamentstreifen ist das Siegel abgefallen.

1333. Decbr. 20. 5471.

Otto von Cernyn setzet Ludolfo Gremelin, knapen, seinen acker, die etwa zum kruge zu Ekelenberge[1] belegen gewesen, vor 30 Mk. vnd 24 Sl. Wendisch. Datum 1333., in uigilia beati Thomæ apostoli.

Clandrian, Protoc., fol. 226[b]. ([1] j. Eikelberg.)

1333. Decbr. 28. 5472.

Johan von Bulow, knape, bekennet, das Bischoff Ludolff von Swerin, do er das Hauss, Stadt vnd Landt zu Butzow von ihm geloset, viertehalbtausent vnd funff vnd siebentzig marck lubeckere penninge ihm schuldig geblieben sey, dafur er ihm zu rechtem kauffgute gelassen, daran er haben solle recht, richte, bede, pacht vnd nutz vff viertehalb hundert vnd achtehalb marck lub. pfenninge, alss zu Gheetze 78[1]|2 Mk., zu Boldebuck 76 Mk., zu Parem 52[1]|2 Mk. 4 Sl. minus 2 Pf., zu Seppelyn 108 Mk. 10[1]|2 Sl. minus 2 Pf., zu Nygenhagen 13 Mk., Jn hern Godeken hofe von Bulow zu Gultzow 29 Mk. minus 5 Sl. 2 Pf. Darzu hat er ihm gelassen hern Godekens veste von Bulow in dem dorffe zu Gultzow. Der widerkauff ist dem Bischoff vnd Capittel zu Zwerin binnen dreien Jaren furbehalten etc. Datum 1333[1]., lateren daghe na S. Johanneses euangelisten.

Clandrian, Protoc., fol. 68[b]. — [1] Wenn man nach damals hier allgemein üblichem Brauch den Jahresanfang auf Weihnachten ansetzte, so würde diese Urkunde auf den 28. Decbr. 1332 fallen; dieser Annahme widersprächen aber, wie es scheint, die Urkunden vom 16. Jan. und vom 11. Juni 1333 (Nr. 5387 und 5431). Vielleicht ist 1333 bei Clandrian ein Schreibfehler für 1334. Uebrigens ist zu beachten, dass hier oben für Zepelin 108 Mk. 10 Sl. 4 Pf. und für Geez 78[1]|2 Mk., für Boldebuck 76 Mk. angesetzt sind, dagegen am 1. Juni 1334 für Zepelin nur 93 Mk. 13[1]|2 Sl. Lüb., am 29. Novbr. 1334 für Geez und Boldebuck je 60 Mk. Lüb. Der Unterschied beruhet vielleicht zum Theil auf der Verschiedenheit des Münzfusses.

Digitized by Google

(1333 — 1355.) 5473.

Die Versammlung der Jungfrauen des Klosters Zarrentin nimmt die E. Stolte in die volle Gemeinschaft ihrer guten Werke auf.

A. dei gracia abbatissa, E. priorissa totumque ancillarum Christi collegium monasterii in Cernetin honeste domine E. dicte Stolte salutem in omnium saluatore. Exigente pie deuotionis vestre affectu, quem non solum ad ordinem, verum eciam ad domum nostram vos specialiter habere cognouimus, quam in domino diligitis et fouetis, affectui uestro cum effectu dignum duximus assurgendum. Concedimus itaque vobis de consensu capituli nostri plenariam fraternitatem omnium bonorum, que domino annuente in missis, orationibus, vigiliis, ieiuniis et aliis iustis laboribus in domo nostra operari dignabitur misericordia Jhesu Christi, ita videlicet, vt, cum obitus vester nostro fuerit capitulo nuntiatus, efficiamini particeps omnium, que apud nos pro defunctis fieri consueuerunt deuotione speciali. Et hoc munus caritatis sigilli nostri appensione profitemur.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das zu Nr. 5414 beschriebene parabolische Siegel der Aebtissin von Zarrentin. Diese undatirte Urkunde wird zwischen 1333 und 1355 fallen, da sicher während dieser Zeit Audacia Aebtissin des Klosters war. Leider ist während dieser Zeit die Priorissin E. sonst nicht bekannt; im Jahre 1365 war aber schon Margareta Priorissin. Die Urkunde wird in die ersten Zeiten der Aebtissin Audacia fallen, da die Handschrift noch einen sehr alten Charakter hat.

1334. 5474.

Ulrich von der Osten, Knappe, bestätigt dem Kloster Dargun ein Vermächtniss seines Vaters von 10 Mark jährlicher Hebungen aus dem Dorfe Basepol, unter Vorbehalt des Rückkaufs.

Vniuersis Christi fidelibus presencia visuris vel audituris Olricus de Osta, famulus, salutem in domino sempiternam. Tenore presencium publice recognosco, quod dominus Arnoldus de Osta miles, pater meus dilectus felicis (felicis) memorie, de pleno consensu et voluntaria ratihabicione mea decem marcarum denariorum vsualium redditus annuos, in villa Bozepolle leuandos et tollendos, in remissionem peccaminum suorum et anime sue salutem in vltima sua voluntate, licet tunc debilis corpore, compos tamen mente, dominis et fratribus . . abbati et conuentui monasterii in Dargun, Cysterciensis ordinis, Caminensis dyocesis, legauit et libere assignauit ad seruicium ac refectionem annis singulis in anniuersario ipsius dicti monasterii fratribus ministrandum ac duas nouas tunicas cum duobus paribus nouorum calciorum de eisdem redditibus comparandis, que vestimenta de meo ac meorum consilio per sex annos continuos et non amplius ad

Digitized by Google

portam monasterii predicti abbas et conuentus in festo beati Martini episcopi debent pauperibus erogare, tali tamen condicione adiecta, si a presenti tempore per sex annos continuos predictos decem marcarum redditus in dicta villa Bozepolle abbas et conuentus predicti receperint et sustulerint expedite. Jnsuper ego et legitimi patris mei heredes prefatos decem marcarum redditus in dicta villa leuandos pro centum marcis denariorum vsualium, cum quibus alii redditus perpetui pro seruicio perpetuo annis singulis, vt premittitur, dicto conuentui ministrando valeant et debent comparari, habebimus liberam redimendi facultatem. Jn quorum euidenciam pleniorem sigillum meum presentibus est appensum. Testes horum sunt: Borchardus Slichte, miles, Wernerus, Johannes, Hinricus dicti Pramule et Johannes de Osta, famuli, amici et propinqui mei. Datum anno domini M° CCC° tricesimo quarto.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein beschädigtes, rundes Siegel mit einem stehenden, gespaltenen Schilde, rechts mit einem schrägerechten Strom, links mit einem aufgerichteten Schlüssel; Umschrift:

✠ S' hVL.....I D. ....

1334. 5475.

Consecration des Kirchhofes zu Medow. Jedoch sol damit dem Pastorn zum Goldtberge an seinen gerechtigkeiten nichts abgehen. Datum et actum 1334.

Clandrian, Dobb. Reg. Nr. CLIII.

1334. 5476.

Herlacus, Gunterus vndt Henricus Subes, Prouisoren der Kirchen zu St. Jacobus *[in Rostock]*[1], haben entpfangen von den herrn Arnoldo, Lemkino vnd Beneckino, Bruedernn (zu) Cröpelin 50 Mk. an reidem gelde, Welche seindt gegebenn Jn die Ehr Gottes zue einer brennenden Lampen auf dem Cohr zu St. Jacob. Anno 1334.

Nach der „Registratur der brieffe, den Kirchouen zuesteudigk", in dem [1]Rostocker Kirchen-Visitations-Protocoll vom Jahre 1566, fol. 340/41, im Haupt-Archive zu Schwerin.

1334. (Rostock.) 5477.

1. Ein brieff, Darein Johannis Hintze[1], ein Priesterr, Johannis Rode, ein Burgemeister, vnd Jacobus van Rostogk beckennen, dass sie vor das gelt

Digitized by Google

[s. Nr. 4796] gekaufft haben das Dorff Pastow[2] mitt Aller gerechtigkheitt vnd Freiheitt, mitt Allen Fruchten vnd nutzungen, Dasselbe de[r] Vicarius, so zue Zeitt ist, besitzen vnd gebrauchen soll. Datum Anno 1334.

2. Noch ein Brieff, darein Johannes Hintze[1], Priester, Johannis Rode, Burgemeister, Vnd Jacob van Rostogk bekennen, das sie vor das geldt Heinrichs von Rostogk haben gekaufft das dorff Pastow[2] von Heinrich Clawes Hausfroe Vnd seinen Kinderrn mitt Allen fruchten Vnd einkommen, Vnd van Hertzogk Albrecht zu Meckelenburgk Alle freyheitt Vnd das hogst vnd Niedrigste Gericht Vnd die gantze Bathe Vor 432 Mk. Rostogker Muntze, sollen gantz vnd gar frei sein, Vnd Von niemandts beschweret werdenn, Vnd dasselbe gelegt Jn Marien Kirche zu Rostogk Vicarie. Datum Anno 1334.

Nach dem Verzeichniss: „Herr Henningk Beselin's Brine", in dem Rostocker Kirchen-Visitations-Protocoll vom Jahre 1566, fol. 424, im Haupt-Archive zu Schwerin. — Ueber Pastow's verwickelte Besitzverhältnisse vgl. Bd. VI, Nr. 3971, und die dort citirten Urkunden, sowie 1335, Juni 30 und 1340, Febr. 14. Nach diesen Urkunden war Pastow längst im Besitze Kopmanns und erscheint auch noch nach 1334 in solchem. Wahrscheinlich ist in unsern beiden Inhaltsangaben [2]Polchow statt Pastow zu lesen; vgl. die Urkunden des Fürsten Albrecht und des Bischofs Heinrich von Schwerin vom 16. März 1340. Aus denselben geht auch mit Sicherheit hervor, dass der oben genannte Priester nicht [1]Johannes Hintze, sondern J. Lyzen hiess, denn Letzteren nennen jene Originalbriefe unter den Testamentsvollstreckern Heinrichs von Rostock.

1334. 5478.

Confirmatio Ludolphi episcopi Suuerinensis einer Vicarie in St. Jurgens Kirchen *[zu Waren]*, darzu Nicolaus vnd Henricus bruder die Blekenn, burger in Waren, gegeben haben drie huuen auffm felde Meltze[1] gelegen; das Gerichte darauff hat sich ein Rhatt furbehalten. Jtem noch 5 Mk. von zween garden belegen bei der Muritze. Anno 1334.

Nach einer Registratur der Warenschen Kirchenbriefe vom J. 1574. (Fol. 13, Abtheilung: „Diese nachfolgende Brieffe hat der Burgermeister Caspar Lobis vom Radthause gebracht") im Haupt-Archive zu Schwerin. [1]An anderer Stelle in den Warenschen Kirchen-Visitations-Acten lautet in einer Regeste dieser selben Urkunde dieser Name: Melitze; indessen ist der Buchstabe i von anscheinend späterer Hand wieder durchstrichen. — Vgl. auch Nr. 5382 und unten 1340.

1334. 5479.

Heinrich, Graf von Schwerin, und Johann, Graf von Holstein, bezeugen bei dem Papste Johann XXII., dass dem Herzoge Erich von Sachsen [-Lauenburg] die Kur und das Reichsmarschallamt gebühre.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Johanni diuina prouidentia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Hinricus dei gratia

Digitized by Google

comes Zwerinensis, necnon Johannes eadem gratia comes Holtsatie et Stormarie terrarumque Lalandie, Valstrie et Ymbrie dominus — —. *Schluss:* Datum anno domini M° CCC° tricesimo quarto.

Nach dem Original im Archive zu Hannover vollständig gedruckt bei Sudendorf, Registrum II, S. 187. Diese Urkunde ist eine Wiederholung der im Bd. VII, unter Nr. 4884 gegebenen, welche überall geringe, in den von uns ausgezogenen Theilen nur folgende Abweichungen zeigt: hinter „spectet ius eligendi tantum“ folgen noch die Worte: „et non ad alium“; und nachher heisst es: „Item quod de predictis omnibus et singuliis in partibus Saxonie, Angarie, Westualie, marchionatus Brandeburgensis, Slauie, Holtsatie et aliis locis vicinis fuit et est publica vox et fama“ etc. Die Siegel gleichen nach Sudendorf den an der Urkunde Nr. 4884 hangenden.

1334. 5480.

Druchthold von Doren verkauft dem Marquard von Zecher 20 Mark Lüb. Hebungen aus den Dörfern Schaliss und Bantin.

Droctoldus Doeren vendidit Marquardo de Zechir annuos redditus 20 mr. Lub. in villa Schalisse et Bantin pro 200 mr. Lub. Anno 1334.

Aus einem Verzeichniss der Urkunden des Klosters Zarrentin vom 1. Juni 1559. Die Urkunde fehlt jetzt. Am 4. Octbr. 1331 werden in einer Original-Urkunde des Herzogs Erich von Sachsen-Lauenburg „Hechardus et Druchleuus famuli dicti de Doren“ genannt.

(1334.) Wismar. 5481.

Der Rath zu Wismar vergleicht sich mit Gerhard Plote, Bürger daselbst, über dessen Ansprüche an die Stadt.

Anno M. CCC. XXXIIII. dimiserunt consules Gerhardo Ploten unam sortem de quatuor iugeribus ad VII annos contractis, quibus euolutis huiusmodi iugera libera erunt ciuitati. Pro huiusmodi gracia sibi data per consules ipsos consules pro se et suis heredibus dimisit liberos et solutos et ciuitatem nomine omnium debitorum, tum domini Magnopolensis ac aliis quibuscunque. Sic inter ciuitatem et ipsum Gerhardum omnia terminata sunt et finita. Quando vicaria Johannis Ploten primo uacauerit, ipsius Gerhardi filius ad ipsam presentabitur per consules rogat[os] per Gerhardum vel amicos suos.

Nach Schröders P. M. S. 1137. Der Eingang lautete conform anderen Inscriptionen des Stadtbuchs, welchem diese Urkunde ohne Zweifel entnommen ist, wohl: „Consules dimiserunt“, und die Jahreszahl wird Schröder hinzugefügt haben.

Digitized by Google

1334. Jan. 1. Lüneburg. 5482.

Otto, Johann und Werner von Melbek verkaufen dem St. Michaelis-Kloster zu Lüneburg den Zehnten aus Melbek (im A. Lüne) und versprechen dem Abte die Belehnung mit demselben vom Grafen von Schwerin zu erwirken.

Nos Otto, Johannes et Wernerus fratres dicti de Melbeke, famuli, tenore presencium publice recognoscimus et testamur, quod communicata manu simul et in solidum cum bona voluntate et vnanimi consilio ac omnium nostrorum legitimorum heredum consensu, quorum nunc interest aut in futurum dinoscitur interesse, rite et rationabiliter vendidimus honorabilibus et discretis viris, dominis videlicet abbati, priori totique conuentui monasterii sancti Mychaelis in castro Luneborch, ordinis sancti Benedicti, nostram integram decimam, tam maiorem quam minutam, tocius ville Melbeke, cum omni fructu et vtilitate et penitus cum omni iure, quo ad nostros progenitores et hactenus ad nosmet ipsos pertinebat seu poterat pertinere, pro sexcentis marcis et sexaginta marcis Luneburgensium denariorum, iure hereditario perpetuis temporibus possidendam, et plane ad faciendum ac dimittendum, quod dicto domino abbati et conuentui placuerit cum eadem, nobis et nostris heredibus penitus nichil iuris in ea de cetero reseruantes, sed si idem dominus abbas et conuentus aliquod in ipsa decima obstaculum seu impedimentum habuerint, hoc sibi, cum primo moniti fuerimus, disbrigabimus, qualibet contradictione totaliter pretermissa. Cuius quidem decime feoudum predicto abbati et conuentui a domino comite de Swerin, si quocunque modo poterimus, volumus procurare; si vero in hoc defecerimus, tunc dominus abbas et conuentus debent de ipsius procuracione sibi personaliter prouidere. Si autem predictum feoudum ex vtraque parte non poterimus procurare, tunc ipsum ad manus domini abbatis et conuentus apud nos ad bonum suum volumus obtinere, quousque a domino feoudali poterit procurari. Volumus eciam dictum dominum abbatem et conuentum in dicta decima, ut tenemur, secundum ius et terre consuetudinem warandare. Vt autem hec conuencio facta per nos firmiter obseruetur, nos fratres prescripti vna cum compromissoribus nostris, videlicet Seghebando de Wyttorpe et Johanne dicto Ryben, domino Wernero abbati, Othrauen priori et dominis scilicet Frederico Pusteken, Wernero de Odem, Olrico de Ylten, sacerdotibus et ibidem conuentualibus, Seghebando, domini Seghebandi, domini Johannis (!), domini Hinrici, dictis (!) de Monte, militum, filiis, Hinrico Kynt, Hunero de Odem et Johanni Scaghken, famulis, ex parte sepedicti domini abbatis et conuentus, cautionem fecimus manualem et nichilominus sigillis nostris et compromissorum nostrorum Seghebandi et Johannis predictorum presentem litteram duximus confirmandum (!). Datum et actum Luneborch, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quarto, in die circumcisionis domini, presentibus honora-

Digitized by Google

bilibus viris et ydoneis suprascriptis, domino Ditmaro et domino Jacobo dictis Hollen et pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Urk.-Buche des Klosters St. Michaelis zu Lüneburg, S. 245, aus dem Original im königl. Archive zu Hannover. An dem Original hangen 5 Siegel:

1) ein rundes: auf gegittertem Grunde ein rechtshin gekehrter Helm mit einem Kamme von 10 Federn; Umschrift:

✠ S' OTTONI DA MALBAKA

2) ein rundes: im stehenden Schilde aus dem linken Schildwinkel ein welliger Bach; Umschrift:

✠ S' IOHANNI DA MALBAKA

3) ein rundes, „ebenfalls mit einem welligen Balken"; Umschrift:

✠ S WERNERI DE MELBEK

4) „Herzsiegel" ✠ S' SEGEBANDI DE WITOORPPE, „mit drei Fischen in einem geschlängelten Bache";

5) das nach einem von der verehrlichen Lüneburgischen Landschaft durch den Herrn Syndicus von Lenthe zu Celle gütigst geliehenen Holzschnitt zum Urk.-Buch des St. Michaelis-Klosters hieneben wiederum abgebildete schildförmige Siegel mit einem gekrümmten Fische und der Umschrift:

✠ S' IOHANNIS RIBIS

— Diese Urkunde ist nach einer alten Abschrift mit dem unrichtigen Datum: 1304, Jan. 1, auch im Urk.-Buche des Michaelis-Klosters auf S. 128 (Nr. 180*) gedruckt. — Vgl. 1334, Octbr. 18.

1334. Jan. 3. 5483.

Johann Elmhorst beurkundet, dass er dem Johann Vore für alle dessen Hebungen aus dem Dorfe Hogendorp (Hohendorf?) jährlich 20 Mark Sund. Pf. zu entrichten verpflichtet ist.

Ego Johannes Elmhorst recognosco per presentes, quod ego et mei heredes honesto viro Johanni Voren suisque heredibus pro omnibus redditibus, precariis, seruiciis et aliis debitis quibuscunque ipsis de curia Hoghendorp debentibus viginti marcas denariorum Sundensium singulis annis in festo beati Martini persoluere tenemur expedite, reseruato tamen ipsis iudicio maiore et minore in curia supradicta. Ceterum dictam curiam vendere non debemus nec alicui alienare, nisi id ipsius Johannis et ipsorum heredum fuerit voluntatis ac ipsis dicti viginti marcarum [redditus] reseruati fuerint de curia supradicta. In cuius testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum anno domini

Digitized by Google

M° CCC° XXX° quarto, in octaua beati Johannis ewangeliste, presentibus Johanne de Rostok, Johanne Longo et Hermanno Elmhorst, fratre meo.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An dem Pergamentstreifen ist noch ein ganz kleines Stück des früheren runden Siegels von grünem Wachs befindlich, auf dem die Buchstaben

...Oh'.... —

zu erkennen sind.

Hoghendorp ist wahrscheinlich Hohendorf im Festland Rügen, da in der Urkunde Sundische Pfennige verschrieben werden.

1334. Jan. 6. Wismar. 5484.

Aufzeichnung über Ackerbesitz des Siechenhauses zu St. Jacob vor Wismar.

Sanctus Jacobus habet IIII iugera agri super Krukower felde apud Bartoldum Vogel. Epyphanie domini, CCCXXXIIII.

Nach einem Extract der geistlichen Stadtbuchschriften im Raths-Archive zu Wismar. Das Siechenhaus zu St. Jacob hatte am Ende des 17. Jahrh. 24½ Morgen auf dem Krukower Felde, alle ohne Zweifel aus dem Mittelalter her, so dass nicht nothwendig diese Schrift nur eine Bestätigung derjenigen war, welche Nr. 4641 enthält.

1334. Jan. 7. 5485.

Hinricus von Bluycher, ein ritter, gibt eine hufe, die er im dorffe Stralendorff, Zwerinischen Stiffs, gehabt, in die ehre Gottes, Marien, Johannis vnd aller heiligen, die in der Kirchen zu Zweryn geehret werden, vnd vbergibt dieselbe der Kirchen vnd den Personen darin mit aller freyheit, nutzung, mit dem hohisten vnd sidestem gerichte etc. Datum anno Domini 1334., in crastino epiphaniæ domini, quæ est mensis Januarii dies septima.

Clandrian, Protoc. fol. 18 b mit der Bemerkung: „Dass Sigil ist hirnon wegk, vnd ist der brieff auch etwas locherig.“ — Gedruckt bei Wigger, v. Blücher I, Urk. S. 195. — Vgl. Nr. 5486 und 1343, Jul. 13.

1334. Jan. 13. Schwerin. 5486.

Das Capitul zu Schwerin stifftet eine kleine vnd ewige Vicarey in der Kirchen doselbst von sechs mark lub. ierlicher hebung von 1 hufen zu Stralendorff; welche Fundation der Bischoff Ludolfus confirmiret. Actum et datum Zwerin, anno 1334., in octaua epiphaniæ Domini.

Digitized by Google

Clandrian, Protoc. fol. 19°, mit der Bemerkung: „Hieran ist des Bischoffs sigel, des Capitteles ist abgefallen.“ — Vgl. Nr. 5485 und 1343, Juli 13.

1334. Jan. 13. Wismar. 5487.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster Doberan das Eigenthum von 10 Hufen zu Bargeshagen.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presencium tenore publice protestantes recognoscimus, nos dilecte nobis Doberanensis ecclesie viro reuerendo domino . . abbati totique conuentui de prudentum militum nostrorum consilio et beneplacito ac libera nostra voluntate proprietatem super decem mansos ville Beringhershaghen adiacentes, per Johannem de Axcowe, fidelem nostrum, nobis ad manus eiusdem ecclesie resignatam, nuper vero eidem Johanni de Axcowe per Johannem Reschinkel secundum libertatem domino Echardo Reschinkel, patri eiusdem, per nobilem dominum, dominum Nycolaum de Rozstock dominum, concessam, vt littere eiusdem domini plenius continent, sponte dimissam, contulisse et, quibuscunque vlterius eadem Dobranensis ecclesia vendere decreuerit, donasse libere possidendam. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Huius testes sunt: Georgius Hasencop, Johannes de Plesse, milites, Johannes Reschinkel, famulus, Ludolfus de Godlandia et Hinricus Friso, consules in Rozstok, aliique plures fide digni. Datum Wismer, anno domini M° CCC° tricesimo quarto, in octaua epyphanie domini.

Nach dem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Original, welches an einem Pergamentstreifen das zu Nr. 5056 abgebildete, wohl erhaltene Siegel des Fürsten Albrecht trägt. — Vgl. Bd. VI, Nr. 4210 und 1334, März 6. — Gedruckt bei Westphalen III, p. 1617.

1334. Jan. 20. Demmin. 5488.

Nicolaus Schwichtenberg, Pfarrer zu Penzlin, verpflichtet sich auf zwei Jahre gegen die Stadt Demmin, ihren Process wider das Kloster Dargun zu führen.

Sciant cuncti presentes litteras visuri seu audituri, quod ego Nicolaus Scwichtenberg, plebanus in Pentzlin, ad seruitia et patrocinia consulum et communitatis Dymyn facienda et prestanda in causa seu causis, quam vel quas habent abbas et conuentus monasterii in Dargun [contra] ipsos vel ipsi [contra] eos, et in omnibus et singulis causis in iudicio spirituali consules et communitatem predictos tangentibus ad duos annos, si tamdiu vixero, a data presentium subsequentes, non in curia Romana, sed in partibus istis me adstrinxi et pre-

Digitized by Google

sentibus me adstringo sub eorum periculo et expensis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Dymin, anno domini M. CCC. XXXIV., ipso die Fabiani et Sebastiani martyrum beatorum.

Nach Schröder, P. M. I, S. 1139. — Vgl. 1334, Octbr. 13.

1334. Jan. 21. Magdeburg. 5489.

Otto, Erzbischof von Magdeburg, als vom päpstlichen Stuhle delegirter Conservator des Franciscaner-Ordens, subdelegirt den Bischof Heinrich von Lübek, das Kloster Ribnitz gegen alle Bedrücker zu vertheidigen und zu schützen, in Gemässheit der Bulle des Papstes Johann XXII. vom 26. April 1319.

Otto dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, iudex et conseruator priuilegiorum ac iurium fratrum minorum vna cum quibusdam collegis nostris extra regnum Francie a sede apostolica delegatus, venerabili in Christo patri ac domino, domino . . Lubicensis ecclesie episcopo, cum debita reuerentia sinceram in domino karitatem. Litteras apostolicas non cancellatas, nec alias quomodolibet uiciatas nos recepisse noueritis pro . . generali ministro et aliis fratribus ordinis minorum, que incipiunt isto modo:

> Johannes episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Magdeburgensi et . . Hildensemensi et . . Caminensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectos filios . . ministrum generalem et fratres ordinis minorum etc.

et taliter finiuntur:

> Datum Auinione, VI. kal. Maii, pontificatus nostri anno tertio.

Quarum tenorem paternitati vestre per predictos fratres iubemus et volumus exhiberi. Ceterum, quia sororibus ordinis sancte Clare, prout ex tenore litterarum apostolicarum super hoc dictis sororibus donatarum, nostris conspectibus exhibito, clare liquet, eo quod inter dictos fratres minores et ipsas tamquam ex vno spirituali patre genitos specialis esse germanitas et karitas censeatur, omnes ipsorum fratrum minorum immunitates, libertates, indulgentie, priuilegia et gratie, tam concesse eisdem fratribus quam etiam concedende, quatenus dictis sororibus competunt et earum capaces fore poterunt, sunt concesse, constat, quod ad easdem sorores conseruationis ac tuitionis nostre auctoritas, cum sit gratiosa ipsisque sororibus haut dubium competat, se extendit. Sane, quia nostris ac ecclesie nostre negotiis plurimis impediti, ipsis fratribus per Lubicensem custodiam et sororibus dicti ordinis in Ribeniz, Zwerinensis dyocesis opido, constitutis propter locorum distantiam et viarum discrimina contra ipsorum iniuriatores fre-

Digitized by Google

quenter, prout expedit, iuxta traditam nobis formam assistere non uelemus, de uestra fidelitate, deuotione ac industria specialem habentes fiduciam, in hac parte paternitati uestre committimus vices nostras, mandantes, quatinus uocatis uocandis contra singulos dictorum fratrum et sororum iniuriatores et inuasores ad ipsorum instantiam via iuris procedatis et secundum uigorem ac tenorem dictarum litterarum nobis ac nostris collegis a sede apostolica directarum, quociens fuerit oportunum, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, contradictores et rebelles ac testes, si se gratis, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam compescendo ac etiam compellendo. Datum Magd., anno domini M° CCC° XXXIIII°, XII. kal. Februarii.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Das an einen aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen angehängt gewesene Siegel fehlt.

1334. Febr. 3. Wismar. 5490.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, genehmigt den Verkauf von Kornpächten aus Kröpelin, Detershagen und Schmadebek durch Hermann von Oertzen an die Vormünder der Kinder des Bürgers Lambert Voss zu Rostock für einen Altar in der Jacobikirche zu Rostock.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus ad vniuersorum noticiam deducimus in hiis scriptis publice protestando, quod Hermannus de Ortze, miles, in nostra constitutus presencia de nostro, heredum suorum ac omnium aliorum, quorum interest vel interesse poterit, beneplacito et consensu vendidit, dimisit et animo deliberato resignauit discretis viris Conrado Cropelin, consuli in Rozstok, Gherardo dicto Grentzen et Reymaro dicto Vos, ciuibus ibidem, et eorum sociis, prouisoribus et tutoribus puerorum Lamberti dicti Vos, quondam ciuis ibidem bone memorie, pro trecentis marcis minus viginti marcis denariorum Rozstocensium sibi integraliter persolutis trium lastarum triplicis frumenti redditus annuos de tribus mansis oppido Cropelin et quatuor mansis ville Ditterdeshaghen adiacentibus, necnon decem et octo siliginis, duorum ordei et duorum auene modiorum de villa Smedebeke, cum omni iure, sicut ad ipsum hactenus pertinebant, quolibet festo sancti Martini intra ciuitatem Rozstok Tanquardo presbitero aut eius successori, qui pro tempore ad altare per dictum Lambertum Vos in ecclesia sancti Jacobi in Rozstock instauratum et fundatum presentatus fuerit vel institutus, persoluendos et per pignera, quociens opus fuerit, licite extorquendos. Habent autem prelibatus Hermannus de Ortze et sui heredes ex gracia ipsis concessa speciali hos redditus pro summa pecunie memorata infra quatuor annos proxime futuros quolibet festo pasche liberam reemendi potestatem,

Digitized by Google

quibus inquam annis reuolutis nulla prorsus ipsis facultas hos redditus competit reemendi, sed iidem redditus ad altare prefatum iusto empcionis titulo perpetuo remanebunt. Nos quoque huiusmodi redditus modis quibus supra ad vtriusque partis instantiam antelatis tutoribus et prouisoribus ac Tancquardo presbitero contulimus et conferimus in hiis scriptis. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Wysmarie, anno domini M° CCC° XXX° quarto, crastino purificacionis beate virginis, presentibus Wyperto Luzowen, Hinrico de Barnecowen, Johanne de Plesse et Echardo de Bybowe, militibus nostris, Johanne Croplin et Johanne Rodekoghele, consulibus in Wismaria, ac aliis pluribus fide dignis ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt das schildförmige Vormundschaftssiegel des Fürsten Albrecht, abgebildet zu Nr. 5056. — Gedruckt bei Lisch, Oertzen. Urk. I, S. 113.

1334. Febr. 3. Wismar. 5491.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bekennt, dass der Fürst Johann II. von Werle für ihn an den Herzog Otto von Lüneburg 500 Mk. Silbers gezahlt hat, und verspricht solche Weihnacht 1335 zurückzuzahlen.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presentibus publice protestamur, nos dilecto nobis patruo nostro, domino Johanni viro nobili de Werle domino seniori, eiusque heredibus veris in quingentis marcis puri argenti, sororio nostro dilecto domino Ottoni duci Lunenburgensi pro nobis exsolutis, teneri obligatos, festo natiuitatis Cristi proxime futuro vltra ad annum argento, denariis aut pignere, ad pignera facturi, quod pignerum iura requirunt, persoluendis, quod eidem patruo nostro manu promisimus fide data. Huius pecunie vero solucionem intra oppidum Guzstrowe, vt premissum est, eidem patruo nostro et suis heredibus tempore prefixo faciemus, dummodo idem patruus noster hanc pecuniam vel pignera versus Guzstrow, si opus fuerit, suo ducatu securet. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Wysmer, anno domini M° CCC° XXX° quarto, die sancti Blasii, presentibus Wyperto Luzowe, Georgio Hasencop, Hinrico de Barnecowen, Echardo de Bybowe et Johanne de Plesse, militibus nostris, ac aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von dem aus der Urkunde geschnittenen Pergamentbande ist das Siegel abgerissen. — Gedruckt in Jahrb. VII, S. 255.

Digitized by Google

1334. Febr. 16. 5492.

Johann von Snakenburg quittirt das Kloster Doberan und dessen Bürgen wegen des letzten Theiles der Summe, welche das Kloster ihm und seinen Brüdern wegen der Güter zu Admannshagen zu zahlen hatte.

Ego Johannes famulus dictus Snakenborch recognosco publice per presentes, quod a religiosis viris videlicet domino abbate et sui (!) conuentu recepi LXVI marcas cum X solidis et VIII denariis, que vltima summa de CCC^{tis} marcis est, quas supradicti monachi de Doberan pro inpeticione ville Adameshaghen michi et meis fratribus seu heredibus totaliter persoluerunt, et dominum Hinricum Frisonem, consulem in Rostok, et Thi. Wilden, burgensem ibidem, de omni promissione ego et mei fratres dimittimus liberos et solutos. Quod meo sigillo huic littere apposito publice recognosco. Datum anno domini M° C° C° C° XXX° IIII., feria quarta post dominicam Jnuocauit.

Nach dem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Original, welches an einem aus der Charte geschnittenen Pergamentstreifen das zu Nr. 5412 beschriebene zweite Siegel trägt; Umschrift:

S' IOhAnnIS SnAKenBORGh

— Vgl. Nr. 5439.

1334. Febr. 19 — 1337. Octbr. 21. 5493.

Process des Bischofs Ludolf von Schwerin, Appellanten, wider die Stadt Stralsund in Betreff der Hoheit über diese Stadt, vor den neuen päpstlichen Appellationsrichtern, dem Decan und dem Scholasticus zu St. Gereon und dem erzbischöflichen Official in Köln und deren Substituten.

[1.] Datum Auinione, XI. kal. Martii (Febr. 19), pontificatus nostri anno decimo octauo (1334). — Papst Johann XXII. bestellt, nachdem von Seiten des Bischofs von Schwerin gegen den Spruch der Decane zu St. Andreä und zu St. Georg und des Domherrn M. Gerhard von Xanten vom 13. Aug. 1333 (s. Nr. 5116) Appellation an den päpstlichen Stuhl eingelegt ist, den Decan und den Scholasticus der Gereonskirche zu Köln und den erzbischöflichen Official daselbst unter Zustimmung der beiderseitigen Sachwalte zu Richtern in der Sache des Bischofs wider die Stadt Stralsund. [„Ex parte ipsius episcopi (sc. Swerinensis), sentientis ex hoc indebite se grauari, ab immoderata et excessiua taxatione huiusmodi (240 Goldgulden) ad dictam sedem (sc. apostolicam) extitit appellatum. Ac dicti sancti Andree et sancti Georgii decani ac Gerardus de Xantis, huiusmodi ultima appellatione eiusdem episcopi contempta, in dicta causa perperam procedentes, per suam, ut dicebant, diffinitiuam sententiam declararunt, Ipsos consules et communitatem (sc. Straleas.) bene et legitime appellasse, necnon decanum Verdensem predictum in dicta causa male et perperam processisse, ac predictam eius sententiam et quicquid ex ea secutum extitit, infirmarunt; propter que pro parte dicti episcopi fuit iuramento (l. iterato) ad sedem appellatum eandem.“] — Abschriften eines gleichzeitigen Transsumpts aus dem 16. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin.

Digitized by Google

[2.] 1334, Aug. 25 (in crastino beati Bartolomei apostoli). — Der Scholasticus zu St. Gereon in Köln substituirt sich den Kölner Domherrn Gottfried von Wevelinchoven.

[3.] 1334, Septbr. 9 (in crastino natiuitatis beate Marie virginis). Der Kölner Official substituirt sich den Kölner Domherrn Johann von Polle. — [2.] und [3.] erhalten in einer Abschrift des 16. Jahrh. von einem Transsumpt des Kölner Officials, d. d. in crastino exaltationis sancte crucis 1334.

[4.] 1336, Jan. 15 (feria secunda proxima post octauas epiphanie domini). Waren. — „Ein brieff des Bischoffs Ludolphi von Schwerin, das er das Capittel zu Gnstrow, nachdem sie sich der Appellation, die er wegen einer Sachen wider die Stadt Sundt furgenommen, verwandt gemacht, durchauss schadloss halten wolle.“ — Clandrian, Registratur S. 339.

[5.] 1336, Decbr. 20 (in vigilia beati Thome apostoli). Köln. — Der Decan zu St. Gereon in Köln, als vom päpstlichen Stuhle deputirter, und die Kölner Domherren Johann von Polle und Friedrich von Neuss (Nussia), als subdelegirte Richter in Sachen der Appellation des Bischofs von Schwerin wider Rath und Gemeinde der Stadt Stralsund wegen ungebührlicher Entschädigung für Appellationskosten, beauftragen die Geistlichen, an welche dies Mandat gelangen wird, sich nach Stralsund zu begehen und Rath und Gemeinde daselbst zu befehlen, dass sie binnen 20 Tagen einen Sachwalt nach Köln senden, um ihr Urtheil in jener Streitsache zu vernehmen, widrigenfalls sie dasselbe ohne eine neue Ladung verkündigen würden. — Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Die 3 anhangenden Siegel der Richter sind ziemlich gut erhalten.

[6.] 1337, März 31 (feria secunda post dominicam qua cantatur Letare). Köln. — Der Decan zu St. Gereon in Köln, als delegirter, und Johannes de Polle und Friedrich von Neuss, als vom erzbischöflichen Official und vom Scholasticus zu St. Gereon subdelegirte päpstliche Richter, verkündigen öffentlich, namentlich der Geistlichkeit und den Notarien der Diöcesen Bremen, Magdeburg, Halberstadt, Hildesheim, Lübek, Ratzeburg, Schwerin, Verden, Havelberg, Brandenburg, Roeskilde, Lund, Schleswig und Camin, dass, nachdem sie ungeachtet der durch Hermann Vrakel, Sachwalt der Stadt Stralsund, gegen ihren Spruch und dessen Verkündigung eingelegten hinfälligen Appellation weiter vorzugehen beschlossen, der Mag. Tylemann von St. Paul, als Sachwalt des Bischofs von Schwerin, erschienen sei und vorgetragen habe, dass die Decane von St. Andreas und St. Georg nebst dem Mag. Gerhard von Xanten (die früheren Kölner Richter) denselben Bischof trotz der eingelegten Appellation im Verfolg ihres Spruches (Nr. 5116) gemahnt hätten, der Stadt Stralsund die 240 Fl. Appellationskosten zu zahlen, und da er sich geweigert, nach und nach Suspension, Interdict und Excommunication über ihn verhängt und in den genannten Diöcesen zu verkündigen befohlen hätten. Der Decan zu St. Gereon und die beiden subdelegirten Richter cassiren aber sämmtliche genannte, seit der Appellation des Bischofs von Schwerin über diesen verhängte Massregeln und verbieten unter Androhung geistlicher Strafen dieselben zu verkündigen. — Nach einem Transsumpt, welches der Notar Arnoldus Wegher, clericus Camynensis dyocesis, 1337, April 29, „in curia honorabilis viri domini Hinrici de Bnlowe, rectoris ecclesie parrochialis in Sundis, presentibus venerabilibus viris dominis Johanne de Bulowe, archidyacono terre Tribuses, Johanne Nigro, canonicis ecclesie Zwerinensis, et Johanne Qualitze, dyacono, et aliis pluribus“, auf Begehren des „dominus Hinricus Bulowe, rector ecclesie parrochialis in Sundis“, von dem von Letzterem producirten Original mit den 3 anhangenden Siegeln der Aussteller genommen hat. — Original des Notariats-Instruments im Haupt-Archive zu Schwerin.

[7.] 1337, Mai 11. (Jubilate.) — Das Dom-Capitel zu Güstrow erklärt sich bereit zur Execution des Kölner Spruches vom 31. März. — Dieses Actenstück ist nicht dem Wortlaute nach bekannt, sondern nur aus folgender Notiz bei Schröder, P. M. S. 1185: „Renocatio et annullatio sententiae per consules et commune Sund. contra episcopum latae in Colonia feria secunda post dominicam qua cantatur Laetare 1337, quam et capitulum ecclesiae Gnstrowensis, Camin. dyocesis, exeqni se velle scribit anno 1337, dominica qua cantatur Jubilate.“

[8.] 1337, Aug. 9 (in vigilia beati Laurencii martiris). Köln. — Der Decan zu St. Gereon in Köln und die mit ihm bestellten päpstlichen Richter befehlen, auf die Klage des Bischofs Ludolf von Schwerin, allen Geistlichen der Diöcesen Bremen, Lübek, Ratzeburg, Schwerin, Havelberg, Brandenburg, Camin und Roeskilde, nachdem der Pfarrer Marquard Scachtelevent von Wick, weil er pflichtschuldig eine Citation an die Stadt Stralsund hat ausrichten wollen, zu Greifswald von Weding Buchenhagen,

Digitized by Google

Marschall der Herzogin Elisabeth von Stettin, und den Rathmännern und dem Pfarrer zu Greifswald ergriffen ist und noch zu Prittor an der Swine gefangen gehalten wird, — der Herzogin Elisabeth und ihrem Sohne Bugislav, auf deren Befehl jenes geschehen ist, und denen, die solches ausgeführt, zu befehlen, dass sie jenen Pfarrer Marquard binnen 6 Tagen in Freiheit setzen und Genugthuung geben, im Weigerungsfalle aber in ihren Kirchen die Excommunication über sie zu verkündigen. — Original mit 3 ziemlich gut erhaltenen anhangenden Siegeln im Haupt-Archive zu Schwerin.

[9.] 1337, Aug. 14 (in vigilia assumptionis virginis gloriose). Köln. — Der Decan zu St. Gereon in Köln, als vom päpstlichen Stuhl delegirter, und Johann von Polle und Friedrich von Neuss, Domherren zu Köln, als subdelegirte Richter, fällen, — nach Abweisung der aufs neue für die Stadt Stralsund eingelegten Appellation — den Spruch, dass die früheren, gegen angebliche Beeinträchtigungen und den Spruch des Decans von Verden von Seiten derselben Stadt erhobenen, Appellationen an den päpstlichen Stuhl unberechtigt gewesen seien, und legen der Stadt auf, dem Bischof von Schwerin die von ihm auf seine Appellation verwandten Kosten nach noch vorbehaltener Taxe zu ersetzen. — Originalausfertigung im Haupt-Archive zu Schwerin. An derselben hängt nur noch das Siegel des Decans, während die beiden andern von ihren Pergamentstreifen abgefallen sind. — Transfigirt ist folgender Protest:

[10.] 1337, Oct. 21, Bützow. — 32 Pfarrer der Präpositur Tribsees erklären, den Kölner Spruch vom 14. Aug. 1337 nicht weiter als in ihren Kirchen verkündigen zu können, da die Herzogin von Stettin, Wittwe des Herzogs Werslav, den Pfarrer Marquard zu Wick in der Schweriner Diöcese wegen Execution eines apostolischen Mandats zu Greifswald hat verhaften lassen und noch gefangen hält. „Acta sunt hec Butzowe, in choro ecclesie cathedralis, — feria tercia proxima post festum beati Luce ewangeliste, presentibus clericis et laycis ibidem protunc in capitulo existentibus in multitudine copiosa, sub anno domini M° CCC° XXX° septimo.“ — Original des Notariats-Instruments, an dem noch ein Theil des Archidiaconatssiegels hängt, im Haupt-Archive zu Schwerin. — Die Fortsetzung des Processes s. 1338.

1334. Febr. 20. Boizenburg, auf der Fähre. 5494.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, gelobt seinem Schwager, dem Herzoge Otto von Braunschweig und Lüneburg, und dessen Bruder, dem Herzoge Wilhelm, mit hundert Ritterpferden über der Elbe zehn Wochen lang zu dienen, wogegen seine Schwester Mechtild mit ihrem Gemahl, Herzog Otto, auf Ansprüche und Anwartschaft auf väterliches Erb- und Lehngut verzichtet.

We Albert, van der gnade ghodes herre to Mekelenborch, to Starg[arde] vnde to Rostok, bekennen vnde betu°ghen in dessem breue openbare, dat we mit den erbern vo°rsten herteghen Otten, vnseme leuen swaghere, vnde herteghen Wilhelme von Brunsw[ic] vnde von Luneborch, vns vorenet hebben aldusdanne wis. We scholn ene denen mit hundert mannen uppe o°rsen teyn wekene ouer der Elue up alleswene, wan se dat van vns eschet ver wekene vore. Desse hundert man scholle we en antwerden uppe de Elue, dar scholn se de upnemen vp ere ko[s]t. Nemen vnse man vromen an kyue, den vromen schullen se nemen na mantale; nemen se ok schaden, den schulle we suluen beholden; vorlo°re we ok so°s o°rs edder twintich clene perde, den schaden

Digitized by Google

schulle we suluen hebben vp der utreyse vnde weder up de Elue. Hirvmme vortiget vnse vorben[omede] swagher vnde vnse leue su'ster Mechtilt vnde ere eruen aller ansprake vnde anwardinghe, de se hebben mochten up erue vnde lengut von vnses vader weghene. Dat we alle desse ding stede holden vnde gantz, dat loue we den vorbenomeden vorsten in truwen in dessem breue. To ener betuginghe desser dink hebbe we dessen brif beseghelt mit vnsem hemelken ingheseghele. Vnde desse brif is gegheuen vp der vere to Boyceneborch, na godes bort dusent iar drehundert iar in deme vervndedryttegisten, des neghesten sondaghes na aller manne vasten.

Nach Sudendorf, Braunschweig-Lüneburgische Urk. I, S. 287, Nr. 565, aus einem Copiar auf Papier aus der 2. Hälfte des 14. Jahrh. im königl. Archive zu Hannover. — Vgl. 27. Febr. 1334, auch Nr. 3179 A. und B.

1334. Febr. 21. Ratzeburg. 5495.

Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), verkauft dem Dom-Capitel zu Ratzeburg um 2100 Mk. Lüb. Pf. die Dörfer Sülstorf und Thandorf im Kirchspiele Schlagstorf mit allen Hoheitsrechten und legt sie nebst Gr.Mist zum Lande Bottin.

In nomine domini. Amen. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Ericus dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, quod nos villas Sulestorpe et Tanendorpe, in parochia Slawiskestorpe sitas, cum omnibus fructibus, censibus, vtilitatibus et commodis, siluis, rubetis, lignis, iuribus, iurisdiccionibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis et inuiis, aquis, terminis et distinccionibus suis et ceteris pertinenciis suis emimus rite et racionabiliter a filia domini Ottonis de Plone, militis bone memorie, vnica herede eiusdem, et Ludolfo de Hasencop famulo, marito eiusdem, ac Ottone de Plone famulo, qui se hactenus gessit pro tutore heredum Ottonis de Plone militis predicti, pro mille et trecentis marcis denariorum Lubicensium. Quas quidem villas Sulestorpe et Tanendorpe cum omnibus pertinenciis suis predictis ac omne illud, quod ad nos et heredes nostros in dictis villis deuolutum est et deuolui potuerit, quod vulgariter dicitur anual, et proprietatem, dominium, homagium et seruicium ipsarum villarum ac omnia et singula, que de iure vel de consuetudine ad nos vel ad heredes nostros in ipsis et hominibus in ipsis villis morantibus quoquo modo spectare possent, vendidimus rite et racionabiliter de consensu dilecte vxoris nostre domine Elizabeth et heredum nostrorum ac dilecti patrui nostri domicelli Alberti, ducis Saxonie, de sano consilio vasallorum nostrorum, religiosis viris dominis preposito et

Digitized by Google

capitulo ecclesie Raceburgensis pro duobus milibus marcarum et centum marcis denariorum Lubicensium integraliter persolutis. Et predicte ville, scilicet Sulstorpe et Tanendorpe, et villa Maior Myzest, hactenus situate in terra et dominio terre Raceburch, de cetero non de terra et aduocacia terre Raceburch seu dominio terre Raceburch, sed de terra seu dominio terre Boytin cum dominio, proprietate, homagio, seruicio, iuridicione, iudicio maiori, scilicet colli et manus, et iudicio minori et omni iure, cum siluis, fructibus, censibus, vtilitatibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, viis et inuiis, aquis et aquarum decursibus, terminis et distinccionibus suis, cum omni libertate et pertinenciis suis ceteris libere et integraliter dici et esse in perpetuum censeantur, sic videlicet, quod ipse ville predicte spectabunt ad prepositum et capitulum predictum cum censu, decimis, precariis, sicut alie ville in terra Boytin situate ad ipsos spectantes. Et ipse dominus episcopus Raceburgensis obtinebit dominium et maius iudicium et alia in eisdem villis, que habet et hactenus habuit in villis terre Boytin, spectantibus ad prepositum et capitulum sepedictos. Et nos et heredes nostri et aduocati nostri nihil penitus reseruamus et optinemus nobis in villis predictis et in hominibus earundem. Et si contingerit, dictas villas vel aliquod pertinens ad eas imbrigari, illud nos et heredes nostri requisiti iuxta ius et consuetudinem terre tenebimur disbrigare. Jnsuper constituimus dominis preposito et capitulo predictis certos fideiussores, scilicet dominum patruum nostrum, domicellum Albertum ducem Saxonie dilectum, ac quosdam alios milites et famulos, cum quibus in solidum fide data promisimus quibusdam militibus et famulis super omnibus premissis in perpetuum duraturis et firmiter obseruandis. Vt autem omnia et singula predicta irreuocabilia et inuiolata perpetuo perseuerent, volentes futuris cauere, pro nobis et nostris heredibus seu quibuscunque aliis renunciamus omni accioni ac iuris canonici et ciuilis auxilio, per quam vel per quod possent huiusmodi premissa vel aliquod premissorum impediri vel aliqualiter inpugnari. Testes huius sunt: discreti viri domini Bertoldus de Ritzerowe, Gotscalcus Storm, Hinricus de Gronowe, Hinricus de Crumesse et Notelmus de Parkentyn, milites, Willekinus de Stadis et Wedekinus, perpetui vicarii in ecclesia Raceburgensi, Volcmarus de Gronowe, Echardus de Crumesse, Johannes de Crumesse, Hartwicus de Crumesse, Dethleuus et Deth[leus] de Parkentyn et Ludekinus Moltzan, famuli, et plures alii fide digni ad premissa vocati specialiter et rogati. Et nos Elizabeth ducissa Saxonie predicta, quamuis predicte ville ad nostrum dotalicium spectent, tamen eis sponte et libere ac bona voluntate renunciauimus, consencientes et renunciantes omnibus et singulis premissis. Et in testimonium huiusmodi renunciacionis et consensus sigillum nostrum presentibus similiter est appensum. Nos vero Albertus dux Saxonie, Angarie et Westfalie predict[u]s fideiussimus, vt premittitur, et in testimonium illius fideiussionis et omnium premissorum sigillum nostrum eciam presentibus duximus apponendum. Datum et

Digitized by Google

actum Raceburch, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Nach einer Abschrift des Herrn Archivraths Masch. Das Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz ist sehr beschädigt; dagegen sind die beiden Siegel des Herzogs Erich und der Herrogin Elisabeth ausgezeichnet gut erhalten. — Vgl. 1336, März 24 und Mai 1, 1338, April 5, 1339. Novbr. 26, 1340, Decbr. 29.

1334. Febr. 22. Ratzeburg. 5496.

Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), beurkundet seinen und des Grafen Heinrich von Schwerin Spruch, dass das Ratzeburger Dom-Capitel nicht zur Leistung von Beden aus seinen Capitel-Gütern im Lande Wittenburg genöthigt werden könne.

Nos dei gracia Ericus dux Saxonie, Angarie et Westfalie presentibus publice protestamur, quod dissensio, que mouebatur inter capitulum ecclesie Raceburgensis, parte ex vna, et fratres de Bralestorpe, parte ex altera, eo quod illi de Bralestorpe precariam in bonis capituli in terra Wittenborch sitis sibi dari postulauerunt, ipso capitulo simpliciter denegante, in nobilem virum Hinricum comitem Zwerinensem, suagerum nostrum dilectum, et nos fuerat translata, vt huius materia dissensionis sopiretur. Nos igitur prehabitis collationibus et placitis cum comite prenotato pronunciamus, quod est iuris, videlicet quod illi de Bralestorpe ammodo nullam debent postulare in bonis capituli precariam, eo scilicet, quod capitulum suis priuilegiis et litteris patentibus talia bona libera hactenus habuisse poterit demonstrare. Si tamen ex proprio motu siue ex speciali gracia ipsi comiti Zwerinensi aliquam donationem de ipsis bonis fecerint seu facere dignum duxerint, illam illis de Bralestorpe seu quibusvis aliis, quibus comiti visum fuerit expedire, presentabit. In cuius euidentiam ad maiorem cautelam ipsi capitulo hanc tradidimus litteram nostro sigillo sigillatam. Datum Raceborch, anno domini millesimo CCC. XXX. IIII., in cathedra sancti Petri.

Nach dem II. Copiar der Ratzeburger Kirche im Archive zu Neustrelitz gedruckt in der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Urk.-Sammlung II, S. 91.

1334. Febr. 24. Wismar. 5497.

Bernhard von Plessen und Marquard von Hagen, Knappen, verkaufen dem St. Johannis-Kloster zu Lübek alle ihnen zustehenden Dienste aus 4 Hufen im Dorfe Kässow.

Omnibus presencia visuris uel audituris Bernardus de Plesse ac Marquardus de Jndagine, famuli, salutem in domino. Tenore presencium reco-

Digitized by Google

gnoscimus ac constare volumus vniuersis, quod nos matura deliberacione prehabita et vnanimi consensu rite et racionabiliter vendidimus religiosis dominabus abbatisse et sanctimonialibus monasterii sancti Johannis ewangeliste in Lubeke pro XVI marcis denariorum Lubicensium nobis integraliter persolutis seruicia quatuor mansorum, que habuimus in villa eorundem dicta Kuzowe, perpetuis temporibus possidenda libere et habenda, ita quod predictorum quatuor mansorum coloni seu cultores, quicunque eciam fuerint, nec nobis nec alicui nostrorum successorum uel heredum ad aliqua seruiciorum genera amplius astringentur, sed quod huiusmodi dictorum quatuor mansorum seruicia apud abbatissam et sanctimoniales dicti monasterii perpetue remanebunt. Et si aliquis, quod absit, huiusmodi vendicionem in aliquo inbrigaret et a cultoribus dictorum mansorum predicta forsitan seruicia requireret, hoc totum nos tenebimur disbrigare. Vt autem hec vendicio nostra rata et firma iugiter permaneat, sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Testes huius rei sunt: dominus Hinricus de Bernekowe ac dominus Zibbeke Po'zkowe, milites, necnon Marquardus, Hinricus, Reymarus, Detlevus dicti Parkentin et Johannes Trechowe, famuli, dominus Martinus de Strömekendorpe, consul ciuitatis Wismer, et Johannes Raceborch, ciuis Lubicensis, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Wismaria, anno domini M°CCC° XXXIIII°, in festo beati Mathie apostoli.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek III, S. 80, aus dem älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters, fol. 68 b. — Vgl. Nr. 5376.

1334. Febr. 24. 5498.

Bertram, Johann und Christian Küle, Brüder, quittiren das Kloster Reinfeld über Kaufgelder für das Gut Wichmannsdorf.

Nos Bertrammus, Johannes et Cristianus fratres dicti Kulen tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod dominus abbas et conuentus monasterii in Reyneuelde persoluerunt nobis pro bonis Wichmerstorpe, que a nobis emerunt, tribus temporibus, scilicet quarta feria post festum beati Petri ad uincula trecentas et octoginta marcas denariorum Lubicensium et in festo beati Martini episcopi quadringentas et quadraginta marcas predictorum denariorum et in festo beati Mathie apostoli quingentas et quinquaginta marcas eorundem denariorum, de quibus predictum dominum abbatem et conuentum Reyneueldensem dimittimus a qualibet actione penitus liberos, quitos et solutos, quod sub sigillis nostris presentibus appensis publice profitemur, tenentes nos de predicta pecunia pagatos et contentos. Datum in testimonium anno domini M°CCC°XXXIIII°, in die beati Mathie apostoli.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von den 3 mittels Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln ist das mittlere abgefallen; die beiden noch erhaltenen Siegel sind identisch mit Sgl. 8 und 6 an Nr. 5434; die Umschriften lauten:

1) (beginnt im rechten Schildwinkel): S' BARTRAMMI ·: KVLe

3) . [✠] S' KaRSTen . K.

— Vgl. Nr. 5434, 5442 und 5444.

1334. Febr. 27. Wismar. 5499.

Bürgermeister und Rath zu Wismar bezeugen, die Urkunde gesehen zu haben, durch welche der Pöler Pfarrer Konrad von Wamekow dem Kloster Doberan zur Kapelle im Klosterhofe zu Wismar 20 Morgen Ackers vermacht hat, und dass der gegenwärtige Inhaber, der Priester Ditmar Vogler, erklärt hat, nach seinem Tode solle das Kloster den ausschliesslichen Nutzen derselben haben.

Nos Hinricus de Ricquerstorp, Andreas Lasche et Johannes Rodekogele, proconsules in Wysmaria, ac eciam Eghardus Walmerstorp, Johannes Sapiens et Hermannus Walmerstorp, consules ibidem, recognoscimus et presentibus litteris publice protestamur, quod in curia fratrum de Doberan intra ciuitatem nostram Wysmariam, presentibus religiosis viris domino Conrado abbate de Doberan et Hinrico de Brema, Godfrido de Lubeke, Wedegone cellerario, Egberto de Goslaria, sacerdotibus et monachis Doberanensibus, nuper pariter constituti vidimus, audiuimus et quidam nostrum perlegerunt litteras quondam domini Conradi de Wamekowe, plebani in Pole, omni vicio carentes et ipsius vero ac integro sigillo appendente, in quibus lucide continebatur, quod, dum adhuc sanus viueret, pro remedio anime sue libere dedit et contulit Doberanensi monasterio ad constructionem capelle in curia sua predicta ac eciam ad reliqua necessaria ad diuinum officium in eadem capella comparanda viginti agrorum iugera in campo Dammenhusen sita, que sua propria fuerant, possidenda a fratribus de Doberan in perpetuum pacifice et quiete. Jnsuper dominus Dythmarus dictus Auceps, sacerdos in predicta curia morans, qui iam dicta viginti agrorum iugera ad tempora vite sue tantum possidenda obtinet, coram nobis et religiosis viris supranominatis sanus corpore et animo personaliter constitutus libere et aperte fatebatur, quod post mortem suam in dictis agris et eorum vtilitatibus nullus omnino aliquam requisicionem preter fratres de Doberan habere debeat, sed Doberanensi monasterio vacabunt totaliter liberi, contradictione omnium amicorum eius uel quorumlibet aliorum hominum non obstante. Nos itaque proconsules ac consules suprascripti ad peticionem prefati domini Conradi abbatis de Doberan et aliorum,

Digitized by Google

qui secum fuerant, necnon et predictorum omnium firmius testimonium sigilla nostra appendimus huic scripto. Datum in Wysmaria, anno domini M° CCC° XXXIIII°, dominica qua cantatur Oculi mei semper ad dominum.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Eingeschnitten sind 6 Löcher zu Siegeln; 4 pergamentne Siegelbänder sind noch vorhanden, jedoch nur an der 1., 3. und 5. Stelle hangen noch die Siegel:

1) ein rundes Siegel mit der hier unten unter Nr. 1 abgebildeten Hausmarke und der sehr undeutlichen Umschrift:

✠ S' hINRI[CI] ....ERD....

Dieselbe Hausmarke ist in dem Wismarschen Stadtbuche (Lib. parvus civit.) neben Eintragungen, die Heinrich von Ricquerstorp angehen, auf dem Rande beigezeichnet. (Heinrich von Ricquerstorp war der Einzige seines Namens, welcher im Rathe sass, und scheint auch keine Nachkommen hinterlassen zu haben.)

Das zweite, hier unten unter Nr. 2 auf Kosten des Dr. Crull zu Wismar abgebildete, schildförmige Siegel war von der Urkunde abgerissen, ist aber im Archive in einer Sammlung abgerissener Siegel wieder aufgefunden und gehört ohne Zweifel zu dieser Urkunde. Es zeigt in einem dreifach, gabelförmig getheilten Schilde in der Mitte ein ausschauendes, gelocktes Menschenhaupt; Umschrift:

✠ : S' : ANDREA LASSCE :

3) das hier unten unter Nr. 3 gleichfalls auf Kosten des Dr. Crull zu Wismar abgebildete schildförmige Siegel des Bürgermeisters Johann Rodekogel mit einer Zipfelmütze oder Kappe (Kogel: Kappe, mittelhochdeutsch: gugel) und der Umschrift:

✠ S' . IOhANNIS : RODECOCLEN

(Johann Rodekogel war ein Mann von hervorragender Bedeutung, wie seine Familie, welche mit ihm ausstarb.)

5) das hier unten unter Nr. 5 abgebildete runde Siegel des Rathsherrn Johann Wise mit einem Schilde, auf welchem eine (etwas unbeholfen gezeichnete) unbefiederte Vogelklaue dargestellt ist; Umschrift:

✠ S' . IOh[ANN]IS . [SAP]IEN[TI]S

Dieses Schildzeichen ist ein anderes, als das einer Rostocker Familie Wise.

— Vgl. Bd. VII, Nr. 4561 und 4563.

1. 2. 3. 5.

Digitized by Google

1334. Febr. 27. Lüneburg. 5500.

Mechthild, Gemahlin des Herzogs Otto von Braunschweig und Lüneburg, entsagt allen Ansprüchen an ihr väterliches und mütterliches Erbe, nachdem ihr Bruder, der Fürst Albrecht von Meklenburg, ihrem Gemahl dafür mit hundert Ritterpferden zu dienen versprochen hat.

Wie Mechtild, von der gnade goddes vrowe to Brunswich vnde to Lunenborch, bekennen vnde bethughen in disme breue openbare, dat we mid rade vnde volbord vnses liuen mannes hertoghen Otten vnde sines broderes hertoghen Wilhelmes, herren von Brunswich vnde von Lunenborch, vortigen vnde aflaten von aller anwardinghe, de we vnde vnse eruen hebben moghen vp erue vnde lengud, dat vns von vnsme liuen vadere vnde modere, den god gnedich si, anvallen mochte, also dat we vnde vse eruen dar nene ansprake vnde vorderinghe mer vp hebben willen iegen vnse liue brodere Albrechte vnde Johanne, herren to Mekelenborch, vnde ere eruen. Hirvmme schal vnse vorscreuene broder Albrecht vnsme liuen manne hertoghen Otten denen mid hundert mannen vp orsen, als sine breue spreken, de he dar heft vp gegeuen. Dat disse dingh stede vnde vast bliuen, so hebbe we disse breue besegelt tu ener bethuginghe mid vnsme ingesegele. Vnde is geschen to Lunenborch, na goddes bord dusent iar drehundert iar in deme vervndedrittigestem iare, des sondaghes vor midvasten.



Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das hieneben abgebildete runde Siegel der Herzogin Mechthild: im leeren Siegelfelde steht eine gekrönte weibliche Figur in langem Gewande; rechts neben ihr steht ein Schild mit einem links gekehrten, aufsteigenden Löwen, über welchem sie mit der rechten Hand einen vorwärts gekehrten Helm mit zwei befiederten Hörnern hält; links neben ihr steht ein Schild mit dem vorwärts gekehrten meklenburgischen Stierkopfe (mit abgerissenem Halsfell), über welchem sie mit der linken Hand den rechts gekehrten Helm der Fürsten von Meklenburg hält, mit einem vollen Pfauenwedel, vor welchem der halbe meklenburgische Schild liegt; von der Umschrift ist noch vorhanden:

..ꝺuc——— ——RARBORC.

— Gedruckt in Jahrb. XVIII, S. 222. — Vgl. daselbst S. 202 ff. und oben Nr. 5494.

Digitized by Google

1334. Febr. 27. Rostock. 5501.

Radeke Wend, der Vogt, verkauft an Johann Blisekow für 400 Mk. eine Rente von 36 Mk. aus seinem Hause zu Rostock, den Rückkauf vorbehalten.

Radeke Went, aduocatus, vendidit Johanni Blizekowen, suo vicino, XXXVI marcarum redditus pro CCCC marcis denariorum in sua integra hereditate et in toto angulo ante et retro, quatuor anni temporibus erogandos, quos in altero dictorum terminorum pro quadringentis marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem.

Nach dem Rostocker Stadtb. 1324—1335, fol. 201 b, eingetragen Oculi 1334.

1334. Febr. 27. Rostock. 5502.

Die Rathmänner zu Rostock, der Propst Burchard zu Gästrow u. A. bezeugen, dass Henneke von Axekow an die Mühle zu Parkentin keinerlei Ansprüche macht, wenn Pruze ihm die auf dieselbe angeliehene Summe zurückzahlt.

Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras visuris vniuersitas consulum ciuitatis Rozstok, ac eciam Borchardus prepositus ecclesie Gustrowensis, Hermannus rector ecclesie sancti Jacobi, Nicolaus gerens vices rectoris ecclesie sancte Marie virginis in Rozstoc et Johannes de Wunstorp officialis archidyaconi ibidem, necnon Nicolaus de Helpede, miles, et Volzeko de Zena salutem in domino. Recognoscimus tenore presencium publice protestando, quod Hennekinus de Axecowe, armiger, in nostra presencia p[er]sonaliter constitutus fatebatur et lucide recognouit, quod in molendino in Parkentin ipse et omnes heredes sui nichil omnino haberent, nec in futurum habere deberent uel sibi aliqualiter vsurpare, dummodo Pruze sibi persolueret denarios suos, pro quibus sibi ipsum molendinum obligauit, quorum denariorum summa minor quam CC et L^{a} marc. Rozstoccens. debet esse. Protestabatur eciam idem Hennekinus, quod vellet ac deberet feria tercia proxima dictum molendinum resignare ac dimittere prefato Pruzen coram magistro ciuium in Parkentin, coram quo sibi fuerat assignatum, et deinde, si dictus Pruze eidem Hennekino denarios suos, quos sibi tenetur, aliter soluere non posset, Pruze deberet vendere molendinum vni, qui Doberanensi ecclesie conueniat et dicto Hennekino denarios suos persolueret, quos tenetur, et extunc de ipso dictus Hennekinus et sui heredes ac amici nunquam se debent intromittere quoquam modo. Ad quorum firmius testimonium et

Digitized by Google

pleniorem caucionem sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum in Rozstok in ecclesia beate Marie virginis, anno domini M° CCC° XXXIIII°, dominica qua cantatur Oculi mei semper ad dominum.

Nach dem im Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen Original mit den 7 an Pergamentbändern hangenden Siegeln. Diese sind:

1) das Siegel der Stadt Rostock mit dem Secret als Rücksiegel;

2) das (3.) parabolische Siegel des Propstes Borchard mit einer auf einem gothischen Giebel zwischen Blumenranken stehenden Heiligenfigur, über welcher ein Stern (?) schwebt; Umschrift:

✠ . S' . BORꝺhꞂRDI . P̄POSITI . ©VZTROWꝺ

3) rund: in einer sechsbogigen Rosette der heil. Jacobus mit dem Stabe; Umschrift:

⚹ S' hꝺR͡ꝺꞂRꝺI PLꝺBꞂRI SC̄I IꞂꝺOBI IR ROSSOꝺ (!)

4) parabolisch, mit einer etwas undeutlichen schwebenden Figur; Umschrift:

⚹ S' NIꝺOLꞂI . BVꝺh . SꞂꝺꝺRDOTIS

5) parabolisch: über einem Baldachin von 3 Bogen und mit 2 Thürmen ein thronendes Marienbild mit dem Christuskinde, darunter kniect ein betender Geistlicher; Umschrift:

. S' ꞂRꝺhIDIꞂꝺORI × IR . ROZTOꝺ

6) schildförmig: auf dem rechten Schrägebalken 3 (zweiköpfige) Adler; Umschrift:

✠ S' NIꝺOLꞂI . D Dꝺ . hꝺLPꝺDꝺ

7) schildförmig: ein rechter Schrägebalken im schraffirten Felde; Umschrift:

✠ S' . VOLZꝺKꝺ ○ Dꝺ hOLSTꝺR

— Vgl. Nr. 5503 und 1339, Jan. 3.

1334. März 1. Parkentin. 5503.

Johann, Pfarrer zu Parkentin, Johann Röper, Rathmann zu Rostock, und Volzeke von Zena, Knappe, beurkunden, dass der Knappe Henneke von Axekow dem Pruze, und dieser dem Johann Olevant die Mühle zu Parkentin aufgelassen hat, Henneke von Axekow aber wegen seiner Ansprüche sicher gestellt ist.

Nos Johannes sacerdos, plebanus in Parkentin, et Johannes Rûpere, consul in Rozstok, ac eciam Volzeke dictus de Zena, armiger, per presentes litteras publice protestamur, quod in presencia nostra ac honorabilium virorum inferius descriptorum Hennekinus dictus de Axecowe, armiger, sanus corpore et animo, personaliter constitutus libere resignauit molendinum in Parkentin Prûzen, a quo ipsum molendinum pro quadam summa pecunie sibi fuerat obligatum, sicut coram consulibus in Rozstok se facturum promiserat dominica precedente. Dictum quoque molendinum Pruze statim resignauit Johanni Olevant, cui ipsum vendiderat

Digitized by Google

domino Conrado abbate in Doberan permittente, ita ut dicto Hennekino tam Pruze quam Johannes Olevant infra hinc est festum pasche denarios suos persoluerent, sicque de ipso molendino idem Hennekinus discederet, nunquam se de ipso in posterum aliqualiter intromissurus. Quodsi ante festum pasche predictum Hennekino denarii sui non soluerentur, tunc idem Hennekinus simul cum Johanne Oleuant deberet ipsum molendinum statim vendere vni, non tamen Curioni, et de quo dominus Nicolaus de Axecowe, miles, Ludolfus de Gotlandia, Hinricus Friso, Thidericus Hollogere, consules in Rozstok, predictorum placitatores, concorditer dicerent, quod Doberanensi ecclesie conueniat, ad predictum molendinum in Parkentin possidendum, et extunc de ipso molendino idem Hennekinus aut aliquis ex parte eius se non debet intromittere quocunque modo. Jn quorum euidenciam sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Actum et datum in cymiterio ecclesie in Parkentin, anno domini M° CCC° XXXIIII°, feria tercia post dominicam, qua cantatur Oculi mei, presentibus honorabilibus viris domino Conrado abbate in Doberan, Godfrido de Lubeke, Wedegone cellerario, Egberto de Goslaria, Johanne Braghen, sacerdotibus et monachis ibidem, necnon fratre Eylardo magistro in Berteldestorp, fratre Johanne magistro in Ravenhorst, Scilt de Axecowe et filio eius Mathia pluribusque de villanis in Parkentin, qui omnes premissa omnia vna nobiscum et cum placitatoribus supradictis personaliter audierunt et viderunt.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Dieses trägt an Pergamentbändern 3 Siegel:

1) parabolisch: vor der heiligen Katharine (mit dem Rade in der Linken) steht links ein segnender Bischof; Umschrift:

× S' . IO . REUTORIS EUUE . IN PARKENTHYN

2) rund, mit einer einem E gleichenden Hausmarke; Umschrift:

✱ S' . IOhANNIS . RVBER .

3) das zu Nr. 5502 beschriebene Siegel des Volzeke von Zena (Holsten). — Vgl. Nr. 5502 und 5505.

Anm. Mit der vorliegenden Urkunde stimmt fast wörtlich das über die Verhandlung sofort aufgenommene Notariats-Instrument der beiden Notare Johannes Arnswolt und Bernardus Stenbrinch, welches neben der Urkunde aufbewahrt wird.

1334. März 2. 5504.

Otto Moltke, Knappe, bezeugt, vom Kloster Doberan eine Summe für Besitz zu Boldenshagen empfangen zu haben.

Ego Otto Moltiko armiger, filius quondam domini Johannis Moltiken militis, recognosco publice per presentes, quod honorabiles viri dominus Conradus abbas

Digitized by Google

et conuentus monasterii Doberanensis persoluerunt michi ducentas marcas denariorum Rozstoccensium pro hereditate et bonis Conradi Heylewigis in villa Boldewineshagen minus sex marcis, et de solucione dicte pecunie dimitto fratres de Doberan totaliter absolutos nomine meo et omnium heredum et amicorum meorum. Datum cum appensione sigilli mei, anno domini M° CCC° XXXIIII°, feria quarta post Oculi mei.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An dem aus der Charte geschnittenen Bande hängt ein rundes Siegel mit drei Birkhähnen im stehenden Schilde; Umschrift:

✠ S' . OTTORIS . ⓜOL — — —

1334. März 6. 5505.

Henneke von Axekow, Knappe, bezeugt, dass er dem Kloster Doberan — unter Zustimmung seiner Verwandten — seine Güter zu Bargeshagen verkauft, vom Kloster aber die Hälfte der zwischen ihnen streitigen Wiese bei Parkentin empfangen hat und den Wasserlauf des Mühlbaches zu Parkentin unverändert lassen muss.

Uniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris Hennekinus dictus de Axecowe armiger, filius quondam domini Mathie de Axchowe militis, salutem in perpetuum. Quoniam actio temporalis a memoria hominum simul cum tempore defflueret, si non hanc prudentum discrecio scriptis et testibus perhennaret, hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum facio per presentes, quod cum consilio et pleno consensu omnium heredum et amicorum meorum racionabiliter vendidi et coram illustri domino domino Alberto Magnopolensi resignaui et dimisi religiosis viris domino Conrado abbati et conuentui fratrum monasterii in Doberan, Cysterciensis ordinis, omnia bona mea, que habui in villa Beringhershagen, videlicet curiam cum omnibus ad eam pertinentibus terris, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, siluis, rubetis, aquis, viis, semitis, sicut ipsa bona iacent in terminis suis et sicut iacuerunt ab antiquo, et generaliter omnia et singula, que ibidem habui in cotis ac areis et in omnium dictorum redditibus uel prouentibus, qui nunc sunt vel fieri poterunt in futurum, cum omni proprietate, iure, iurisdicione et iudicio, que ego ibidem habui, et ab omni seruicio libera, sicut eadem bona possedit quondam dominus Eghardus Resscinkel, miles, et post eum Johannes filius suus, ac deinde ego Hennekinus ipsa bona possedi per tempus aliquod, possidenda exnunc et in perpetuum a fratribus de Doberan pacifice et quiete, pro septingentis et quinquaginta marcis denariorum Rosztoccensis monete, quam pecuniam dicti fratres de Doberan michi integraliter persoluerunt. Jn hac autem

Digitized by Google

mea vendicione et ipsorum empcione de bona voluntate sua dimiserunt michi dimidietatem prati eorum, quod adiacet ville sue Parkentin, et est situm infra terminos abbacie eorum secundum priuilegia sua, minus tamen vna virga, que wlgariter vocatur metrode, habens in longitudine XVI pedes, ita ut, quidquid iacet intra nouum fossatum, quod in eodem prato ad distinctionem terminorum fossum est, usque ad antiquum et maius fossatum, quod fuit hactenus distinctio terminorum abbacie, sicut expresse continetur in priuilegio a quondam nobili domino domino Woldemaro de Rozstok super hoc Doberanensi ecclesie dato, in meam partem cedat et ipso ad vtilitatem meam, sicut voluero, frui possim; ita tamen, ut dictum maius et antiquum fossatum, quod distinguit terminos abbacie, semper dimittam cognoscibile et manifestum. Aliam quoque dimidietatem prati predicti plus vna virga superius descripta tam in longum quam in latum fratres de Doberan obtinebunt et ipsa pro suo placito libere possunt vti, dicto prato tam ipsis quam michi mensurato et diuiso in longitudinem a loco, vbi riuulus, qui ducit aquam supra molendinum in Parkentin, separatur a predicto maiore et antiquo fossato, et vltra ab eodem riuulo usque ad inferius fossatum, quod versus occidentem est proximum ipsi prato et ville Parkentin, latitudine eciam prati a predicto maiore et antiquo fossato usque ad fossatum, quod est retro curiam plebani in Parkentin, similiter mensurato. Preterea ego Hennekinus et omnes heredes, successores ac amici mei nunquam debemus in perpetuum Doberanensem ecclesiam et ipsius fratres aut subditos aliqualiter impedire uel ledere in parte prati, quam ipsi sibi retinent, et in molendino in Parkentin et piscina ac piscatura ibidem; et de ipso molendino nullus nostrum se debet intromittere quoquam modo. Aquam eciam, que supra molendinum ipsum vndique confluit, non debemus alias ducere, sed ut fluat iugiter, sicut fluxit hactenus et ab antiquo fluxisse dinoscitur, permittemus. Per agros quoque aut campos villanorum in Parkentin nullam nouam viam uel semitam debemus facere preter eas, que fuerunt ab antiquo. Nos insuper Wernerus sacerdos, rector ecclesie in Ribeniz, Johannes et Nicolaus milites, Scilt et Amilius famuli, fratres dicti de Axecowe, supradicti autem Hennekini patrui, necnon Thidericus filius quondam Ottonis de Axecowe, Wernerus, Heydenricus et Otto filii domini Johannis, Wernerus et Mathias filii domini Nicolai, et Mathias filius Scilt, ac eciam Johannes Rescinkel, omnes cum heredibus, successoribus et amicis nostris atque cum honestis viris domino Georgio Hasencop milite, Johanne de Bulowe et Johanne Babben de Wolkene famulis, simul cum predicto Hennekino de Axecowe firmiter promittimus per presentes, quod predictam vendicionem, dimissionem et promissionem cum omnibus suis articulis et generaliter omnia et singula, que inter Doberanensem ecclesiam et eundem Hennekinum simul cum predicta vendicione placitata sunt, de consensu omnium nostrum facta, grata et rata in perpetuum habebimus et seruabimus ac seruari procurabimus, necnon dictorum bonorum in Berringershaghen et proprietatis ac libertatis ipsorum

Digitized by Google

warandiam Doberanensi ecclesie per diem et annum prestabimus contra omnes, qui ipsa bona voluerint impetere et coram iudicio comparere. Jn quorum pleniorem euidenciam sigilla omnium nostrum vna cum sigillo supradicti Hennekini presentibus litteris sunt appensa. Testes eciam omnium predictorum sunt: honorabiles viri dominus Borchardus prepositus ecclesie Gustrowensis, Hermannus rector ecclesie sancti Jacobi in Rozstok, Nicolaus de Bughe gerens vices rectoris apud sanctam Mariam, Johannes de Wunstorp officialis archidyaconi ibidem, sacerdotes; Otto de Jorc, Nicolaus de Helpede, milites, Arnoldus Copman, Hermannus de Wocrente, Johannes Pape, proconsules, Hermannus de Lemhus, Johannes Ropere, Hinricus de Vemeren, Ludolfus de Gotlandia, Johannes Rufus, Hinricus Rufus, Hinricus Friso, Thidericus Hollogere, consules in Rozstok, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum in Rozstoc in ecclesia beate Marie virginis, anno domini M° CCC° XXXIIII°, dominica qua cantatur Letare.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von 17 eingehängten Siegeln fehlt nur das 10. mit dem Siegelbande; die erhaltenen Siegel sind:

1) schildförmig, quergetheilt: im oberen Felde 2 Scheeren, im untern Felde ein Seeblatt; Umschrift:

✠ S' ∘ hENNEKINI ∘ DE ∘ AXO —

2) parabolisch: auf gegittertem Grunde eine linkshin schreitende Figur (mit einem breiten Hut?); Umschrift:

✠ S WERNERI RECTORIS ECCE Ī RIBENIZ

3) schildförmig, wie Nr. 1; Umschrift:

✠ S' IO MILITI DE ACZEOWE (!)

4) schildförmig, quergetheilt: im oberen, schraffirten Felde 2 Scheeren, das untere Feld leer; Umschrift:

✠ S' NICOLAI DE AXCOWE MILITIS

5) schildförmig, quergetheilt: im oberen, schraffirten Felde 2 Scheeren, im unteren, glatten Felde ein Seeblatt; Umschrift:

S' . SChILT ∘ DE AXECOWE .

6) schildförmig, quergetheilt: das untere Feld leer, im oberen glatten Felde 2 Scheeren; Umschrift:

S' . MILLIIS . DE . AXKOV

7) = Nr. 4; Umschrift:

S' ThIDERICI DE AXOWE

8) = Nr. 1; Umschrift:

✠ S' WERNERI DE AXWE

9) = Nr. 1 und 8; Umschrift:

✠ S' hEIDNRIC AXOWE

11) = Nr. 4; Umschrift:

S' WER[N]ERI DE ACSCOWE

12) = Nr. 4 und Nr. 11; Umschrift:

S' MAThIE . DE AXOWE

Digitized by Google

13) quergetheilt: im oberen, glatten Felde 2 Scheeren, das untere Feld schraffirt; Umschrift:

✳ S' . ꝏAƧhIAS . Dꝏ AXꝏKOWꝏ

14) schildförmig, gespalten, rechts mit einem halben gekrönten Stierkopfe, links quergetheilt, oben glatt, unten schraffirt; Umschrift:

✣ S' IOhIS . RꝏSOhIꝏ ·· K ·· ꝏL

15) schildförmig, mit 3 rechts gewendeten Hasenköpfen; Umschrift:

✣ S' : IORIVS : [h]ASꝏNCOP .

16) schildförmig, mit 14 Ringen, beschrieben oben zu Nr. 5412, Sgl. 6.

17) rund: im stehenden Schild ein glatter Sparren auf schraffirtem Grunde; Umschrift:

✣ . S' . IOhARRIS . BABBꝏR .

— Vgl. Nr. 5506, 5487, 5502 und 5503, auch 1339, Jan. 3.

1334. März 6. Rostock. 5506.

Konrad, Abt, und sein Mönchs-Convent zu Doberan bitten den Thesaurarius Gerhard von Lochem zu Lübek, ihren Vergleich mit Henneke von Axekow wegen einer Wiese bei Parkentin zu bestätigen.

Honorabili viro magistro Gherardo de Lochem, thesaurario ecclesie Lubicensis, iudici et conseruatori ad infrascripta subdelegato, frater Conradus abbas et conuentus monasterii in Doberan ac eciam Hennekinus de Axecowe, armiger, sinceram in domino caritatem. Noueritis, quod omnis controuersia et discordia, que inter nos pro quodam prato iuxta villam Parkentin et quibusdam aliis dampnis et iniuriis est hactenus habita et coram vobis in iudicio recitata, mediantibus amicis nostris est ex toto amicabiliter reformata, accedente eciam ad hoc consensu et beneplacito venerabilium dominorum Borchardi prepositi ecclesie Gustrowensis et Alberti prepositi sanctimonialium sancte Crucis in Rozstok, qui ad audiendum testes parcium in predicta nostra contencione a vobis fuerant deputati. Nobis quoque vtrobique sufficit in composicione predicta, ita quod iniurias, dampna et expensas alterutrum relaxamus. Petimus igitur discrecionem vestram, quatenus dicte composicioni vestrum consensum adhibeatis, ipsam in omnibus et singulis articulis suis per vestram diffinitiuam sentenciam confirmando. Datum Rozstok, cum appensione sigillorum nostrorum et sigillorum predicti domini prepositi vtriusque, anno domini M° CCC° XXXIIII°, dominica Letare Jerusalem.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Die 4 eingezogenen Pergamentbänder haben ihre Siegel bis auf einen kleinen Ueberrest verloren. — Vgl. Nr. 5505.

Digitized by Google

1334. März 12. Lübek. 5507.

Engelbert von Alen bekennt, dass er mit seinem Bruder Johann völlig auseinander gesetzt sei, indem dieser ihm die Hälfte eines Erbes abgetreten und 20 Mark gezahlt habe.

Notum sit, quod Engelbertus de Alen constitutus coram consulibus recognovit, se a fratre suo Johanni de Alen esse divisum et penitus separatum per resignacionem medietatis unius hereditatis, in Rostock site ipsumque Johannem contingentis, et per medietatem XIII marcarum slavicarum denariorum annuorum reddituum, super quibus habet patentem litteram consulum de Rostock. Jn istis videlicet hereditate et reditibus idem Johannes predicto suo fratri omne ius ipsum contingens dimisit, deditque sibi XX marcas denariorum Lubicensium in parato; et pro premisso se recognoverunt ita plene divisos, quod neuter ipsorum ab alio exigere quicquam possit. 1334, Gregorii.

Aus dem Lübischen Niederstadtbuche.

1334. „Elsyn". 5508.

Gunter vnnd Vlrichs, grauen van Lindow, breff, meldende, dat [se] de errungen tuschen ehn vnd Ludewich, marggrauen tho Brandenborch, vnnd herrnn Ottenn vnnd Barnim, hertogen tho Stettin, vp hern Johan den olden, hertogen van Wenden, willen gestellet hebben, se tho entrichten. Des datum tho Elsyn, nach Cristi gebort 1334. *(Betekent mit C. 40.)*

Inhaltsangabe in des pommerschen Secretärs Erasmus Husen (1530—1573) Urkunden-Repertorium im Provincial-Archive zu Stettin, früher in den Handschriften der Gesellsch. f. pomm. Gesch., fol. 152.

1334. März 20. Berlin. 5509.

Ludwig, Markgraf von Brandenburg, verpfändet den Grafen von Lindow Wusterhausen und Gransee, und verspricht Fürstenberg von ihnen einzulösen.

Wie Gunther unde Ulrick, brůdere, Adolph unde Bůsse, ock brůdere, van ghodes gnaden greuen van Lyndowe ghenant, bekennen —, dat wie — — mit deme edelen vorsten marcgrauen Lodewig van Brandenborch — — berichtet unde voreinet sin —, dat hie uns ghelden unde gheuen scal seuen dusent marck Brandenborghesches silueres — — — — — —. Unde vor die seuen dusent marc silueres heft hie uns thů pande ghesaat unde settet die stat Wozsterhusen

Digitized by Google

— — —, ok die stat thů Granszoye — — —. Ock schal hie Vorstenberghe, hůs unde staat, unde dat darethů horet, weder losen umme dusent marc Brandenborghes silueres; unde hebbe wi darethů unses ghůdes icht gheleghet, dat wie bewisen moghen, dat schal uns ane wederrede anvallen, wenne hie die stat loset. — — Tůghe sint desser vorbescreuenen sake: die edel vorste hertoghe Rudolph van Sassen, her Hinric, her Hinric die Schencke van Schenckendorpe, her Loser, Gherard van Wederen, unde darthů unse man: her Herman van Ghůlen, Herman Vrobergher, Thideke van Lo, Clawes van Wothenower —, — ghegheuen thů Berlyn, na ghodes bort dretteyn hundert iar in deme viereundedrůtteghesten iare, des sůndaghes thů palmen.

Nach dem vollständigen Abdruck in Höfer's Auswahl der ältesten Urkunden in deutscher Sprache S. 269, aus dem Original im königl. Archive zu Berlin. „Von vier der Urkunde angehängt gewesenen Lindowschen Siegeln ist eins abgefallen.“ — Auch gedruckt in Gerckens Cod. dipl. Brand. I, S. 170, und Riedels Cod. dipl. Brand. I, 4, S. 50. — Vgl. Nr. 5466.

1334. März 23? 5510.

Nicolaus, Greue zu Zwerin, bekennet, das ausser oder ohne den brieff, den er Hern Heinrichen dem Costere vnd hern Vicken von Bulow vnd Hern Vicken Sohne Heinrichen von Bulow vff das Schloss zu Crywizse gegeben, welches er Jhnen gesetzt hat vor 726 Mk. Lüb., noch 100 Mk. 12 Sl. Lub. schuldig sey, dafur er ihnen das Harinchgeldt gesetzt. Wan er nu Crywitzse will losen, soll er auch diss Harinkgeldt losen mit dem Schlosse etc. Datum 1334, des Middewekens, do de Vasten den rugge vntwey vel.

Claudiau, Protoc., fol. 179 b. — Die Bestimmung des Datums ist zweifelhaft, da es uns an einer Analogie fehlt. Wahrscheinlich dünkt es uns, dass nicht der Mittfasten-Mittwoch, Mittwoch vor Lätare (1334, 2. März), gemeint ist, sondern der Mittwoch vor Ostern (1334, 23. März), der sonst auch der „krumme Mittwoch“ genannt ward. Vgl. Haltaus, Jahrzeitbuch, S. 228.

1334. März 30. 5511.

Der Rath der Neustadt Röbel kauft, unter Zustimmung des Pfarrers Johann zu Kavelstorf und der Brüder Nicolaus, Heinrich und Ludolf Kabold, von dem Vicar Thomas zu Güstrow die zu dessen Vicaret gehörenden 2 Hufen bei Röbel um eine an den jedesmaligen Vicar zu zahlende Jahresrente von 5 Mk.

In nomine domini. Amen. Cum ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore euanescant, solent testium ligis[1] et scripturarum memoria perhennari. Hinc est, quod nos Johannes dictus Howescilt, Johannes W°luer, Reyneke Pappekese, Arnoldus Verwer, Johannes dictus Boldewen totaque communitas tam antiquorum

55 *

quam nouorum consulum noue ciuitatis Robele omnibus, ad quorum noticiam presencia pervenerint, cupimus fore notum, quod rite ac iusto empcionis titulo emimus cum vnanimi consensu discretorum virorum domini Johannis plebani in Caboldestorp ac Nicolai, Hinrici et Ludolfi fratrum dictorum Cabolt a domino Thoma, perpetuo vicario ecclesie Gustrowensis, duos mansos sitos apud Robele in campo, qui wlgariter Merse nuncupatur, ad suam vicariam pertinentes, cum omni iure, vsufructu, lignis, pascuis, pratis ac quauis vtilitate perpetuis temporibus possidendos, sicut predictus dominus Thomas ac dominus Nicolaus Cabolt, miles pie memorie, eos possiderunt, in hunc modum, scilicet quod nos dabimus et nostri successores dare tenebuntur, qui fuerint pro tempore in dicta ciuitate consules, predicto domino Thome et singulis in ipsa vicaria sibi succedentibus perpetuis temporibus de mansis predictis singulis annis in crastino beati Marci sine omni difficultate quinque marcas denariorum vsualis monete intra ciuitatem Gustrowe sub nostris dampnis et expensis. Si uero propter huiusmodi denariorum solucionem retardatam ipsum dominum Thomam aut suos successores dampna recipere aut expensas facere contingeret, ipsas cum dampnis nos et nostri successores ad refundendum uolumus teneri. Huius rei testes sunt: dominus Arnoldus plebanus in Wademeshaghen, dominus Jacobus de Weytendorp, sacerdotes, Thidericus Distelowe, consul Gustrowensis. Vt autem hec omnia et singula, prout habita sunt, obseruentur, sigillum nostre ciuitatis Noue Robele vna cum sigillo ciuitatis Gustrowe, ex speciali nostro rogatu affixo, presentibus est appensum. Predicta[2] uero solucio annis singulis fieri debet de pixide ciuitatis Noue Robele supradicte. Datum anno domini M° CCC° XXXIIII°, feria quarta proxima post diem pasce.

Nach dem Original im Archive der Stadt Güstrow unter den Urkunden der Pfarrkirche daselbst. Angehängt sind eine Schnur von grüner Seide und eine von rother Seide, von denen jedoch die Siegel gänzlich abgefallen sind. (1 ligis st. lingnis.) Die Schlusssätze von: „2 Predicta uero solucio“ bis ans Ende sind mit anderer, gelblich gewordener Dinte geschrieben.

1334. April 3. Colberg. 5512.

Peter von Kameke und Bisprav von Strachmin, Ritter, und Swantus von Kameke und Tessen von Strachmin verkaufen dem Kloster Dargun zu dessen Hofe Bast (bei Cöslin) das Dorf Wulfshagen, welches sie von dem Kloster auf Lebenszeit zu Lehn erhalten haben, und Reimar von Wacholz, Ritter, tritt auch dem Kloster ab, was er in jenem Dorfe von den von Kameke erkauft hat.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Petrus de Kamick, Bispraus de Strachemyn, milites, Swantus de Kamick et Tessen de Strachemyn, famuli,

Digitized by Google

salutem in domino. Ad noticiam singulorum cupimus peruenire, quod uenerabili et religioso viro domino nostro domino abbati et conuentui monasterii in Dargun vendidimus et iuste vendicionis tytulo dimisimus et dimittimus per presentes villam, que dicitur Wolueshagen, quinque mansos dumtaxat continentem, cum suis terminis, vtilitatibus et obuencionibus vniuersis, que nunc in ea sunt vel esse poterunt in futurum, pro ducentis et quinquaginta marcis vsualis monete nobis per eosdem traditis et solutis, sine contradictione aliquali nomine nostro uel heredum nostrorum presencium et futurorum perpetuis temporibus pacifice possidendam. Quam quidem villam a dictis abbate et conuentu in pheudum ad tempora vite nostre recepimus et tenuimus, dum stans silua esset, et in uillam redegimus memoratam, litteris super donacione et inpheudacione dicte ville dudum confectis et nobis a dictis abbate et conuentu traditis post datam presencium minime valituris. Jnsuper ego Reymarus de Wacholt, miles, presentibus sigilli mei appensione munitis publice recognosco, quod, quicquid in dicta villa tytulo empcionis a domino Petro de Kamick et suo filio Swantes predictis habui et possedi quodque ad tempora vite ipsorum debuissem vna cum meis heredibus possedisse, hoc totum dictis abbati et conuentui dimisi et presentibus dimitto meo et heredum meorum nomine, super hiis amplius non acturus. Preterea ego Ludemannus de Strachemyn promitto per sigillum meum presentibus hiis appensum, quod dictam villam Wolueshagen amplius in parte vel in toto non inpetam tamquam meam vel michi debitam, nec dictos abbatem vel conuentum occasione ipsius aliquatenus inbrigabo. Ceterum nos Reymarus de Wacholt, Bispraus de Strachemyn, milites, Ludemannus de Strachemyn et Tessen predicti presentibus bona fide promittimus, quod dictam villam cum suis terminis disbrigabimus ab omnibus inpetitoribus ipsius, qui in iure et iusticia uoluerint contentari. Vt autem omnia et singula premissa inconuulsa perpetue maneant et robur firmitatis debite sorciantur, presentes litteras super hiis confectas sigillorum nostrorum appensione duximus muniendas. Testes horum omnium sunt: venerabiles viri domini Conradus prepositus, Wizlaus, Lubbertus Glazenap, canonici ecclesie Camynensis, Hynricus custos, Herderus scolasticus, Mathyas et Hermannus Westfalus, perpetui vicarii ecclesie Colbergensis; Hermannus de Dameniz, Hynricus Hartmodi, Johannes Dartsow, Tydemannus Bruneswich, Gladebeke, Smelthebake, Wesenberch, Hynricus Chemelyn, Petrus Holke, Hildebrandus, Dauid, ciues in Colberch, et plures alii fide digni. Datum Colberch, anno incarnacionis domini millesimo CCC°XXXIIII°, die dominico (!), qua cantatur Quasi modo geniti infantes.

Nach dem Original im königlichen Provincial-Archive zu Stettin An sechs Pergamentstreifen hangen noch Siegel von ungeläutertem Wachs:

1) das schildförmige Siegel des Peter von Kameke, beschrieben zu Nr. 3752, Sgl. 6, und Nr. 3928, Sgl. 1 (abgebildet bei Bagmihl, Pommersches Wappenbuch I, Tab. XXIX, Nr. 1);

Digitized by Google

2) schildförmig, mit einem von vorne gesehenen Bockskopf; Umschrift:

✠ S' RƠMDƠRRI DƠ ....OLT . MILITIS

(abgebildet a. a. O. I. Tab. LXVI, Nr. 5.)

3) rund: im dreieckigen Schilde drei linksgekehrte Bockskköpfe mit Hälsen (2, 1); Umschrift:

....I . BYSPY . DƠ . STRÆ©hƠ...

4) dreieckig: ein Adler; Umschrift:

✠ . S' . SWÆRƶI . DƠ . KÆƠIƠ.

5) dreieckig: drei rechtsgekehrte Bockskköpfe mit Hälsen (2, 1); Umschrift:

✠ S' LVDOLFI . DƠ . STRÆƠhƠƠƠIR

6) rund: im dreieckigen Schilde drei linksgekehrte Bockskköpfe mit Hälsen (2, 1); Umschrift:

. S' TƠSSONIƠ STRÆƠMIN

— Vgl. Bd. VI, Nr. 3928, auch 26. Novbr. und 4. Decbr. 1336 und 20. Decbr. 1338.

1334. April 3. Wismar. 5513.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bescheinigt der Stadt Rostock, die seit dem Tode seines Vaters fällig gewesene Orbör empfangen zu haben.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presentibus publice protestamur, dilectos nobis consules nostros in Rozstok omnes contribuciones eorum, que dicuntur orbere, a tempore obitus patris nostri carissimi domini Hinrici pie memorie usque huc nobis, a quibus assignauimus ipsas tollendas nostro nomine, totaliter exsoluisse, ita quod de hiis contribucionibus et aliis temporibus patris nostri predicti debitis et consuetis in nullo nobis tenentur, dimittentes eosdem consules nostros ab omnibus contribucionibus usque in hodiernum quitos et solutos. Jn cuius testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum Wysmarie, anno domini M° CCC° XXX. quarto, dominica Quasi modo geniti.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. Das Siegel ist abgefallen.

1334. April 16. Wismar. 5514.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verpfändet dem Kloster Rehna die Dienste in Bresen (bei Gadebusch).

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rozstok dominus tenore recognoscimus presencium, quod deliberato animo, nostrorum nichilominus accedente consiliariorum beneplacito et consensu, honorabili viro domino Johanni

Digitized by Google

preposito in Rene ac toti conuentui sanctimonialium ibidem obligauimus pro nonaginta marcis denariorum Lubicensium seruicium nostrum, quod in villa Bresen habuimus, ita videlicet, quod dictus dominus prepositus ac sanctimoniales libere eandem villam habebunt sine seruicio nobis ac nostris successoribus faciendo, quacumque eciam necessitate imminente, donec ipsis nonaginta marcas Lubicenses soluerimus penitus et ex toto. Jpsis autem denariis per nos aut nostros solutis, predictum seruicium, quod in villa Bresen hactenus habuimus, ad nos et nostros heredes aut successores redibit libere sicut prius. Pro quibus firmiter obseruandis dilecti nobis Wipertus Luczowe, Hinricus de Barnecowe ac Johannes de Plesse, milites, data fide in solidum promiserunt. Jn cuius testimonium sigilla nostrum vna cum sigillis predictorum presentibus sunt appensa. Datum Wismarie, anno domini M° CCC° XXX. IIII°, sabbato post Misericordia domini.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind 4 Pergamentstreifen; an dem ersten hing das jetzt abgerissene, aber noch bei der Urkunde aufbewahrte grosse schildförmige Vormundschaftssiegel des Fürsten Albrecht, abgebildet zu Nr. 5056. Die übrigen 3 Pergamentstreifen haben bis auf geringe Bruchstücke die Siegel verloren. — Vgl. Nr. 5420.

1334. April 18. Neukalen. 5515.

Heinrich Dölitz, Bürger in Neukalen, schenkt dem Kloster Dargun eine Forderung von 70 Mk. wendisch, welche ihm dasselbe aus dem Hof Kützerhof schuldig war, zur Dotirung eines Altars, und schenkt dem Altar ausserdem noch 15 Mk. jährlicher Hebungen aus dem Dorfe Wokelenze.

Noscant uniuersi, ad quos series presencium peruenerit, quod ego Hinricus Doliz, ciuis in Noua Kalant, septuaginta marcas denariorum slauicalium, que michi nomine dominorum . . abbatis et conuentus monasterii in Dargun, Cisterciensis ordinis, de grangia ipsorum Cuse dicta ex iusto debito persolui deberent, eisdem dimitto quitas, liberas et solutas, donans et assignans easdem in remissionem peccatorum meorum et anime mee salutem ad dotacionem altaris sanctorum abbatum Benedicti et Bernardi in monasterio predicto, ad quod eciam donaui et assignaui quindecim marcarum denariorum usualium redditus perpetuos, in villa Wokelense tollendos, prout hoc in littera mea sigillo meo signata plenius continetur. Et taliter cum domino Johanne abbate monasterii predicti concordaui, quod ipse ex [parte] sua aut grangie predicte in nullo amplius michi tenetur. Jn cuius euidenciam sigillum [meum] presentibus duxi apponendum. Testes huius rei sunt: Conradus Plote, consul in [Noua] Kalant, Hermannus Wantsnidere, ciuis ibidem, et Hermannus de Hoya, nota[rius pub]licus, et alii plures fide digni. Datum in Noua Kalant predicta, anno [M° CCC°] XXX° quarto, XIIII° kal. Maii.

Digitized by Google

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Pergament ist sehr dünne und an vielen kleinen Stellen durchlöchert. Die rechte untere Ecke ist abgerissen. Das Siegelband mit dem Siegel fehlt. Ueber das Dorf Wokelenze vgl. Bd. VII, Nr. 4476, Note.

1334. April 25. Wismar. 5516.

Aufzeichnung über Rentenbesitz des Hauses zum heil. Geiste zu Wismar.

Sanctus Spiritus habet I marcam in orto Nicolai Litzowen apud Rosengarden. Marci euangeliste, anno XXXIIII.

Aus einem Extracte Sec. 16. der geistlichen Stadtbuchschriften im Wismarschen Raths-Archive. Der Rosengarten zu Wismar lag (nach einem Rathserkenntnisse d. d. 1585, Novbr. 10) vor dem Alt-Wismar-Thore.

1334. April 27. Wismar. 5517.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, und der Ritter Wipert von Lützow verleihen dem Kloster Eldena das Eigenthum des von demselben erkauften Dorfes Karenzin.

Vniuersis Cristi fidelibus presencia visuris uel audituris nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus, necnon Wipertus Lutzowe, miles, salutem in domino sempiternam. Cum ob breuitatem vite mortalium lapsumque temporis continuum ea, que in tempore geruntur, simul cum fluxu eiusdem transeant, expedit eorum transitum litterarum serie et ydoneitate testium refrenari. Hinc est, quod piis iugiter insistere cupientes operibus, quatinus illius optime gracie, in celestibus fidelibus reposite, participes effici mereamur, honorabili viro domino Rosen preposito et commendabili matrone . . priorisse ac toti conuentui cenobii in Eldena sancti Johannis baptiste, vt ibidem cultus augeatur diuinorum, proprietatem perpetue libertatis super integram villam Carntzin et vniuersis bonis siue redditibus in eadem quocumque modo cedentibus, sicuti ipsam villam in suis distinctionibus et metis, cum vniuersis contentis in eadem in agris cultis et incultis, lignis, rubetis, cespitibus, paludibus, aquis et earum decursibus, piscinis et paschuis et omnibus emolimentis, quocumque nomine censeantur, (quemadmodum eandem) cum iuribus et iuditiis iusto empcionis titulo comparauit, dedimus et matura deliberacione preuia tenore presencium elargimur. Si uero, quod absit, municionem et terram Grabowe aliquo temporum liberacione, permutacione, vendicione aut donacione vel modo quouis alio a nobis alienari contigerit, extunc apud illum, in quemcumque deuolute fuerint, nos aut nostri

Digitized by Google

heredes ordinabimus, vt idem prepositus aut eius successor, priorissa et totus conuentus sancti Johannis baptiste in Eldena predicti proprietate dicte ville Carntzin et omnium bonorum cedentium, vt dictum est, ex eadem in perpetuum libere perfruantur. Vt autem huiusmodi liberalis donacio perpetuo gaudeat firmitatis robore, presentes litteras in testimonium euidens nostro sigillo dedimus firmiter roboratas. Testes huius sunt facti: Bertoldus Pren, Hinricus de Barnecowe, Johannes de Plesse et Eghardus de Bybowe, milites nostri fideles, et alii plurimi fide digni. Datum Wismarie, anno domini M° CCC° trigesimo quarto, die Mercurii, id est feria quarta post diem dominicum, quo canitur dominica Cantate.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das schildförmige Vormundschaftssiegel des Fürsten Albrecht von Meklenburg, abgebildet zu Nr. 5056.

1334. Mai 1. Ratzeburg. 5518.

Erich und Erich, Vater und Sohn, Herzoge von Sachsen-Lauenburg, geben dem Ritter Wipert von Lützow und seinen Erben Burg und Dorf Duzow zu Burglehn.

Wy Erick, vann der gnade gades hertoge to Sasszen, Engern vnnd Vestfalen, vnnd Erick, syn sone, bekennen vnnd betugen apenbar in desseme iegenwardigen breue, dat wy myt beraden mode vnnd myt willen vnnszer vnnd vnnszer radgeuer deme erbarn ridder, vnnszen leuen getruwen manne hern Wipert Lutzowen, vnnd synen rechten erffnhamen hebben gelegen vnnd ligen an desszeme breue dat dorp vnnd husz to Dutzow myt deme dorpe vnnd myt alleme, dath darto horth vnnd licht, myt alle vrigheit vnnd myt alle rechticheith, alzo, alze id bynnen syner scheiden licht in velde, in water, in watervlate, in stoywynge, myt molen, in acker buwet vnnd vngebuweth, myt holte, myt heide, myt weide, myt broke, myth more, myt iacht, myt wiskerie vnnd vorthmer myt aller vrigheit, de darvth kamen vnnd vallen mach, wo me sze nomen scall vnnd moge, ewichliken to besittende vnnd kyndeskynde to erue[nde]. Dith vorbenomede hus vnd gud lige wy deme vorbenomeden ridder vnnd synen rechten eruen to rechten borchlene, alzo dat sze van deme gude dath hus holden schalen to Dutzow vnnd scalen vnnszer vnnd vnnszer eruen truwe mhan dar wanende weszen, vnnd dat hus to Dutzow scall vnnsze vnnd vnnszer eruen apen sloth to vnszen noden weszen. Vorthmer, scheget, des god nicht en will, dath eyn orloge worde tuschen vnnsz vnd vnnszen eruen, aff eyn syd, vnd vnszen vedderen van Mekelenborch edder eren eruen, aff ander syth, szo scolde [dat] sthen to den vorbenomeden riddere hern Wiperth Lutzow, synen kyndern vnd eren eruen, offte sze vnnsz meth deme husze to Dutzow vp den van Mekelnborch denen wolden. Wolden sze vnsz den denen myt deme husze vp den

Digitized by Google

[12.] (1336, März 6. Avignon.) — Pannochia, Sachwalt des Lübischen Domherrn Volmar von Attendorn und des Lübischen Vicars „Goffredi de Cremon“, beantragt bei „Duranco, capellano domini nostri pape, auditore causarum sacri palatii in primo gradu et infrascripta causa specialiter deputato“, die Aufhebung der vom Lübischen Rathe über dieselben verhängten Verfestung („cuius banni seu proscriptionis effectus talis est, vt singuli homines de ciuitate predicta bannitos predictos capiant uel occidant impune“ etc.) und die Bestrafung des Rathes wegen Eingriffs in die kirchliche Freiheit und Beleidigung jener Geistlichen. — A. a. O. S. 577, aus einem Protocoll.

[13.] 1336, Mai 10 (feria 6. p. f. ascens.), „in castro nostro Haghene“. Burchard, Erzbischof von Bremen, befiehlt auf Grund von Nr. [11] „rectori ecclesie Zwerinensis seu vices eius gerenti“, dem „decano et scolastico snpradicte Zwerinensis ecclesie“ die Fortsetzung ihres Processes zu untersagen in Folge des neuen päpstlichen Mandats. — A. a. O. S. 581, aus dem Original.

[14.] 1336, Mai 10 (fer. 6. p. f. asc.), „in castro nostro Haghene“. Erzbischof Burchard befiehlt „discretis viris in Lubicensi et Zwerinensi cathedralibus ecclesiis et in Boyceneborgh, Raceburgensis dyocesis, parochias regentibus seu eorum vices gerentibus“, in ihren Kirchen — „vos — rector parochie prefate ecclesie Zwerinensis cathedralis, in ipsa Zwerinensi ecclesia, cum prefati Volmarus, Godfridus et Sifridus in ciuitate Zwerinensi degere dinoscantur, et vos, rector ecclesie in Boyceneborgh, [in ipsa ecclesia vestra, cum in ciuitate Boyceneborgh] aliquando moram dicantur trahere“, — die

Digitized by Google

genannten drei Angeklagten zum 28. Juni vor ihn nach Bremen zu laden. — A. a. O. S. 580, aus dem Original auf der Trese zu Lübek.

[15.] 1336 (Benedicti pape XII. a. 2), Juli 1. Heinrich, Bischof von Lübek, auf dessen Schiedsspruch sowohl der Rath, als auch Volmar von Attendorn und sein Complice Gottfried compromittirt haben, entscheidet: „super homicidio Hinrici Kat, perpetrato in ciuitate Lubicensi in lata platea iuxta fontem anno domini M°CCC°XXX° quarto, feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere“ — — „ordinamus et vigore dicti compromissi prelibatis domino Volmaro ac Gotfrido iniungimus, quod toto tempore vite sue manebunt extra ciuitatem Lubicensem et terminos seu districtum dicte ciuitatis“ —. „Acta sunt hec in ecclesia sancti Georgii extra muros Lubicenses —, presentibus honorabilibus viris dominis magistro Gerhardo de Lochym decano, Hinrico de Hattorpe cantore, Martino Stephani, Antonio de Plesse, Gerhardo Wlome, Thiderico de Rozstocke, Johanne de Warendorpe, Meynrico de Lapide thesaurario et magistro Johanne Clenedenst Lubicensis, magistro Marquardo de Bocholte thesaurario Slesewicensis et Conrado Campsoris scolastico Zwerinensis ecclesiarum canonicis — —. — A. a. O. S. 585, aus dem Original des Notariats-Instruments auf der Trese zu Lübek.

1334. Juli 21. Avignon. 5531.

Papst Johann XXII. trägt dem Bischofe von Lübek, dem Propste zu Ratzeburg und dem Decan zu Schwerin auf, Ausübungen des Strandrechtes gegen Lübeker strenge zu ahnden.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri . . episcopo Lubicensi et dilectis filiis . . preposito Razeburgensis ac . . decano Zwerinensis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. — — — — *Schluss:* Datum Auinione, XII. kalendas Augusti, pontificatus nostri anno decimo octauo.

Nach dem Original mit anhangender Bulle gedruckt im Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 526.

1334. Aug. 15. Neuhausen. 5532.

Heinrich, Graf von Schwerin, setzt ein Schiedsgericht zur Beilegung der Zwistigkeiten zwischen dem Markgrafen von Brandenburg und dem Fürsten Albrecht von Meklenburg ein.

Validis viris et famosis dominis dapiferis . . de Yleburg, Beth. de Wiltperg et Hen. de Jagowe inclíti principis domini Ludouici marchionis Brandenburgensis Heinricus dei gracia comes Zwerinensis affectum in omnibus beneplacitis studiosum. Noueritis, domicellum Ottonem dictum Gans, dominum de Putlest, et dominum Jonem de Ko'nigsmarke, militem, ad nos peruenisse et de discordia, que uertitur inter illustrem principem nostrum dominum Ludouicum marchionem Brandenburgensem, parte ex vna, et nostrum auunculum domicellum Albertum dominum Magnopolensem, parte ex altera, nobiscum in forma, que sequitur, placitasse: videlicet quod dicta discordia nunc super magnificum principem

Digitized by Google

Ottonem ducem Luneburgensem ad discuciendum dimissa, si ipse eam in parte aut in toto non disbrigabit, postmodum super quatuor milites domini nostri marchionis et quatuor milites domini Magnopolensis eadem discordia in hunc modum dimittitur, scilicet quod hii octo partibus ex ambabus primitus intrabunt in Marchia ciuitatem, ipsis debite assignatam, ibidem per quatuordecim dies permanentes ciuitatem non exeundo, nisi prefata discordia per dictos milites, si extunc fieri poterit, sit sopita; sin autem fieri non poterit concordia per dictum tempus, extunc idem octo milites per alios quatuordecim dies domini Magnopolensis intrabunt ciuitatem sedando discordiam memoratam. Si vero fieri non poterit, tunc pretacti milites in vnum arbitrum superiorem compromittent, et quicquid ipse in iure uel in amicitia de pretacta discordia dictauerit, h[o]c firmiter per dominos prehabitos, scilicet dominum marchionem et Magnopolensem, debet obseruari. Et sic cum fiducia vna cum avunculo nostro dilecto Magnopolensi volumus nos ad seruitium domini nostri marchionis inclinare, veluti in eisdem placitatoribus ad nos missis extitit preconceptum, de quo uos potuerunt informare. Vt igitur etc. Datum et actum Niehus, anno domini M° CCC° XXXIIII°, in die assumpcionis virginis gloriose.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 2, S. 279, und Gercken, Cod. I, S. 255. — Vgl. 1334, Novbr. 18, auch Nr. 5533.

1334. Aug. 15. Neuhausen. 5533.

Die Herren zu Putlitz und andere Ritter und Knappen verbinden sich mit ihren Festen Putlitz, Crivitz, Gorlosen, Rumpshagen, Kastorf, Lenzen, Dömitz und Stavenow dem Markgrafen.

Wy Otto und Guntzel Gense vnd heren to Pudlist, her Eckard van Dybowe, riddere, Henneke van Bulowe, Gumprecht van Alsleue, Boldewin van deme Chroge, Marquard van der Hude vnd Henning van Stauenowe, knapen, bechennin vnd bethugen dat in dessem breue, dat wy louen entrouwen mit samender hand den achberen luden Otten van Ylburg, dem drozsten dès margreuen, her Beteken van Wiltperg vnd hern Hennige van Jagowe, riddern, dat wy vs nicht sünin scolen mit den Wendeschin herren vnd eren hulpern mit vsen vesten vnd vsen husen, vnd ok nicht liken, id en si mit vses heren des margrauen rade vnd sin wille. Dat bethuge wi in dessem breue, den wy mit vsen ingesegelen gevestiget hebben, de geuen is na godes bort M° CCC° XXXIIII°, an vser vrowen dage, also se to himele für, to dem Nygenhus. Aldus scal de bref spreken der velenumden lude. Dit sint de slote der lude: Puetlist, hus vnd stat, Krywitze, hus vnd stat, Rumpeshagen, Kersdorp, Lentzen, hus vnd stat,

Digitized by Google

Gurlose, Dömnitz vnd Stauenowe. Dat se met dessen vorbenumden slöten scolen sitten to des margreuen dienst, vnd ich emme ere open breue sceppin wil, dat loue ik Otto Gans entruwin in dessem breue, dar min insigel an hanget.

Nach einem Copialbuche des Markgrafen in Riedels Cod. dipl. Brand. I, Bd. 2, S. 211, auch bei Gercken, Cod. dipl. Brand. I, S. 256. (1 vorbenumden.) — Vgl. Nr. 5524, auch 5532.

1334. Aug. 15. Wismar. 5534.

Die Rathmänner zu Wismar verbieten das Hüten auf der Stadt Weiden und Aeckern durch besondere Hirten.

Anno domini M° CCC° XXX° IIII°, in die assumpsionis beate Marie virginis, consules concorditer sunt arbitrati, quod nullus consulum aut ciuium habere debet speciales pastores custodientes in pascuis et agris ciuitatis. Quicumque vero in huiusmodi pascuis aut agris inpingneratus fuerit de specialibus pastoribus, dabit camere ciuitatis vnam marcam Lubicensem in presencia consulum super assere denariali, et non minus. Ad hoc dabuntur famulis consulum inpingneratorii denarii. Jn hiis vero pascuis et agris inpingnerabuntur vacce, porci, oues tantum, modo equis exceptis. Si vero aliquis consulum aut ciuium ultra hoc demonstracionem habuerit, ea frui debet.

Nach dem Wismarschen Rathswillekürebuch, fol. 29. — Vgl. Bd. III, Nr. 2372. — Gedruckt in Burmeisters Alterthümern des Wismarschen Stadtrechts, S. 15.

1334. Septbr. 1. Lübek. 5535.

Gödeke von Grenz, Priester, früher Capellan des Ritters Johann von Bülow, und der Lübeker Rathmann Hermann Clendenst schuldigen zu gesammter Hand dem Hermann Gallin oder seinem Bruder Gerhard 40 Mark zu Martini und 120 Mark zu Laetare.

Dominus Godeko de Grenzen, quondam cappellanus domini Johannis de Bulowe militis, et dominus Hermannus Clendenst tenentur communi manu Hermanno Galin vel fratri suo Gherardo in XL marcis denariorum Martini et in C et XX marcis denariorum Letare. Dominus Godeko predictus eximet dominum Hermannum Clendenst.

Inscription des ersten Niederstadtbuchs der Stadt Lübek, eingetragen 1334, Egidii, mitgetheilt vom Professor Mantels. Getilgt. — Vgl. Bd. VII, Nr. 4696. — Ueber die Familie Gallin zu Bolzenburg vgl. 1367, Jan. 25.

Digitized by Google

1334. Nach Septbr. 8. Lübek. 5536.

Jacob von Redelstorf und seine Söhne Johann und Lorenz schuldigen dem Hermann von Ziemssen 110 Mk. Pf., worüber dieser die Bestätigung des Bischofs von Ratzeburg hat.

Jacobus de Redelzstorpe et filii eius Johannes et Laurencius tenentur communi manu Hermanno de Cymeszen in C et X marcis denariorum, super [quibus] habet priuilegium domini episcopi Raceburgensis.

Inscription des ersten Niederstadtbuchs der Stadt Lübek, eingetragen nach Nativ. Marie, 1334, mitgetheilt vom Professor Mantels. Getilgt mit der Bemerkung:
„Consilium iussit ad aspectum scripture scripte in dep[osi]to anno LIX°, Martini, cancellari-

---

1334. Nach Septbr. 8. Lübek. 5537.

Johann, Pfarrer von Grambow, bekennt vor dem Rath von Lübek in Gegenwart seines Vaters Siegfried von Oldenburg, dass er mit diesem wegen seiner mütterlichen Erbschaft auseinander gesetzt sei.

Notandum sit, quod dominus Johannes, plebanus de Grambowe, cum patre suo Sifrido de Oldenborch constitutus coram consulibus recognouit, se ab ipso patre suo fore in omnibus bonis mobilibus et inmobilibus ipsum contingentibus per obitum sue matris diuisum penitus et separatum.

Inscription des ersten Niederstadtbuchs der Stadt Lübek, eingetragen nach Nativ. Marie, 1334, mitgetheilt vom Professor Mantels.

1334. Septbr. 11. Hamburg. 5538.

Borchardus, Ertzbischoff zu Bremen, gibt Ludolpho, Bischoffen zu Zwerin. macht, das er den eigenthumb vierer hufen im dorffe Grossen Medewe[1] dem Probste zu Zwerin Hinrico, der dieselben von Arndt von Nienkercken vor 160 Mk. lub. gekaufft vnd der Bischoff nur den hohisten [directum dominium] oder rechten eigenthumb vnd eines pferdes dienst daran hat, zueignen vnd geben mag. Datum Hamburg, anno Domini 1334, in die Proti et Jacincti martyrum sanctorum.

Clandrian, Protoc. fol. 82*. ([1]j. Gr.Medwege.) — Vgl. 1334, Novbr. 8, und 1337, Jan. 7.

Digitized by Google

1334. Septbr. 17. Güstrow. 5539.

Nicolaus vnd Wernerus gebruder vom Dike haben ein teil ihrer Wisen vom dorfe Lussow[1] genommen vnd den Canonicis zu Gustrow gegeben vnd vorlassen. Welche wise belegen ist endest der bauren wische des Dorffes Swetze[2] vnd soll sich erstrecken in den Nyghrauen vnd an den acker nach Jamen. Darentkegen haben ihnen die Canonici vergonnet, das sie das wasser auffhalten vnd stawen mugen auf ihre feldt, welchs da ligt zwischen Swetze vnd Lussow. Actum Gustrow 1334, sabbatho quo cantatur: Venite, adoremus.

Clandrian, Registratur S. 74. (Jetzt [1]Lüssow, [2]Schwez.) — Vgl. Nr. 3248.

1334. (Octbr.) Rostock. 5540.

Johann Volkens, Krämer, verkauft die Hälfte eines hinter dem Chor der St. Katharinenkirche zu Rostock belegenen Hauses.

Henneke Volquens, institor, vendidit domine Wendele Volekenroppeschen dimidiam hereditatem angularem in opposito chori beate Katherine sitam, quam sibi, sicut sua fuerat, resignauit, warandiam promittens. Post obitum domine Wendelen hereditas vendi debeat et dari propter deum.

Nach dem Rostocker Stadtb. 1324—1335, fol. 211[b]. Getilgt.

1334. (Octbr.) Rostock. 5541.

Gerhard Vöge, Müller, verkauft die Rothe Mühle vor Rostock an Simon von Lage.

Ghert Voghe, molendinarius, vendidit Symoni de Lawe hereditatem molendini, quod Rubeum Molendinum dicitur, et ortum ibidem cum curia, sicut comprehensum est, quam sibi, sicut sua fuerat, resignauit, warandiam promittens. Hinrius[1] filius Thiderici Frisonis et sui heredes optinebunt in dicto molendino et censu aquatico vnum last brasei, scilicet ordeacei et auenatici equaliter, ad perpetuum censum arealem, quatuor anni temporibus erogandos. Item Odbertus de Zelowe eciam optinet in eodem molendino quinque marcarum redditus pro L marcis denariorum, quatuor anni temporibus erogandos, quos in altero dictorum terminorum pro L marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem. Predictus Symon nichil habebit nec optinebit in piscatura, quam Hinricus Friso et sui heredes ac Hinricus filius fratris sui premortui et sui heredes equaliter in perpetuum optinebunt.

Digitized by Google

Nach dem Rostocker Stadtb. 1324—1335, fol. 211. — [1]Von Hinricus an getilgt. — Ein „census aquaticus“ kommt auch sonst in diesem Stadtbuche vor: (1324) „Leffardus iuxta sanctum Johannem vendidit Ludolfo et Hermanno fratribus, filiis Henrici de Gotlandia, illos duarum lestarum redditus in censu aquatico, quos acceperat cum vxore sua in molendino, quod Johannis Longi fuerat“ (fol. 5). — „Arnoldus Copman optinet in dicta hereditate [sc. molendini supra aggerem molendinorum sita, que quondam Krul fuerat] et in censu aquatico quinque lastarum annone redditus, scilicet duarum lastarum ordeacii brasei et vnius laste siliginis et duarum lastarum auenatici brasei, et duarum tremodiorum tritici (qua) ad perpetuum censum arealem, quatuor anni temporibus.“ (1327, fol. 89[b].)

1334. Octbr. 1. 5542.

Jordan d. ä. und Jordan d. j., Ritter, und der Drost Anna van dem Campe verkaufen an Berthold und Marquard Zesterfleth ihre Zehnten von 12½ Hufen bei Mittelnkirchen (im Altenlande) mit Vorbehalt der Grafen von Schwerin als Lehnsherren.

We her Jordan de eldere vnde her Jordan de iunghere, riddere, vnde Anna droste, ein knape, de der heyt vamme Campe, begheren des, dat witlich si alle den ghennen, de dessen bref vn den anderen, de to latine screuen is, seyt vnde horet, dat we mit willen vnde volbort vnser rechten eruen hebbet vorkoft vnsen tegheden to der Lu, twolf houe vnde eyne halue, mit alle deme rechte vnde nv[o]l, dat vns anro[r]ren mochte an deme tegheden, vnde also we en besethen hebbet, de beleghen sin van der breden brughe to der mitlesten kerken wort, hern Bertolde vnde hern Marquarde van Cestersulete vnde heren rechten eruen to eyneme rechten c[s]ope, ewelken to besittende, vor hunderd vnde dertich march Homborgher pennighe, de huns gansliken betalet sin, de erste pennigh mit deme lesten, vnde willet se des waren eyne rechte warscoph, wor vnde wanne vnde wo dicke dat van huns hescheyt wert. Desses tegheden heft vor Weneke, Gholtoghen suster, ver houe vnde eynne halue, dar we se mede beliftuchteth hebben; des heft Gherwert van Nyenhusen vif houe, vnde Oltgher van Latecope dre houe, dar we mede belenth hebben. Hir is mede bedeghedigeth, dat we desse lenware desses thegheden holden scolen to go[r]de vnde to make dessen voresprokenen ridderen hern Bertolde vnde hern Marquarde vnde heren eruen also langhe, dat se erweruen moghen van den eddelen greuen van Zwerin; vnde wanne se dat vorweruen moghen, so late we en vp an desseme breue vnsen rechten heren, vore sproken sint, vnde holdet dat also stede, oft we dat mit hande vnde munde deden vor vnsen vorsprokenen heren. Vppe dat alle digh vast vnde stede bliuen, de hir vore screuen sinth, so loue we eyn trven an dessen breue hern Bertoldo vnde her Marquardo van Cestersulete, voresprokenen ridderen, vnde heren eruen, dat we se willen eyntveren in al dessen vorescreuenen dighen; vnde dat ney man vnser nakomelige hiran tviuele, so

Digitized by Google

beseghele we dessen bref mit hunsen ingheseghelen. Goder lude was hir noch houer, och desse knapen: Werner Grube, Seghebodo Gant, Egelke Kercwerder, Hinrich van Ochtenhusen, Danel van Wersebe. Desse bref his gheuen na godes borth dusent iar drehunderth iar vere vnde derchtech iar, in deme ersten daghe desz manen Octobris.

Aus dem Original im Archive der Familie von Zesterfleth zu Bergfried mitgetheilt vom Auditor Möhlmann zu Stade. Die drei Siegel sind abgefallen. — 1356 (eyn hilleghen anende sunte Andreas) verkauften Berthold, Bertholds Sohn von Zestersfleth, und seine Kinder Berthold und Henneke an Johann von Zestersfleth und Marquard, dessen Brudersohn, ein halbes Viertel Zehnten über ein Viertel Landes bei der breiten Brücke „in dem kerspel tho der middelesten La". „De leenware des tegheden schole wi en holden also langhe, wante se de vorweruen van dem leenheren, so late wi se en op mid hande vnde mund likerwis, vfte wi dar ieghenwardig weren etc." (Nach dem Original zu Bergfried mitgetheilt vom Auditor Möhlmann.) — Vgl. 1336, Decbr. 6.

1334. Octbr. 13. Demmin. 5543.

Die Stadt Demmin vergleicht sich mit dem Kloster Dargun über die Fischerei auf dem Cummerower See (Verchenpenitz), die Candle und die Aalwehre in dem Ausfluss der Pene aus dem See, und das Kloster verkauft der Stadt zwei Hufen in Drönnewitz und einen Theil des Wendfeldes daselbst.

A.

In nomine domini. Amen. Nos . . consules ac communitas ciuitatis Dymin, Caminensis diocesis, recognoscimus tenore presencium ac constare cupimus tam presentibus quam futuris, quod omnes controuersie, lites ac discordie, inter nos, ex vna, ac religiosos viros dominum Johannem abbatem monasterii Dargun totumque conuentum ibidem, parte ex altera, mote et habite super piscatura stagni Verchipeniz, fossatis, captura anguillarum ac structura, quod in wlgo alwere dicitur, in prima parte fluuii Pene, vbi de dicto stagno eadem Pena effluit, discretis viris et honestis mediatoribus infrascriptis interuenientibus, amicabilem composicionem de consensu et bona uoluntate dictarum parcium ordinantibus[1], finite, terminate sunt totaliter in amicicia et sopite in hunc modum. Primo, quod fosse ex utraque parte et meatus circa Penam iuxta predictam structuram seu capturam debeant vna cum predictis structura, quod alwere dicitur, ut supra, et captura anguillarum perpetuo permanere. Sed si alteri nostrum predictorum videretur expedire, meatum, vbi Pena effluit, esse profundius fodiendam, extunc alter nostrum ad requisicionem alterius, prout inter nos concordatum fuerit, hoc mutuo auxilio efficere tenebimur communibus et expensis. Preterea uolumus,

Digitized by Google

predictum abbatem et conuentum monasterii predicti in piscatura et transitu nauium quorumcumque infra et supra absque aliquo impedimento secundum omnem iusticiam, libertatem et iura, que antiquitus habuerunt, inantea libere et pacifice permanere. Jnsuper consentimus, quod, si aliqua discordia, lis seu controuersia inter nos, ex vna, et predictos abbatem et conuentum, parte ex altera, ammodo, quod absit, exorta fuerit, extunc altera predictarum parcium alteram, quam culpabilem asserit, caritatiue monere teneatur, ut ab iniuria et molestia desistat inceptis; cui monicioni si pars culpabilis non paruerit, extunc amicabiles compositores duos uel tres quelibet parcium predictarum in ciuitatem Dymin mittere teneatur, qui quatuor uel sex secundum ostensionem et exigenciam iuris partis utriusque discordiam motam inter dictas partes amicabiliter terminabunt, litteris, priuilegiis et libertatibus utriusque partis in omnibus in sua firmitate et robore efficaciter permansuris. Ceterum, cum nos cum predictis . . abbate et conuentu conuersari in sincera caritate cupientes (!), propter bonum pacis et concordie predictus abbas et conuentus nobis vendiderunt et dimiserunt pro ducentis et uiginti quinque marcis denariorum Dyminensium, per nos in prompto persolutis et in usum monasterii predicti abbatis et conuentus conuersis, duos mansos uille Droneuitze adiacentes, annis singulis septem tremodia cum quatuor modiis annone triplicis soluentes, uidelicet triginta duos siliginis, sedecim ordei et quadraginta modios auene, et decimum dimidium campum, in wlgo Wentuelt dictum, quorum quilibet quindecim solidos minus tribus denariis usualis monete pro pactibus soluere tenebitur annuatim, et generaliter omnia et singula bona, redditus et prouentus cum omni iure, utilitate et proprietate [2], infra metas predicte uille Dronewitze et camporum Wentuelt predictorum comprehensa, cum omni dominio, prout ad predictum abbatem, monasterium et conuentum spectare noscebantur, videlicet pratis, aquis, pascuis, siluis, agris, mansis cultis pariter et incultis, cum omnibus suis attinenciis, nullis exclusis, perpetuo tempore feliciter possidenda. Premissis eciam condicionibus concordie predicte omnis rancor inter nos consules ac vniuersitatem ciuitatis Dymin predicte, nostros ac nobis adherentes, ex vna, et dominum . . abbatem, conuentum, monasterium predictum, suos ac ipsis adherentes, parte ex altera, perpetuis temporibus cedatus et amotus sit efficaciter in euum. Nec alter alterum in suo iure impediet aliquo modo [3] uel perturbet; sed quantum in nobis fuerit, dictum dominum . . abbatem et conuentum fideliter studebimus et uolumus in omnibus promouere. Et ut premissa omnia et singula debitum sumn sorcientur effectum, sigillum ciuitatis nostre Dymin predicte presentibus est appensum, presentibus honorabilibus et discretis uiris: Hinrico Westfalo, proconsule, Rotchero Suderlant, consule ciuitatis Gripeswolt, Hermanno Kaghenowe, consule ciuitatis Tanclym, ex vna, Hermanno de Hakenstede, milite, magistro Hermanno de Wampen, preposito in Leuyn, et Bertoldo Lucowen, armigero, parte ex altera placitatoribus, Thiderico furnario, Hinrico camerario, Johanne celerario, Conrado

Digitized by Google

bursario, monachis dicti monasterii, Johanne Hasencroch, Hinrico Mowen, Wesselo, Emekino Hasencroch, proconsulibus ciuitatis Dymin, Georgio Rumpeshaghen, armigero, et quam pluribus aliis testibus fide dignis. Datum et actum Dymin in ecclesia parrochiali beati Bartholomei apostoli, anno domini M° C° C° C° tricesimo quarto, feria quinta post festum Dionysii et sociorum eius.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einer Schnur von grüner und rother Seide hängt das grosse, runde Siegel der Stadt Demmin: ein niedriges Stadtthor mit fünf Zinnen und auf jeder Seite mit einem schlanken Thurme, auf der Spitze mit einer Lilie, welche in dem Umschriftrande steht; in dem Raume zwischen den beiden Thürmen ein rechtsgelehnter Schild mit dem aufgerichteten Greifen, darüber ein rechtsgekehrter Helm mit einem ausgebreiteten Pfauenwedel (das herzogliche Wappen); Umschrift:

✠ . SIGILLUM . CIVITATIS . DAMIN .

B.

In nomine domini. Amen. Nos frater Johannes abbas in Dargun totusque conuentus ibidem, Cysterciensis ordinis, Caminensis diocesis, recognoscimus tenore presentium ac constare cupimus tam presentibus quam futuris, quod omnes controuersie, lites ac discordie, inter nos, ex vna, et honestos viros ad discretos consules et vniuersitatem ciuitatis Dymin, dicte dyocesis, parte ex altera, mote et habite super piscatura stagni Verchipeniz, fossatis — — *[mut. mut. weiter ganz gleichlautend mit A. bis auf die Abweichungen:* [1]partium adiuuantibus — [2]iure et utilitate ac proprietate — [3]aliquo modo impediet —].

Nach Kosegartens eigenhändiger Abschrift (in dessen Nachlass zu Greifswald) vom Original im Demminer Stadt-Archive. An grünen und rothen seidenen Fäden hängt das zu Kosegartens Abschrift abgebildete parabolische Siegel mit einem Abte; Umschrift:

✠ S' ABBATIS DE DARGVN

— Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 1139, und bei Stolle, Beschreibung und Geschichte der Hansestadt Demmin, S. 162. — Vgl. Nr. 5488.

1334. Octbr. 17. 5544.

Heinrich und Segeband Thun, Gebrüder, befreien das Kloster Dargun wiederholt von dem Burgdienste der Klosterdörfer Zettemin, Rützenwerder und Rottmanshagen nach den Burgen Cummerow und Kikindepene.

Nos Hinricus et Zeghebandus fratres dicti Thun omnibus, ad quos presentes peruenerint, cupimus esse notum, quod dissensio inter nos, ex vna, ac religiosos uiros dominos . . abbatem et conuentum monasterii de Dargun, Cister-

Digitized by Google

ciensis ordinis, Caminensis diocesis, ex altera parte, dudum uentilata super eo, quod in villis ipsorum, uidelicet Cethemyn, Rucenwerdere et Rathenowe, castrense seruicium, quod wlgariter borghdenest dicitur, nobis ad castra Cummerowe et Kicindep[ene] usurpando uendicassemus, licet olim composicione interueniente fuit expedita et terminata, prout in litteris nostris et aliorum amicorum nostrorum sigillis sigillatis plenius continetur, verumptamen, quia restaurum et emolumentum pro h[uiusmodi] castrensi seruicio tunc per . . abbatem et conuentum predictos impensum nobis non suffecit, idcirco de nouo ducentarum et quinquaginta marcarum denariorum slauicalis monete in parata pecunia ab . . abbate et conu[entu] prefatis restauro pro dicto castrensi seruicio per nos recepto, quam pecunie summam nos recepisse recognoscimus et in cuiuslibet nostram ac fratrum nostrorum subscriptorum euidentem utilitatem conuersam fore confitem[ur], de cuius summe percepcione finaliter et solucione contenti sumus, quod presentibus protestamur: prefatas uillas, scilicet Cethemyn, Rucenwerdere et Rathenowe, ab omni castrensi seruicio et debito, quod in dictis uillis nobis [et fratribus] nostris infrascriptis competere quomodolibet uidebatur, dimisimus, liberas dimittimus et solutas, ita quod predictarum uillarum homines nobis aut eisdem fratribus nostris seu heredibus ad aliquod castrense seruicium vel debitum vllo [modo] in perpetuum nullatenus teneantur vel debentur (!), cedentes et renunciantes omni iuri, si quod in dictis uillis haberemus vel habere possemus occasione qualicunque. Stamus preterea et promittimus, sicut et in prioribus nostris litteris suprascriptis, pro Nicolao et Ottone fratribus nostris, qui premissis omnibus et subscriptis uiua uoce consencientes nobiscum fide data promiserunt, quod prefatum castrense seruicium vel debitum non impetent, nec exigent, et quod prefatum dominum . . abbatem et conuentum de Dargun seu predictarum uillarum homines occasione predicti castrensis seruicii seu debiti modo quolibet nullatenus inpugnabunt; hoc adiecto, quod nostri familiares uel serui in prefatis uillis seu bonis nullam uiolenciam facient, sicut nec nos ipsi quomodolibet faciemus. Et promittimus fide data, ut supra, quod dicti Nicolaus et Otto fratres nostri, cum legitime etatis fuerint, omnia et singula in presentibus et prioribus nostris litteris contenta et scripta per appensionem suorum sigillorum ratificabunt et approbabunt. Ad maiorem igitur firmitatem prefate composicionis et concordie, sub nostris et amicorum nostrorum sigillis, ut premittitur, conscripte, inuiolabiliter obseruandam, bona uoluntate et liberalitate, de amicorum nostrorum infrascriptorum consilio et assensu sepedictam composicionem in prioribus nostris litteris expressam per presentes ex certa scientia ratificamus, approbamus et confirmamus, supplentes omnem defectum, si quis in ipsis fuisset, ita quod per presentes litteras aliis primis non derogetur, sed pocius suffragetur, data fide vna cum amicis nostris et fideiussoribus infrascriptis promittentes, quod omnia et singula in supradictis prime composicionis litteris et presentibus sub nostris et amicorum nostrorum

Digitized by Google

sigillis contenta illibata et rata seruare ac tenere uolumus, omni excepcione remota. Nos igitur Johannes Molteke, Ludolfus Moltzan, milites, Nicolaus Gallus, Bertoldus Lukowe, Hinricus Wlf et Reymarus Vos, famuli, fideiussores ad predicta ab Hinrico et Zeghebando fratribus dictis Thun antedictis rogati et constituti, pro ipsis et cum ipsis fide data manu ad manum promisimus et promittimus honorabilibus uiris dominis . . abbati de Dargun, Vlrico dicto Moltsan, militi, Georgio Rumpeshagen et Swarte Lippoldo de Bosepolle, famulis, nos principaliter coniuncta manu et in solidum obligando, quod omnia et singula in hiis et aliis prioribus supradicte composicionis litteris contenta et conscripta in omnibus membris et capitulis per sepedictos fratres, videlicet Hinricum, Zeghebandum, Nicolaum et Ottonem dictos Thun, et per [iustos] ac veros ipsorum heredes grata, rata, firma et inconuulsa debent in perpetuum firmiter obseruari et teneri, excusacione seu contradictione qualibet non obstante. Jn quorum omnium testimonium et pleniorem fidem sigilla [nostra] vna cum sigillis fideiussorum nostrorum predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXXIIII°, XVI° kalendas Novembris.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind mittels Pergamentstreifen folgende Siegel:

1) das Siegel des Heinrich Thun, wie es zur Urkunde Nr. 4503 beschrieben ist, sehr verwischt;

2) rund: im gegitterten Felde ein rechtsgelehnter Schild mit einem schräge rechten Strom (ohne Fische), darüber ein Helm mit 2 Wedeln; Umschrift:

✠ S' . ZGChGBRDTS ○ TVN

3) schildförmig, mit demselben Schildzeichen; Umschrift:

✠ S' NICOLAI ○ TVN

4) ein gleiches Siegel mit der Umschrift:

✠ S' OTTORIS TVN

5) rund: in einem rechts gelehnten Schilde drei Birkhähne (von Moltke); darüber ein Helm mit 6 Wedeln; zerbrochen; Umschrift:

— — — MILIT . .

6) rund: ein rechts gekehrter Helm mit einem Schirmdach, auf welchem ein Pfauenwedel steht (ähnlich wie das 2. Siegel zu Bd. VI, Nr. 3840); Umschrift:

✠ . S' . LVDOLFI . MOLTSAN . MILIT .

(abgebildet bei Lisch, Maltzan. Urk. II, Taf. III, Nr. 4.)

7) das auf Kosten des Herrn Erblandmarschalls Grafen Hahn auf Basedow auf S. 470 unter Nr. 1 abgebildete runde Siegel des Knappen Nicolaus Hahn mit einem rechtshin schreitenden Hahn (auch abgebildet bei Lisch, Geschichte des Geschlechts Hahn II, Taf. II, Nr. 1; vgl. daselbst Gesch. II, A., S. 25); Umschrift:

✠ S' . NICOLAI . HANGN

Zur grösseren Vollständigkeit hat der Graf Hahn auch die auf S. 470 unter Nr. 2 stehende Abbildung des ältesten und besten Hahnschen Siegels mit Schild und Helm, des Siegels des Knappen Nicolaus Hahn auf Kuchelmiss, geschenkt, welches an der Urkunde vom 9. Novbr. 1379 (gedruckt bei

Digitized by Google

Lisch, Geschichte des Geschlechts Hahn II, B., S. 65, Nr. CCXX) hängt; vgl. auch daselbst II. A. S. 132. Dieses Siegel ist auch abgebildet daselbst Bd. I, lithogr. Taf. I, Nr. 1, und Bd. II, lithogr. Taf. II, Nr. 6.

8) ein schildförmiges Siegel mit 4 rechten Schrägebalken; Umschrift:

S' . BϑRThOLDI LVϑ...ß .

9) ein rundes Siegel, darin ein rechts gelehnter Schild mit einem schräge rechten Strom unter einem Helme mit 2 mit Federn besteckten Halbrädern, zwischen denen ein Stern steht; Umschrift:

S' . OTTO... TVß

10) das hier unten unter Nr. 3 abgebildete schildförmige Siegel mit einem rechts aufgerichteten Wolf, hinter welchem ein kleiner Mann in ganzer Figur mit einem Stabe (Schäfer?) steht. Umschrift:

✠ S . BORϑhARDI . WLF

(nicht Bvrchardi, wie versehentlich auf der Abbildung steht). Das Siegel gehörte also einem Burchard Wulf und ward ohne Zweifel von dem in der Urkunde genannten Heinrich Wulf in Ermangelung eines eigenen Siegels benutzt.

11) fehlt.

— Gedruckt bei Lisch, Maltzan. Urk. II, p. 7 figd. — Vgl. Nr. 4396 und 4503, auch 1334. Novbr. 11 und 1335, Jan. 10.

1. 2. 3.

1334. Octbr. 18. Boizenburg. 5545.

Heinrich, Graf von Schwerin, schenkt dem Michaeliskloster zu Lüneburg das Lehnrecht der Zehnten aus Gr. und Kl. Melbek (A. Lüne), welche der Knappe Otto von Melbek bisher von den Grafen von Schwerin zu Lehn getragen und jetzt dem Kloster verkauft hat.

Nos Hinricus dei gratia comes Zwerinensis tenore presentium recognoscimus et testamur, quod de libero consensu et bona voluntate omnium nostrorum heredum, quorum nunc interest et interierit in futurum, causa deuocionis et honoris dei et spiritualis amicicie nobis facte dedimus et damus ob salutem anime nostre in hiis scriptis totum ius pheodale decimarum ville Melbeke Maioris et Minoris abbati et conuentui monasterii sancti Mychaelis in castro Luneborgh cum omnibus prouentibus et f[ru]ctibus' iure hereditario perpetuis

Digitized by Google

temporibus libere possidendum, sicut Otto dictus de Melbecke, famulus, et sui fratres a nobis in pheodo possederunt et vendicionis tytulo predicte ecclesie rite et rationabiliter dimiserunt. Ne igitur ipsi ecclesie ex conuencione predicta et nostr[a][2] pheodi assignacione alicui dubium a nostris successoribus oriatur, presentem litteram nostri sigilli testimonio dedimus sigillatam. Datum Boyceneburgh, anno domini M°CCC°XXXIIII., in die beati Luce ewangeliste.

Nach dem Urk.-Buch des Klosters St. Michaelis zu Lüneburg, S. 248, Nr. 375, aus dem Original im königl. Archive zu Hannover. (Doch geben wir [1]fructibus st. fructibus und [2]nostra st. nostre.) „Grosses rundes „S' HIRIGI : DEI : GRA : COMITIS : ZWERINEN“ mit einem rechts schreitenden Pferde, der Hintergrund gegittert und mit Kreuzen.“ (S. die Abbildung in Bd. IV, zu Nr. 2525.) — Vgl. Nr. 5482.

1334. Octbr. 18. Schwan. 5546.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Bürger Radeke Wend zu Rostock den Hof Mergenewe (Martenehe), welchen dieser von dem Ritter Heinrich von Barnekow und dessen Sohn Raven gekauft hat.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rozstok dominus tenore presencium publice recognoscimus protestantes, quod dilectus nobis Hinricus, miles, et Rauen eius filius, famulus, dicti de Barnecowe, in nostra constituti presencia de nostro heredumque suorum ac aliorum omnium, quorum interest vel interesse poterit, beneplacito et consensu vendiderunt, dimiserunt et animo deliberato resignauerunt viro discreto Radekino dicto Wend, ciui in Rozstok, eiusque heredibus veris et legitimis totam curiam dictam Mergenewe cum omnibus suis attinenciis, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, rubetis, cespitibus, aquis et aquarum decursibus et simpliciter cum omni vtilitate et fructu, prout in terminis suis situatur et ab antiquo est comprehensa, cum tota precaria et cum omni iure, prout ipsam Johannes de Morrenne et Johannes ac Hinricus eius filii, qui eam nobis ad manus dictorum de Barnecowe resignauerunt, habuisse dinoscebantur, temporibus perpetuis libere et quiete possidendam, pro mille quadringentis marcis denariorum Rozstocensium, iam dictis de Barnecowe integraliter persolutis et in ipsorum vsus conuersis. Quam siquidem curiam cum omnibus eius vtilitatibus et libertatibus premissis prefato Radekino Wend et suis heredibus contulimus et conferimus iusto pheudo in hiis scriptis. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Sywan, anno domini M°CCC°XXX° quarto, die Luce ewangeliste, presentibus Johanne de Plesse, Echardo de Bibowe et Nicolao de Helpede, militibus nostris, aliisque pluribus fide dignis.

Digitized by Google

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene, grosse schildförmige (zu Nr. 5056 abgebildete) Siegel des Fürsten Albrecht. — Vgl. Nr. 5458, auch 1335, Juli 2.

1334. Octbr. 27. 5547.

Jacob von Lingen, Bürger zu Wisby, quittirt den Rath der Stadt Rostock über 100 Mk. Silbers, welche dieser ihm schuldig gewesen.

Omnibus hoc scriptum cernentibus Jacobus de Linghe, ciuis Wisbyc[ensis], salutem in domino sempiternam. Recognosco presentibus et protestor, honorabiles viros dominos consules Rostoccenses michi centum marcas argenti integraliter persoluisse, in quibus michi fuerant legittime obligati. Vnde ipsos de dictis centum marcis tam pro me quam pro meis heredibus solutos dimitto et pronuncio penitus ac quitatos. Jn cuius testimonium et securitatem ipsis presentem dedi litteram mei sigilli munimine roboratam. Datum anno domini M° CCC° XXX° quarto, feria quinta post diem beati Bonifacii pape.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. An einem Pergamentstreifen hängt ein kleines rundes Siegel mit einer Hausmarke; Umschrift undeutlich.

Anm. Den Gedächtnisstag des Papstes Bonifacius I. hat die Kirche auf den 25. Octbr. gelegt, den des Papstes Bonifacius IV. auf den 25. Mai (vgl. Haas, Geschichte der Päpste, S. 47 und 113). Da nun aber 1334 der Donnerstag nach dem 25. Mai, der 26., der Frohnleichnamstag war und darum ohne Zweifel, wenn die Urkunde an diesem ausgestellt wäre, auch als solcher bezeichnet sein würde, so verstehen wir den Donnerstag nach dem 25. Octbr., den 27. Octbr. 1334.

(1334.) Novbr. 8. Schwerin. 5548.

Arnoldus Nygenkerke verkaufft H. Hinrichen von Porssuelde, Probsten zu Zwerin, 4 hufen im dorffe Grossen Medwede mit allem eigenthumb, freyheit vnd Ritterrechte vor 160 Mk. lub. Actum et datum Zwerin, 133.[1], in die quatuor coronatorum.

Clandrian, Protoc. fol. 200[a]. — [1] Vgl. Nr. 5538.

1334. (Novbr.) Rostock. 5549.

Johann Kerkhof überlässt mit Zustimmung seines Sohnes, des Doberaner Mönchs Johann, seinen andern Söhnen als mütterliche Erbschaft seinen Grundbesitz in Rostock, nachdem er 11 Mk. Renten daraus verkauft hat.

Johan Kerchof cum consensu suorum puerorum, fratris Johannis in Doberan, (Bernardi)[1], Odberti, Hinrici, et amicorum eorum consilio et tutorum,

Digitized by Google

scilicet Odberti de Zelowe, Her. Kerchof et Bernardi Striistorp, vendi(di)dit Bernardo Albo vndecim marcarum redditus pro C et XXX marcis quolibet festo pasce et Michaelis erogandos in bodis lapideis et toto angulo vsque ad domum Marquardi Walen, quos in altero dictorum terminorum dicti pueri reemere poterunt pro dictis denariis, cum habuerint facultatem. Dictus Johannes Kerchof dedit et resignauit cum consensu amicorum suorum predictorum suis tribus pueris Bernardo, Odberto et Hinrico dictas bodas lapideas et totum angulum predictum, id quod plus valent quam predicta pecunie summa et redditus, pro eorum hereditate materna pro suis vsibus disponendas, ita quod dictus pater eorum nichil inpetere debeat de bodis et angulo supradictis; et sic pueri a patre sunt diuisi et separati.

Nach dem Rostocker Stadtbuch 1324—1335, fol. 213. — [1]Bernardi: durch daruntergesetzte Punkte getilgt.

1334. Novbr. 11. Dargun, Ukermünde. 5550.

Das Kloster Dargun vergleicht sich, unter Vermittelung des Fürsten Johann III. von Werle, mit dem Herzoge Otto von Pommern und dessen Sohn Barnim über die streitigen Beden und Hand- und Spanndienste von den Gütern des Klosters.

A.

In nomine domini. Amen. Nos frater Johannes abbas totusque conuentus monasterii Dargunensis, Cysterciensis ordinis, Camynensis dyocesis, tenore presencium publice protestamur, quod lis seu controuersia, inter illustres principes dominos nostros Ottonem et Barnym eius filium, duces Stetynenses, ex vna, et nos, parte ex altera, dudum ventilata super precariis, angariis et seruiciis, in villis et bonis subscriptis per prefatum dominum nostrum dominum Ottonem ducem et suos exactis, nobili et illustri Johanne domicello de Werle mediatore et compositore interueniente ac amicabilem composicionem de consensu et bona voluntate dictarum parcium pronunciante, vt infra sequitur, est sopita: ita videlicet, quod nos . . abbas predictus compromissum domino Thiderico Zachel-uitze a dictis ducibus traditum et pronunciacionem . . abbatis in Hilda et si quas plures eorum litteras dicte cause habemus, ipsis ducibus restituemus et reddemus. Nos eciam volumus et debemus efficere, quod sentencie excommunicacionis aut excommunicacionum et eius seu earum aggrauaciones, si que late pro nobis fuerint, contra ipsos duces vel eorum alterum et quoscumque eorum cause seu appellacioni adherentes, siue nominatim excommunicati vel grauati fuerint a nostris

Digitized by Google

iudicibus, cum effectu reuocentur et relaxantur (!). Jtem racione pacis et amicicie ipsi domino Barnym duci solum ad tempora vite sue de quolibet manso sito in ducatu suo culto et possesso, in quibus nos habemus proprietatem, viginti quatuor solidos denariorum vsualium et tres modeos annone, vnum siliginis, alium ordei et tercium auene, circa festum Michaelis annis singulis erogabimus, pro quibus extorquendis certo nuncio aduocati, qui in castro Dymyn pro tempore fuerit, nomine dicti domini nostri Barnym ducis ad nos Dargun misso vnum de nostris nunciis associabimus, qui simul pecuniam et annonam predictas de dictis mansis collige[n]t eidem domino Barnym duci presentandas. Cum vero precarie et seruicia quelibet et requisiciones duarum villarum videlicet Dukowe et Pynnowe ac decem mansorum in Teusyn, que nunc ab ipsis et ipsorum hominibus exiguntur, ad manus dicti domini nostri Barnym ducis peruenerint, extunc de quolibet manso culto et possesso similiter viginti quatuor solidi et tres modii annone, vt premittitur, antedicto domino Barnym duci dabuntur, prout superius est expressum, omnibus et singulis exactionibus aliis, angariis et seruiciis totaliter cessantibus et exclusis. Si vero in premissis vel aliquo premissorum aliquando nos abbas predictus aut quilibet noster successor per nos uel alium seu alios contrarium egerimus vel huiusmodi composicionem seu diffinicionem violauerimus uel infregerimus in toto uel in parte, postquam super huiusmodi violacione per iudicem uel iudices infrascriptos moniti fuerimus, non reformauerimus ipsam composicionem uel partem ipsius violatam infra mensem continue subsequentem: extunc sentencie excommunicacionis subiacebimus, et vbicunque nos uel nomine nostro ipsam infringens vel infringentes peruenerimus uel peruenerit aut peruenerint, cessari debeat a diuinis, et per triduum nostri, eius uel eorum post recessum; quam sentenciam excommunicacionis et cessionis diuinorum si nos pro parte nostra sustinuerimus per mensem, extunc dominus Borchardus Gustrowensis ecclesie prepositus aut eius successor, dummodo dictus Thidericus Zacheluitze non succedat, qui si successerit, extunc . . prepositus ecclesie Brandenburgensis ad querimoniam dicti domini Barnym ducis ad aggrauaciones dictarum sentenciarum procedat, secundum quod de iure fuerit procedendum. Que omnia et singula predicta primo coram dicto domino Borchardo preposito debemus et volumus arbitrari. Testes horum sunt: Nicolaus Hane, miles, Wernerus Prammule, Bertoldus Sukowe, armigeri, Hinricus camerarius, Johannes magister conuersorum, Johannes cellerarius ac Conradus bursarius, fratres et monachi monasterii supradicti, et alii quam plures fide digni. Jn quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Dargun, anno domini M° CCC° XXX° quarto, ipso die sancti Martini.

Nach dem Original im pommerschen Provincial-Archive zu Stettin. An einer Pergamentpressel hängt nur noch ein geringer Rest des grünen Wachssiegels, welches den unteren Theil vom faltigen Gewande eines stehenden Abts (?) erkennen lässt.

Digitized by Google

B.

In nomine domini. Amen. Nos Barnym dei gracia Stetynensis, Pomeranie, Slauie et Cassubie dux tenore presencium publice protestamur, quod lis seu controuersia, inter illustrem principem dominum Ottonem, ducem premissorum, patrem nostrum dilectum, ex vna, ac religiosos viros . . abbatem et conuentum monasterii de Dargun, Cysterciensis ordinis, Camynensis dyocesis, parte ex altera, dudum ventilata super precariis, angariis et seruiciis de villis et bonis subscriptis, per prefatum patrem nostrum ac suos exactis, nobili viro Johanne domino de Werle iuniori, sororio nostro dilecto, mediatore et compositore interueniente et amicabilem composicionem de consensu et bona voluntate dictarum parcium pronunciante, vt infra sequitur, est sopita: ita videlicet, quod ville aliaque bona omnia et singula dicti monasterii Dargunensis in ducatu nostro sita, in quibus iidem . . abbas et conuentus habent proprietatem, debent esse libera, sicut in priuilegiis et confirmacionibus dicti monasterii per progenitores nostros concessis plenius continetur; in ceteris vero bonis in dominio nostro sitis, in quibus . . abbas et conuentus predicti proprietatem non habent, ipse . . abbas et conuentus in nostri Barnym ducis predicti fauore et amicicia ordinabunt, sed nos . . abbatem et conuentum predictos ac ipsorum homines non grauabimus vltra consuetudinem terre nostre communem. Preterea . . abbas et conuentus antedicti ex amicabili ordinacione Johannis domini de Werle predicti, sororii nostri dilecti, racione pacis et amicicie ad tempora vite nostre tantum nobis Barnym duci predicto de quolibet manso in ducatu nostro sito culto et possesso villarum et bonorum omnium, in quibus . . abbas et conuentus predicti habent proprietatem, viginti quatuor solidos denariorum vsualium et tres modios annone, videlicet vnum siliginis, alium ordei et tercium auene, circa festum Michaelis annis singulis erogabunt, pro quibus extorquendis aduocatus noster, qui in castro Dymyn pro tempore fuerit, certum nuncium nomine nostro ad . . abbatem Dargun mittet, qui vnum sibi de suis associabit, qui simul pecuniam et annonam predictas nobis Barnym duci predicto colligent presentandas; quos denarios et annonam nos nec debemus vendere, nec permutare, nec inpheodare, nec obligare, nec quomodolibet aliter alienare, sed debebimus et volumus ad vsus proprios retinere, ita quod predictorum denariorum et annone percepsio nobis, vt premittitur, specialiter concessa ad nostros successores non transeat vel heredes. Ville insuper et mansi ac ipsorum homines et bona omnia ac singula in ducatu nostro sita, in quibus dicti . . abbas et conuentus Dargunenses habent proprietatem, ab omnibus et singulis exactionibus, precariis, angariis, a castrensibus aliisque quibuslibet seruiciis, oneribus ac ab vniuersis grauaminibus, quocunque nomine censeantur, libera esse debent et exempta, nisi quod tantum ad communem terre defensionem, que wlgariter lantwere dicitur, non tamen specialiter, set sicut vniuersi terram

Digitized by Google

communiter inhabitantes, teneantur. Hee vero ville: Broderstorp, Zarnecowe, Bralyn et Warenzyn, villani quoque et dictorum mansorum cultores a precariis et castrensi alioque quolibet seruicio et a communi terre defensione, scilicet lantwere, et ab expedicionibus et requisicionibus omnibus predictis liberi esse debent et exempti. Ceterum nos Barnym predictus villas, mansos ac bona omnia et singula predictorum . . abbatis et conuentus de Dargun in ducatu nostro sita, in quibus ipsi habent proprietatem, et homines in ipsis habitantes ab omnibus et singulis personis in villis, mansis et bonis omnibus et singulis supradictis precarias et quelibet seruicia modo quolibet habentibus debemus et volumus liberare, vt ammodo ad precarias, ad castrensia vel alia quelibet seruicia, ad onera vel requisiciones quaslibet supradictas alicui hominum nullatenus teneantur, duabus villis Ducowe et Pynnowe exceptis et decem mansis in Teusyn, que, sicut sunt, manebunt; quarum villarum et mansorum precarie et seruicia, si ad manus nostras in posterum peruenerint, de dictis decem et duarum villarum mansis nobis Barnym duci predicto tantum debitur, quantum de premissis; tunc eciam huiusmodi ville et mansi et eorum homines ad communem terre defensionem, sicut alii, astringentur; a precariis autem et a castrensi alioque quolibet seruicio et a singulis requisicionibus supradictis debebunt esse liberi, libertatibus vniuersis et singulis gauisuri prelibatis. Si vero in premissis uel aliquo premissorum aliquando per nos vel alium seu alios contrarium egerimus, uel huiusmodi composicionem seu diffinicionem violauerimus vel infringerimus (!) in toto vel in parte, postquam super huiusmodi violacione per iudicem vel iudices infrascriptos moniti fuerimus, non reformauerimus ipsam composicionem uel partem ipsius violatam infra mensem continuo subsequentem: extunc nos sentencie excommunicacionis subiacebimus, et vbicunque nos uel nostro nomine ipsam infringens uel infringentes peruenerimus uel peruenerit aut peruenerint, cessari debeat a diuinis et per triduum nostri, eius uel eorum post recessum; quam excommunicacionis sentenciam et cessacionis diuinorum si nos pro parte nostra sustinuerimus per mensem, extunc dominus Borchardus prepositus ecclesie Gustrowensis, dicte Camynensis dyocesis, aut eius successor, dummodo Thidericus Zacheluitze non succedat, qui si successerit, extunc prepositus ecclesie Brandenburgensis, dictorum . . abbatis et conuentus conseruator, ad querimoniam eorundem ad aggrauaciones dictarum sentenciarum procedant, sicut de iure fuerit procedendum. Hec omnia et singula predicta primo coram dicto domino Borchardo proposito debemus et volumus arbitrari. Testes huius rei sunt: Wedego de Osta, Ludolfus Moltzan, Hennego de Broke, Wernerus de Zweryn, Heyno de Penyz, milites, Woltherus de Guntersbergh, archidyaconus Dymynensis et curie nostre notarius, Ernestus de Ewstyn, clericus noster, et alii quam plures fide digni. Jn cuius veritatis testimonium sigillum nostrum sub anno domini M°CCC°XXX° quarto, ipso die sancti Martini episcopi, in castro nostro Vkeremunde presentibus duximus appendendum.

Digitized by Google

Nach Leverkus I, S. 757 (Nr. DXCIX), aus dem Original zu Oldenburg. Auch Clandrian registrirt im Protocoll, fol. 226, eine zu seiner Zeit im Schweriner Stifts-Archive befindliche Ausfertigung. — Vgl. Bd V, Nr. 3534 und 3536, Bd. VII, Nr. 4987 und 4988, auch 1335, Decbr. 10.

1335. Juli 12. Wismar. 5610.

Berthold Preen und Vicke von Stralendorf, Ritter, sowie die Brüder Konrad, Bernhard und Reimar von Plessen, die Brüder Johann und Berthold von Preen und die Brüder Heine, Nicolaus und Heinrich von Stralendorf, Knappen, bestätigen den Verkauf des Eigenthums von 5 3/8 Hufen zu Grossen-Strömkendorf von Seiten der Gebrüder Nicolaus und Johann Hosek an das Dom-Capitel zu Lübek.

In nomine domine. Amen. Vniuersis, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, Bertoldus dictus Preen, Vicko de Stralendorpe, milites, Conradus, Bernardus et Reybernus fratres dicti de Plesse, filii quondam domini Helmoldi de Plesse militis, Johannes et Bertoldus fratres dicti Pren, filii domini Bertoldi predicti, Heyno, Nicolaus et Hinricus fratres, quondam filii domini Heynonis de Stralendorpe militis, armigeri, salutem in domino et cognoscere veritatem. Vniuersorum ac singulorum gestorum seriem edax obliuio forte prompte consumeret, nisi scripture et testium robore firmiter munirentur. Hinc est, quod notum esse uolumus tam presentibus quam futuris, quod coram nobis constituti Nicolaus et Johannes fratres dicti Ho˘sek cum suis heredibus et domina Ghertrudis, vitrica eorumdem, cum suis pueris Gherardo, Hinrico et Sophia, de nostro, nostrorum heredum, necnon filiorum heredum omnium et proximorum beneplacito et consensu ac singulorum, quorum consensus fuerant requirendi, rite et racionabiliter vendiderunt iure proprio et in perpetuum honorabilibus viris ac discretis dominis preposito, decano et capitulo ecclesie Lubicensis pro se ac dicta ecclesia Lubicensi ementibus et recipientibus in villa Maiori Strømekendorpe, sita in parrochia Ødeskerken, quinque mansos cum dimidio manso minus dimidio quartali, cum omnibus distinctionibus terminorum suorum, sicut iacent, pro septingentis et duodecim marcis denariorum Lubicensium ipsis venditoribus integraliter solutis et in vsus suos necessarios conuersis, prout coram nobis recognouerunt, renuntiantes excepcioni non date, non solute, non habite ac non numerate pecunie et

Digitized by Google

in vsus suos non conuerse. Quorum mansorum Nycolaus Ho'sek predictus colit duos, soluentes in annuo censu quinque tremodia et quatuor modios siliginis, vnam lastam ordei et vnam lastam auene; Marquardus Meldorpe et Johannes Grote colunt alterum dimidium mansum minus dimidio quartali et dant exinde duo tremodia siliginis, vnam lastam ordei et sex tremodia auene; Crůse colit dimidium mansum, soluentem annuatim quinque modios siliginis, viginti nouem modios ordei et viginti vnum modium auene; Cros dictus Wise dimidium mansum, soluentem septem cum dimidio modios siliginis, tres cum dimidio modios ordei, nouem cum dimidio modios auene, dimidium modium pisarum, viginti septem denarios pro censu porcorum et quatuor denarios monete eiusdem pro pullo vno annuatim; Johannes Ho'sek prefatus colit mansum vnum et dat ex eo decem modios siliginis, quinque tremodia minus duobus modiis ordei et tria cum dimidio tremodia auene. Ad hos eciam mansos pertinent tres case, quarum vna, quam inhabitat Petrus dictus Speet, soluit decem et octo solidos denariorum Lubicensium et quatuor denarios monete eiusdem pro censu vnius pulli annuatim; alia casa, in qua Johannes Wise residet, dat nouem solidos minus quatuor denariis Lubicensibus pro censu viginti sex pullorum; tercia casa, in qua Heynemannus moratur, dat pro censu vnius pulli quatuor denarios Lubicenses annuatim. Hiis bonis et mansis cum omnibus attinenciis suis, penitus nichil excipiendo, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis, uiis et inviis et aliis omnibus in hiis contentis, cum omni ecclesiastica libertate, perpetua proprietate, possessione, commoditate, fructibus et prouentibus omnibus inde deriuantibus annuatim, cum omni iure, iudicio sexaginta solidorum et iudiciis omnibus inferioribus, cum tercia parte iudicii maioris, colli scilicet et manus, cum precaria trium mansorum ex predictis, iacencium sub cultura Nicolai et Johannis Ho'sek prenominatorum, et generaliter cum omnibus et singulis condicionibus, iuribus et libertatibus, sicut dicta bona olim nobis et nostris predecessoribus pertinebant et sicut ea dicti venditores a nobis iusto empcionis tytulo hactenus habuerunt, liberius perfrui debent in perpetuum pacifice et quiete. Paludibus uero, ex quibus cespites conbustibiles acquiruntur, et pascuis ac ceteris ad communem vsum dicte ville pertinentibus coloni dictos mansos pro tempore colentes simul pro ipsorum vsibus cum aliis communiter perfruentur. Coloni eciam dictorum mansorum sub suis propriis laboribus et expensis annonam pro pensione debitam, mensuratam Wysmariensi mensura, ad ciuitatem Wysmariam uel ad aquas vicinas ducere et soluere tenebuntur. Nec prorsus dicti coloni aut eorum in hiis sequaces nobis aut nostris heredibus dictis venditoribus, erorum heredibus et sequacibus aut cuiquam alteri ad aliqua seruiciorum, laborum, vectigalium onera, neque ad borchwerck, neque ad bruggewerck, nec ad exactionum, prestacionum, ministracionum, donacionum aut quorumcumque aliorum grauamina preterquam dictis emptoribus et eorum successoribus ad premissa onera quomodolibet

Digitized by Google

astringentur. Sed si necessitas terre incubuerit, ad defensionem illius intra terram, et non extra, vna cum aliis facient coloni, quidquid communiter decruerint faciendum. Et si, quod absit, gwerra uel dissensio fuerit exorta inter dominum nostrum Magnopolensem, suos successores, vasallos aut alios quoscumque, ex vna, et ciuitatem ac ciues Lubicenses aut quoscumque alios, parte ex altera, aut si contra dictos prepositum, decanum ac alios singulos de capitulo excommunicationis sententiam ferri aliosue processus a quouis ecclesiastico uel seculari iudice contra ipsos aut capitulum fieri contingat, aut si inhibico fieret in terra generalis de annona uel rebus aliis non educendis, nichilominus tamen, hiis et quibuscumque aliis causis et casibus aut iuris uel facti excepcionibus non obstantibus, dictis bonis in premissis condicionibus singulis, iuribus et libertatibus perfruentur in perpetuum pacifice et quiete, suosque prouentus ducent extra terram aut in ea relinquent et facient cum eis auctoritate sua, quitquid velint. Preterea sepedicti venditores cum suis heredibus et omnibus, quorum intererat, coram nobis renunciauerunt omni suo iuri et proprietati et omnibus aliis, que in hiis bonis hactenus habuerunt. Nos eciam ex superhabundanti renunciauimus et renunciamus penitus per presentes pro nobis, nostris heredibus et successoribus omnibus, quorum interesse poterit, iuribus et proprietatibus omnibus, que in eisdem bonis olim nobis competebant aut nobis et nostris sequacibus competere poterint in futurum. Promittimus insuper vna cum dictis venditoribus pro nobis, nostris heredibus ac ipsorum venditorum heredibus et successoribus dictis dominis preposito, decano et capitulo ecclesie Lubicensis, emptoribus, et eorum sequacibus litem, brigam uel controuersiam aliquam in pretactis bonis uel aliqua eorum parte publice uel occulte non inferre nec inferenti aliquatenus consentire, sed ipsis plenam facere warandiam et expedicionem de premissis omnibus et quolibet premissorum; renunciantes doli mali, quod metus causa, beneficio restitucionis in integrum, actioni in factum et omni alii auxilio tam iuris quam facti, quod contra premissa posset obici uel opponi, et specialiter iuri dicenti renunciacionem generalem non valere. Vt autem premissa omnia et singula robur optineant perpetue firmitatis, presens scriptum inde confectum nostris et supradictorum Nycolai de Johannis Ho°seck, venditorum, sigillis fecimus in euidens testimonium communiri pro nobis et ceteris omnibus, quorum interest, vsum nondum habentibus sigillorum. Datum et actum Wysmari[e], anno domini M° CCC° tricesimo quinto, in vigilia beate Margarete virginis.

Nach Leverkus I, S. 758, aus dem Reg. Cap. Lub. II. Leverkus merkt dazu an:

„In einer Urkunde vom 28. Septbr. 1335 (Reg. Cap. II, 71) bezeugt das Dom-Capitel, dass die Kaufsumme hergenommen worden sei aus den Geldern, welche die Testaments-Executoren der Domherren Johannes Bule (297 Mk.) und Johannes von Morum (268 Mk.) zur Stiftung zweier Vicareien in der Domkirche, und die Testaments-Executoren des Meisters Albert von Bardewik (150 Mk.) zur Verbesserung einer früher von ihnen gestifteten Vicarei in der Domkirche gegeben haben, und dass daher jede dieser Vicareien nach Verhältniss des Beitrags an den sämmtlichen Einkünften aus Gr.-

Digitized by Google

Strömke[n]dorf Theil nehmen werde. Die Vicarei des Johannes Bule, welche in honorem beate Marthe schon an demselben 28. Septbr. gestiftet wurde (Orig. und Reg. Cap. II, 68), erhielt als ihren Antheil an den Einkünften 18 Mk. 11 Sch. und 4 Pf. zugewiesen, wovon jedoch 4 Mk. in herkömmlicher Weise zu Memorien an die Domherren und Domvicare vertheilt werden sollten. Die Stiftung der Vicarei des Johannes von Morum in honorem Johannis ewang. et Jacobi maioris apost. kam erst am 7. März 1347 (Orig. und Reg. Cap. II, 197) zu Stande, und zum Theil aus andern noch hinzugekauften Gütern. Eine Vicarei des Meisters Albert von Bardewik in der Domkirche ist mir nicht bekannt."

1335. Juli 14. Crivitz. 5611.

Nicolaus, Graf von Schwerin, schenkt dem Ritter Georg Hasenkop und seinen rechten Erben zur Stiftung einer Vicarei in Bützow das Eigenthum von 6½ Hufen zu Petersberg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Nycolaus dei gracia comes Zwerinensis salutem in omnium saluatore. Vt in factis nostris eterna memoria habeatur, in dignis duximus ea scripturarum testimonio firmiter roborare. Nosse volumus vniuersos ac singulos, tam posteros quam presentes, quod accedente pio affectu dilecti ac fidelis nostr[i] Georrii Hazenkop, militis, suorumque heredum legitimorum ad vnam vicariam perpetuam in ecclesia Butzowensi [in]staurandam et ad cultum diuinum ampliandum exigentibus donauimus et in hiis scriptis damus proprietatem, que egendum wlgariter appellatur, super sex mansis cum dimidio manso in villa Peteresbergh sitis, de quibus sacerdos, qui pro tempore ipsam vicariam habuerit, perpetuis temporibus singulis annis quolibet festo Michaelis viginti sex marcarum redditus percipiet integraliter et expedite; renunciantes in hiis predictis mansis omni iure, proprietate et iurisdictione cum iudicio supremo, videlicet manus et colli, et minori, quodcunque fuerit, cum omnibus precariis et ministrationibus quibuscunque, ipsosque foro ecclesiastico supponentes, ita quod sacerdos prefate vicarie auctoritatem largam habeat, quare[1] et quociens necesse fuerit, ipsos redditus extorquendi per pignerum ablacionem. Vt autem hec nostra voluntaria et libera donacio, ad cultum diuinum pretensa, perpetuis temporibus [in]commutabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri appensione et testium subscriptione duximus communiendum. Testes sunt: dominus Hinricus rector ecclesie in Criuitze, Johannes perpetuus vicarius in Butzowe, Hinricus de Bulowe, Gherardus Hasenkop, Nicolaus de Mallyn, qui moratur Neuirstorpe[2], et alii plures fide digni. Datum Criuitze, anno domini M°CCC° tricesimo quinto, in crastino Margarete virginis.

Nach dem Cop. eccl. Butzow. fol. LXIII[b]. ([1]st. quando?) — [2]Der Name neuirstorpe könnte auch „nemerstorpe" oder „neuirstorpe" oder „uemerstorpe" gelesen werden. — Ueber eine andere Hasenkopsche Vicarei zu Bützow vgl. Bd. VII, Nr. 4773, u. Bd. VIII, Nr. 5567 wegen Petersberg.

Digitized by Google

1335. Juli 25. 5612.

Peter, Pfarrer zu Schönberg, verzeichnet auf Befehl des Bischofs Volrath von Ratzeburg die Vasallen des Stifts Ratzeburg nach den Aufzeichnungen des Bischofs Marquard.

Venerabili in Cristo patre ac domino domino Marquardo, circulo XXVI annorum, videlicet ab anno domini M°CCC°IX. vsque ad annum domini M^{m}CCC^{m}XXXV^{m}, in diem beati Ambrosii confessoris, quo prefatus pater diem clausit extremum, Razeburgensi ecclesie presidente, infrascripti comites, milites, armigeri et alii vasalli ecclesie Razeburgensis supradicto patri homagium fecerunt successiue temporibus ipsius. Quos quidem vasallos sepedictus pater et dominus Marquardus Razeburgensis episcopus propria manu in quadam cedula consignauit ad perpetuam rei memoriam. Quos eciam vasallos et decimas ac bona ipsis infeudata reuerendus in Cristo pater ac dominus, dominus Volradus prefate ecclesie Razeburgensis episcopus, per Petrum rectorem ecclesie in Schonenbergh registrari mandauit et in hec scripta redigi ordine infrascripto sub anno domini M°CCC°XXXV°, in festo beati Jacobi, pontificatus sui anno primo.

Jn primis illustres principes Johannes et Ericus duces Saxonie vasalli sunt ecclesie Razeburgensis de decima terre Dartzinge et de dimidia decima terre Razeburg.

Jtem Hinricus Sixti, ciuis Lubicensis, de quatuor mansis in Restorpe, que est in parrochia Slawestorpe.

Jtem Siffridus de Bucholte, consul Lubicensis, et Henricus filius suus de decima in et Twenhuzen.

Jtem Emeke Hake, miles, et frater suus Henricus et filius fratris sui Dethleui militis de dimidia decima in argo Razeburgensi.

Jtem Hinricus de Parkentin, miles, et Dethleuus, filius fratris sui Marquardi, de dimidia decima omnium bonorum suorum, que habent ultra Stekenitze.

Jtem Notzelinus de Parkentin de dimidia decima omnium bonorum suorum, que habet ultra Stekenitze.

Jtem Volcmarus de Grønowe de dimidia decima omnium bonorum suorum.

Jtem Dethleuus Lupus et Ludolfus Scarpenbergh, milites, de dimidia decima omnium bonorum suorum.

Jtem Otto et Bertoldus milites et Tidericus armiger, fratres dicti de Ritzerowe, de tota villa Døberschen et de dimidia decima omnium villarum suarum, quas habent, exceptis illis, in quibus episcopus uel prepositus recipiunt decimas.

Jtem Heyno Schacke, miles, et fratres sui et Wasmodus Schacke, miles, filius patrui sui, de decima in Brunzekenmarke et in Palude et in aliis bonis eorum[1].

Digitized by Google

Jtem Henricus, Walrauenus et Dethleuus fratres de Duuensee, milites, de dimidia decima omnium bonorum suorum.

Jtem Otto Wackersbart et Luderus Wackersbart, milites[2].

Jtem Conradus, Henricus, Dauid fratres dicti Wackersbart, milites, de dimidia decima omnium bonorum suorum.

Jtem Luderus de Pløne, miles, de tota decima in Mostin.

Jtem Henricus, Johannes et Walrauenus fratres de Crummesse, milites.

Jtem Ludolfus de Karlowe, miles, et Reymbernus filius fratris sui, armiger, de IIII mansis in Karlowe.

Jtem Ludolfus de Lasbeke, miles, et Johannes frater suus, armiger, de dimidia decima in Roggelyn. Jtem Ludolfus Lasbeke, miles predictus, de dimidia decima in Slauicali Zechere.

Jtem Zeghebandus dictus de Monte et Zeghebandus de Halremunt, milites.

Jtem Otto de Zwerin, miles, et Dethleuus filius fratris sui, armiger, de Lunenborch.

Jtem Otto dictus Magnus, miles, et patrui sui de Lunenborch sunt vasalli ecclesie.

Jn Pallude et in terra Boytin nullus habet decimas, nisi recipiat in pheudo eas de manu episcopi.

Jtem Fredericus et Wedekinus, filius fratris sui, de Hamborch, de decima vnius mansi in Lede et dimidii mansi in Kurslake.

Jtem Hermannus de Achterslaghe de XV iugeribus in Achterslaghe.

Jtem Hartwicus Metzeke et Rauen frater eius de vno manso in Antiqua Gamma, quem colit Petrus Corner.

Jtem Zeghebandus de Halremunt et Seghebandus diues dictus de Monte, milites in Lunenborch, de decimis bonorum suorum, que habent in Pallude.

Jtem Godfridus Corner de vno manso in Achterslaghe.

Jtem Syffridus de dimidio manso in Achterslaghe apud kerkweghe.

Jtem filius Godfridi dicti de Razeburg militis iunior, et non senior, de vno manso in Antiqua Gamma.

Jtem Siffridus de dimidio manso in Achterslaghe.

Jtem Arnoldus dictus Venter de duobus mansis cum dimidio in Kurslaghe et IIł mansis in Antiqua Gamma.

Jtem Clinckspore de ł manso in Achterslaghe; decem iugera emit de Arnol[do] cum Ventre et X de Arnoldo Korner.

Jtem Johannes Eghardi de XX iugeribus et de vno in Kurslaghe, quem emit de Arnoldo Korner.

Digitized by Google

Item Syffridus, filius Wilkini dicti Punt, de IX iugeribus sitis inferius ecclesie Kurslaghe.

Item Syffridus, filius Johannis dicti Witten, de XIII iugeribus cum dimidio sitis supra ecclesiam in Kurslake.

Item in terra Boytin Ludolfus de dimidio manso et filius fratris sui de alio dimidio adiacenti ville Bůnstorp Maiori in parrochia Schonenberghe, quem dominus Marquardus episcopus ab ipsis emit pro C marcis, applicans mense sue.

Item Nicolaus et Henricus comites de Wittenborch et Zwerin vasalli sunt ecclesie Razeburgensis.

Item Gherardus de Dørne, miles, de decima in Ghemelin et Radelubbe et de aliis bonis suis.

Item Johannes de Lutzowe, miles, de duobus mansis in Peniz.

Item Wernerus de Marsowe, miles, de dimidia decima in Scharbenowe.

Item Vlricus dictus Zart, armiger, de dimidia decima in Protzeken.

Item Hermannus de Warschowe, miles, de decima in Dummere et Molenbeke et de villa Tramme et de villa Schartzin.

Item Albertus de Bralestorpe, miles, de dimidia decima in Tessyn.

Item Anthonius, Borchardus et Johannes milites, Marquardus et Henricus armigeri, fratres dicti de Dambeke, de dimidia decima omnium bonorum suorum.

Item Marquardus de Exen et filius fratris sui de dimidia decima in Bobecin.

Item Holricus de Blůchere, armiger, de dimidia decima in Sapel.

Item Fredericus de Schartzin et Marquardus de Boddyn, milites, fratres, de decima VII mansorum ante ciuitatem Wittenborch et de decima villarum Schartzin et Boddin.

Item Wipertus de Blůchere de decima in Warschowe, armiger.

Item Volcmarus de Stolnitze, armiger, de decima in Stolnitze, Stenuelde et D[r]oneuitze[3].

Item Arnestus de Woltzowe, miles, de decima tota villarum Woltzowe et Lukeuitze preter duos mansos, quos habet prepositus.

Item Massowe[4], armiger, de dimidia decima in Kůtzin.

Item in dominio domini Magnopolensis, in terris Brezen, Klůtze, Dartzowe, Godbuz, dominus Magnopolensis est vasallus ecclesie Razeburgensis de dimidia decima omnium terrarum predictarum.

Item Dethleuus de Bucwolde, miles dictus Roper, et Lambertus frater suus, armiger, de quatuor mansis in Donekendorpe. Item Dethleuus de Bucwolde, miles dictus de Pøtenitze, et filii sui de decima in Potenitze et de dimidia (!).

Item Gherlacus, Godfridus et Bolto milites, fratres dicti de Ekelenuorde, de dimidia decima in Knesen.

Digitized by Google

Jtem Engelbertus dictus de Santekowe de dimidio manso ciuitatis Gnewesmølen, Medentin agri, et de vno manso in allodio et molendino et aliqua decima in Santekowe.

Jtem Hermannus de Molendino, miles, de decima ville Slauicalis Radestontorpe.

Jtem Sophia et Johannes et Henricus filii eius de Sadewoltze de quatuor mansis in Metzen et vno manso in Swemin.

Jtem Wernerus de Bernstorpe de vno manso in Smachthaghen.

Jtem Bruno Luscus de vno manso in Gnewesmølen in agro, qui dicitur Radmannesuelde. Jtem vnum mansum, quem Tammeke habuerat.

Jtem Hinricus Gustekowe, miles, et filii fratris sui de dimidia decima in Gůstekowe et de dimidia decima in Hondorpe et de dimidia decima in Bokholte.

Jtem Bolto Hazencop, miles, de Kokenborch, et filii Frederici Hazencop, militis, de dimidia decima in Růtinge, Steynuorde, in Scadendorpe et in Exen.

Jtem Vlricus Moltzan, miles, et fratres sui de tota decima in Syberdeshaghen et tota decima in Bůtlinge et tota decima in Stenbeke.

Jtem Marquardus et Dethleuus armigeri, fratres dicti de Pretzendorp, de tota decima Ponatestorpe et Tankenhaghen.

Jtem Marquardus de Jndagine et fratres sui.

Jtem Benedictus de Rodenbeke, miles, et filii sui de quinque mansis in Peterstorpe et vno dorlant.

Jtem Raspe de vno manso in Repenhaghen.

Jtem Dethleuus de Broke, armiger, de quatuor mansis decime ville Broke.

Jtem Nicolaus de vno manso in Repenhaghen.

Jtem Gherardus Torber de dimidio manso in villa Tørber.

Jtem Wipertus Lutzow, miles, de duobus mansis in Hauethhorst.

Jtem Hermannus de Gletzowe et filii fratris sui de decima ibidem.

Jtem Hinricus de Plesse, miles, in Erpeshaghen.

Jtem Bertrammus Kule, miles, in Voghedeshaghen.

Jtem Hinricus et Johannes fratres dicti Boet, milites, de decima in Kalkhorst.

Nach der Abschrift im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz, welche die letzten 8 Seiten des Heftes füllt, das die Taxe (Nr. 5613) enthält und von gleicher Hand (nach 1344) geschrieben ist. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 1151, und ein Auszug bei Lisch, Maltzan Urk. II, S. 15. — Schröder giebt hinter [1]eorum aus unbekannter Quelle: „de curia ac villa Gulzowe vna cum molendino — und ebenso hernach: milites [2], de decima Stralie et Brodesende. — [3]In unserer Abschrift steht Deoneuitze, — [4]Massowe st. Marsowe.

Digitized by Google

1335. Juli 25—1344. Mai 13, flgd. 5613.

Taxe der Kirchen und geistlichen Lehne im Bisthum Ratzeburg.

Anno domini M°CCC°X[I]X.', XVIII. kalendas Julii, vniuersi et singuli . . prepositi, . . rectores ecclesiarum parrochialium, necnon vicarii habentes altaria per ciuitatem et diocesim Razeburgensem vbilibet constituti, de mandato venerabilis patris domini Marquardi episcopi Razeburgensis, necnon domini Jacobi de Rota, apostolice sedis legati, valorem omnium reddituum et prouentuum beneficiorum suorum ecclesiasticorum, iuramento de hoc prestito corporaliter, taxauerunt modo infrascripto et taxam in scriptis suis, sigillis propriis uel alienis sigillatis, tradiderunt dominis . . episcopo et legato prefatis. Jn isto quidem taxu modius dure annone pro vno solido Lubicensium denariorum computatur, item modius auene pro sex denariis; item mansi ecclesiarum computantur, prout locari possunt aliis cultoribus ad colendum; item top lini pro tribus denariis, item pullus pro tribus denariis; item XXXII modii pro vno choro, item tres chori pro vna lasta computantur. Jtem oblaciones, secundum quod communiter obueniunt, computantur. Et secundum predicta taxus et valor cuiuslibet prepositure, necnon beneficii, curati et non curati, ex infrascriptis poterit inueniri. Jtem duo denarii slauicales computantur pro vno denario Lubicensi, et totus taxus infrascriptus habet denarios Lubicenses. Quem quidem taxum venerabilis pater et dominus, dominus Volradus episcopus Raceburgensis, anno domini M°CCC° XXXV°, in festo beati Jacobi apostoli, per Petrum rectorem ecclesie in Schønenberghe registrari mandauit et in hec scripta redigi ordine infrascripto.

Primo mensa episcopalis taxata est ad duo milia marcarum, item prepositura Razeburgensis cum bonis capituli ad mille et quingentas marcas, omnibus bonis . . episcopi, . . prepositi et capituli, tam obligatis quam non obligatis, in hac summa computatis, prout dominus Gregorius papa X^us^ in solucione decime papalis olim declarauit obseruari debere. Et sic eciam in sequentibus obseruatur.

Jtem ecclesia sancti Petri in Razeborg XIII marcas.
Jtem ecclesia sancti Georgii apud Razeborg XII marcas.
Jtem Belendorpe XV marcas.
Jtem Grønowe XI marcas.
Jtem Crummesse XVIII marcas.
Jtem Parkentin XXI marcas.
Jtem Seuenbomen XIII marcas.
Jtem Santzegnewe XXVIII marcas.
Jtem Linowe X marcas.
Jtem Notze XL marcas.
Jtem Mølne XLVI marcas.
Jtem Smilowe X marcas.
Jtem Slawestorpe XXXVI marcas.
Jtem Mustin XXX marcas.
Jtem Karlowe XX marcas.
Jtem Lassan XII marcas.
Jtem Zedorpe XIIII marcas.
Jtem Stralie XXII marcas.

Digitized by Google

Item Gudowe XXIIℓ marcam.
Item Boken XXIIII marcas.
Item Seueneken XLIIℓ marcam.
Item Lůtowe XLII marcas.
Item Ghulsowe XXV marcas.
Item Bredenuelde XXX marcas.
Item Kůddeworde XXXIIℓ marcam.
Item Basthorst XIIIℓ marcam.
Item Swartenbeke IX marcas.
Item Brunstorpe XVII marcas.
Item Bergherdorpe XII marcas.
Item Curslake XIIII marcas.
Item Noua Gamma XXVIII marcas.
Item Antiqua Gamma XX marcas.
Item Hacchede XXIX marcas.
Item Word XVI marcas.
Item Louenborch XXXIX marcas.
Item Boytzeneborch LXIII marcas.
Item Gresse V marcas.
Item Twedorpe IIII marcas.
Item Sarnekestorpe XXX marcas.
Item Grantzin XXVI marcas.
Item Wittenborch LXXX marcas.
Item Lutzowe XV marcas.
Item Parem XIIII marcas.
Item Gemelyn XII marcas.
Item Haghenowe XXII marcas.
Item Pretzire XVI marcas.
Item Korchowe XIII marcas.
Item Villan XXXII marcas.
Item Cumyn XV marcas.
Item Cernetyn quingentas marcas.
Item Nyenkerken XII marcas.
Item Doberschen XX marcas.
Item Godbuz LXV marcas.
Item Pokrente XIII marcas.
Item Zadelwitze XII marcas.
Item Roghendorpe XII marcas.
Item Demeren XII marcas.
Item Vitelůbbe XVIII marcas.

Item Dambeke XIIII marcas.
Item Exen XXXVI marcas.
Item Schonenberghe XL marcas.
Item Herneborch XVII marcas.
Item Celmerstorpe XXV marcas.
Item Dartzowe XXVIℓ marcam.
Item Mummendorpe XXV marcas.
Item Bortzowe XIII marcas.
Item Roluenstorpe X marcas.

Item Rene quingentas marcas.
Item ecclesia sancte Marie in Wismer LV marcas.
Item ecclesia sancti Nicolai XL.
Item ecclesia sancti Georgii XXX marcas.
Item Beygendorpe XXX marcas.
Item Gressowe XXX marcas.
Item Protzeken XXX marcas.
„ Hoghenkerke XXX marcas.
Item Thomeshaghen XX marcas.
Item Borzowe X marcas.
Item Diderikeshaghen XIIII marcas.
„ Vredebernshaghen XIII marcas.
Item Grambowe XIII marcas.
Item Lipzee XV marcas.
Item Gnewesmolen XL marcas.
Item Clůtze L marcas.
Item Kalkhorst XL marcas.
Item Elmhorst XX marcas.

Item Eldena trecentas et XXX marcas.
Item Grabowe XXX marcas.
Item Lazeke VI marcas.
Item Dømelitze X marcas.
Item Stapel XV marcas.
Item Konowe VI marcas.
Item Leysowe VI marcas.
Item Pichere XI marcas.
Item Jabele X marcas.

Digitized by Google

Jn Razeborch altare domini Wilkini XX marcas.
Jbidem altare domini Nicolai Duseborg XX marcas.
Jbidem altare domini Wedekini XX marcas.
Jtem Boytzeneborch altare domini Johannis scriptoris XL sol.
Jbidem altare domini Hildebrandi X marcas.
Jbidem altare domini Johannis Aurifabri VI marcas.
Jbidem altare domini Ludolfi Rufi.
Jtem in Louenborgh altare domini Jo. de Soltowe XXX marcas.
Jtem altare domini Hermanni theolonarii ibidem XXVIII marcas.
Jbidem altare domini Jo. Rufi X marcas.
Jtem altare domini Tiderici de Ouesuelde XXIIII marcas.
Jtem altare domini Jo. Grellen XII marcas.
Jtem domini Nicolai Gir XII marcas.
Jtem Tidericus Gardelaghen XV marcas.
Jtem in Mølne altarè domini Alberti Albi XX marcas.
Jbidem domini Godfridi Pezeken XVI marcas.
Jbidem altare domini Tederici nostrorum ducum XXIIII marcas.
Jbidem altare domini Petri Lassan XII marcas.
Nicolaus Smilowe XVI marcas.
Dominus Brand X marcas.
Johannes Punt XVI marcas.
Gherardus Godbutze VII et credo plus.
Jo. Prisze XVI [marcas] in cappella sancti Georrii.
Jtem in Wittenborch altare beate Marie XV marcas.
Jbidem altare.
Jbidem altare.
Jtem in Notze altare domini Alberti Colbergh X marcas.
Jtem in Karlowe altare domini Alberti X marcas.
Jtem in Mummendorpe altare domini Hinrici VI marcas.
Jtem in Dartzowe altare domini Conradi VI marcas.
Jtem in Bortzowe altare.
Jtem in Godbuz altare domini Wilkini XII marcas.
Jbidem altare domini Hinrici VI marcas.
Jbidem altare domini Eghardi XX marcas.
Jtem in Sadewitze altare domini Tiderici X marcas.
Jtem in Wismer in ecclesia sancte Marie altare Bertoldi Parcheim XV m.
Jbidem altare Tiderici de Zodern XI marcas.
Jbidem altare Marquardi de Fouea XII marcas.
Jbidem altare Johannis de Mekelenborch.
Jbidem altare domini Andree Steneke.

Digitized by Google

Jtem in Protzeken altare domini Euerhardi VIII marcas.
Jbidem altare domini Johannis.
Jtem in Gnewesmolen [sunt XVIII vicarii cum hiis vicariis ad sanctum Spiritum et ad Georrium][2].
Jtem in Clütze.
Jtem in Calkhorst altare domini Johannis X marcas.
Jtem in Rene.
Jtem in Boken altare domini Johannis de Tramme XVI marcas.
Jtem altare in Bergherdorpe XV marcas.
Jtem de Noua Gamma altare domini Marquardi Diuitis XVIII marcas.
Jtem Grubowe altare magistri Wilkini XV marcas.
Altare Petri Craan.
Jtem in Dømelitze altare domini Conradi XII marcas.
Jbidem altare domini Hinrici XII marcas.
Jbidem alia vicaria prime misse X marcas.
Jtem vicarii ecclesie sancti Nicolai in Wismer.
Altare Johannis Smolter X marcas.
Jtem altare Marquardi de Jndagine X marcas.
Jbidem altare Reymari Boygeneuen X marcas.
Jbidem altare Martini Meppen X marcas.
Jtem sub anno domini M°CCC°XLIIII., in die ascensionis domini, fundata est vicaria in monasterio in Rene et confirmata per venerabilem patrem dominum Volradum episcopum Razeburgensem, cuius redditus ad XXIIII marcas se extendunt.
Jtem in ecclesia sancti Georrii in Wismer altare Hinrici Wostrowe VI mrs.
Altare Tymmonis VIII marcam.
Altare Hinrici Plawe X marcas.
Altare Gherardi Parui IIII marcas.
Altare Wichemanni.
Jtem in Wittenborch: altare Hinrici Mechowe,
. . altare Hinrici Bullen.
Jbidem altare Hermanni Westphal.
Jbidem altare Hinrici Goldenitze.
Jbidem altare Hinrici de Thune XVI marcas.
Jbidem altare fratrum kalendarum.
Jbidem alia vicaria, sed non confirmata.
Jtem in Lutzowe altare Johannis X marcas.
Jbidem altare Wiperti de Haghenowe XXX marcas.

Digitized by Google

Nach einer Copie des 14. Jahrhunderts im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz, durchweg von einer Hand geschrieben [doch ist ²sunt — Georrium im 15. Jahrh. beigefügt], eingetragen in ein Quartheft von 12 Blättern, worin die vorstehende Taxe und das bischöflich Ratzeburgische Lehnregister vom Jahre 1335 (s. Nr. 5612) 21½ Seiten füllen. Wie die Jahreszahl 1344 gegen Ende der Taxe beweist, haben wir hier eine Abschrift von der durch den Schönberger Pfarrer M. Peter zusammengetragenen, aber im Laufe der Jahre bei neuen Stiftungen erweiterten Taxe vor uns. — Gedruckt bei Schröder, P. M. S. 984. (Die erweiterte Taxe, welche Schröder, P. M. S. 1136, veröffentlicht hat, kommt, wiewohl auch sie das Jahr 1335 an der Spitze trägt, hier nicht in Betracht, denn sie stammt, wie schon die Erwähnung des Klosters Marienwolde beweist, erst aus dem 15. Jahrhundert; genauer kann man auf Grund der in derselben vorkommenden Wismarschen Geistlichen behaupten, dass sie in den Jahren 1482—1487 redigirt ist.) — Vgl. Bd. VI, Nr. 4092 figd., und wegen der Correctur der Jahreszahl ¹M°CCC°XX. in M°CCC°X[I]X. die Note zu Nr. 4092.

1335. Juli 31. Goldberg. 5614.

Johann III., Fürst von Werle, legt der Mühle zu Schalentin den dabei befindlichen Fischteich als Pertinenz bei.

Nos Johannes dei gracia domicellus de Werle presentibus protestamur aperte, quod animo deliberato piscinam nostro molendino Scolentin adiacentem apponimus, annectimus et conbinamus perpetuis temporibus cum omni fructu et vtilitate predicto molendino adiacendam et inseparabiliter conmanendam, ita vt, quicunque succedente tempore habuerit molendinum, habeat et piscinam, videlicet vt residens in tali molendino participet predicte piscine fructus vniuersos. Nolumus eciam hec predicta ab aliquo nostrum impediri, sed pocius firmiter obseruari. In cuius euidenciam pleniorem secretum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Goltberch, anno domini M°CCC°XXX° quinto, feria secunda post festum Jacobi apostoli.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Parchim. An einem aus der Charte selbst geschnittenen Pergamentstreifen hängt das in Bd. VIII, zu Nr. 5335 abgebildete Secretsiegel des Fürsten Johann III. — Gedruckt bei Cleemann, Chronik v. Parchim, S. 260.

1335. Septbr. 7. Warin. 5615.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt die Verlegung der von dem weiland Parchimschen Bürger Johann Röbelmann in der Marienkirche zu Plau gestifteten Vicarei mit den Hebungen von 8 Hufen zu Barkow nach der Marienkirche zu Parchim.

Omnibus Cristi fidelibus presencia visuris seu audituris Ludolfus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus salutem in domino. Quia reuerendus in Cristo pater ac dominus, dominus Johannes dicte ecclesie Zwerinensis episcopus, noster predecessor, quondam vicariam in ecclesia beate Marie virginis in Plawe

Digitized by Google

pro remedio animarum Johannis Robelman, quondam ciuis in Parchem, et Asselen vxoris sue, necnon eorum totius parentele, fundatam et instauratam confirmauit; verum quia ex causis probabilibus et racionabilibus nobis propositis et allegatis humiliter exstitit per patronos dicte vicarie supplicatum, vt dictam vicariam ad ecclesiam sancte Marie virginis in Parchem transponere dignaremur: nos igitur attendentes, consensum plebani dicte ecclesie in Plawe accessisse et deuocionem patronorum plenius affuisse, causis eciam legitimis nobis ad hoc allegatis, dictam vicariam cum redditibus octo mansorum in villa Bercowe sitorum transferimus de dicta ecclesia beate Marie virginis in Plawe ad ecclesiam beate Marie virginis in Parchem iure ordinario, dei nomine ad hoc inuocato, ita videlicet, quod in dicta ecclesia beate virginis in Parchem vnum consecratur altare pro dicta vicaria in honorem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli, ad quod altare vicarius dicte ecclesie deseruiens debito tempore missas suas celebrabit. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Warin, anno domini M° CCC° XXXV°, in vigilia natiuitatis sancte Marie.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin mit einem Bruchstücke des zu Nr. 5333 abgebildeten Siegels des Bischofs Ludolf zu Schwerin.

1335. Septbr. 17. Eikhof. 5616.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, stiftet einen Vertrag zwischen den Fürsten Johann II. und Johann III. von Werle und ihren Helfern, einerseits, und Eckhard von Bibow, Nicolaus Hasenkop und Henneke von Bülow und ihren Helfern, andererseits.

Wie Albrecht, von der gnade goddes herre to Mekelenb[orch], to Starg[arde] vnde to Rozstok, bekennen vnde bethughen in disme breue openbare, dat we na rade vnses liuen omes greuen Hinr[ikes] von Zwerin vnde vnser ratgeuen hebben gededinghet ene stede sone twischen vnsen liuen vedderen hern Johanne vnde iunchern Henneken, herren to Werle, vnde eren mannen vnde al eren hulperen, af ene half, vnde hern Echarde von Bybowe, hern Claws Hasencoppe vnde Henneken von Bulowe vnde al eren hulperen, af ander half, als hirna schreuen steit. Vnse vorschreuene om von Zwerin vnde vse liue swager greue Ghunter von Lyndowe scholn weldich wesen minne vnde rechtes an beiden siden vm al ere schelinghe. Disse minne vnde dit recht scholn se spreken binnen achte daghen darna, dat disse bref is gegeuen; vnde wat se spreken vor ene minne oder vor en recht, dat scholn vnse vedderen vorbenomet holden vnde volten binnen twen manden darna. Wolde vns[er] man ienich nicht holden, wat se spreken vor ene minne oder vor en recht, so

Digitized by Google

scholde we vnsen vorschreuenen vedderen behulpen wesen vppe de mid al vnser macht, mid mannen vnde mid steden, vnde scholden en openen vnse stad Rozstok vnde Wysmer twischen hir vnde sunte Johannis daghe to middeme somere. Vnde hebben na rade vnde volbort vnses omes greuen Hinr[ikes] von Zwerin vnde vnser ratgeuen: hern Gurgis, hern Bolten Hasencoppes, hern Bertold Prens, hern Hermans von Ortze, hern Lutzowen, hern Hinr[ikes] von Barnecowen, hern Godekens von Bulowe, hern Hinr[ikes] vnde hern Joh[an]s von Plesse, hern Godschalc Stormes, hern Echard Hardenacken, hern Claws von Axcowe, Hennekens von Bulowe vnde Henneken Vmmereiseken, gebeden vnde bidden vnde heten vnsen ratmannen von Rozstok vnde Wysmer, dat se vnsen vorbenomeden vedderen ere stede darto openen twischen hir vnde sunte Joh[annis] daghe to middeme somere, vnde willen se hirvon schadelos bewaren. Dat hebbe we en mid vnsen vorschreuenen ratgeuen gelouet vnde louen vntruwen in disme breue. Dat we vnde disse siluen ratgeuen al disse dingh stede vnde vast holden, so hebbe we dissen bref gegeuen, besegeld mid vnsme ingesegele vnd der suluen ratgeuen ingesegelen, de hir to ener bethuginghe mid vses omes von Zwerin ingesegele hanghen. Vnde disse bref is gegeuen vp deme Echoue, na goddes bort dusent iar drihundert iar in deme vifvndedruttigesteme iare, an sunte Lambrechtes daghe.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock. Eine Falte ist durch Nässe etwas undeutlich geworden. Angehängt sind 17 Pergamentstreifen:

1) das grosse, schildförmige Siegel des Fürsten Albrecht, abgebildet zu Nr. 5056;

2) das zu Nr. 5175 abgebildete kleine Siegel mit der Umschrift:

✠ S' h[ⁱⁿ]RICI . COMITIS . ZWCRINCNSIS

3) schildförmig: 3 Hasenköpfe; Umschrift:

✠ S' CCORCII . hNSCNCOP . MILIZIS

4) ebenso; Umschrift:

— BOLTONIS . hCSCNCOP . MI—

5) schildförmig, mit einer rechtsgelehnten Leiter von 4 Sprossen; Umschrift:

✠ S . WIPCRTI . LVSCOV . MILIT

(Vgl. die Abbildung in Bd. VI, zu Nr. 4048.)

6) schildförmig, mit einem Stiergehörn über einem geschlossenen Fluge; Umschrift:

S' . hINRICI . DC . BNRNCOWC

7) schildförmig: zwei Ring haltende Arme im mit Herzen bestreuten Felde; Umschrift:

✠ S' . hCRMN̄NI . DC ÓRCC . MLZIS

8) schildförmig, mit 14 Kugeln; Umschrift:

✠ S' . CODCFRIDI . DC . BV—

9) schildförmig, mit dem Plessenschen Stier; Umschrift:

✠ S' . hINRICI . DC . PLCSSC . MILITIS

10) ebenso; Umschrift:

✠ S' . IO——— MILITIS

Digitized by Google

11) schildförmig, mit drei Rädern; Umschrift:

✠ S' . GOTSCALCI . STORM . MIL...S

12) schildförmig, mit einem Hahn; Umschrift:

S' . ECHARDI : HARDENACKEN . MILITIS

13) rund: in einem rechts gelehnten Schilde 3 Birkhähne, darüber ein Helm; Umschrift:

✠ S' . IO . MOLTEKEN . D' . STRITVELDE . MILIT'

14) schildförmig, mit 3 Pfriemen; Umschrift:

✠ S' . BERTOLDI × PREN . MILITIS

15) schildförmig, quer getheilt, unten leer, oben schraffirt mit 2 Scheeren; Umschrift:

✠ S' . NICOLAI . DE . AXCOWE . MILITIS

16) schildförmig, mit 14 Kugeln; Umschrift:

✠ S' . IOHANNIS . DE . BVLOWE .

17) rund: in einem Schilde ein ganzer Weinstock; Umschrift:

✠ S' IOHANNIS . VMMEREYSE .

1335. Septbr. 20 (und 1336. April 14). Lübek. 5617.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet, dass der Lübeker Dom-Cantor Heinrich von Hattorf in der Lübeker Domkirche eine Vicarei mit 2 Hufen zu Vorwerk auf Pöl und 6½ Mk. Hebungen aus der Mühle zu Schwartau gestiftet hat.

Uniuersis presencia visuris seu audituris nos Hinricus dei gracia episcopus ecclesie Lubicensis cupimus esse notum, quod discretus vir dominus Hinricus de Hatdorpe, canonicus et cantor ecclesie nostre, de auctoritate nostra et vnanimi consensu capituli nostri in eadem ecclesia nostra in capella, quam propriis sumptibus construxit, in honore beate dei genitricis Marie, sancti Thome apostoli et beate Marie Magdalene, ob salutare remedium anime sue et progenitorum suorum fundauit, creauit et constituit vnam vicariam nouam ac eam sufficienter dotauit de bonis suis propriis, duobus videlicet mansis sitis in villa Vorewerch in terra Pole, soluentibus annuatim vndecim tremodia ordei et nouem tremodia auene, quorum vnum colit Hinricus Buch, alium colit Marquardus Went, et vterque medietatem pretacte pensionis exsoluit. Jnsuper donauit et assignauit ad eandem vicariam redditus sex marcarum cum dimidia denariorum Lubicensium, quos ipse cantor in molendino in Swartowe sua pecunia comparauit, prout in instrumentis super vtroque contractu confectis describitur, necnon iuribus et condicionibus ibidem contentis. Quos quidem redditus siue bona prefatus cantor optulit eidem ecclesie nostre pure propter deum et libere in hunc modum, quod vicarius, qui pro tempore prefatam vicariam optinuerit, eosdem redditus annis

Digitized by Google

singulis percipiet et suis vsibus applicabit, preterquam quatuor marcarum denariorum Lubicensium redditus, quos idem fundator ob anime sue ac progenitorum suorum salutare remedium assignauit liberaliter ad augmentandas memorias ecclesie nostre predicte, ita quod due marce inter canonicos et due marce inter vicarios equaliter diuidantur, ac ipsas de dictis bonis voluit per eundem vicarium sub ipsius periculis, laboribus et expensis in ciuitate Lubicensi annis singulis in festo beati Martini hyemalis (!) dari expedite et exsolui. Sepedicte vicarie iure patronatus memorato domino Hinrico fundatori, quamdiu vixerit, et post mortem ipsius Waliuano, Hinrico, Johanni et Alberto de Hatdorpe fratribus, filiis bone memorie honesti viri Johannis de Hatdorpe, ciuis et consulis Lubicensis, quamdiu vixerint ipsi uel eorum aliquis, reseruato; quibus defunctis ius patronatus pretactum ad cantorem ecclesie nostre perpetuis temporibus pertinebit, ita quod vni de lectoribus chori aut de choralibus, quem magis ydoneum ac diligentem estimauerit, infra annum ad sacerdocium promouendum uel actualiter iam promotum, debeat prouidere, idemque vicarius memoriis, iusticiis et graciis cum aliis vicariis perfruetur. Vt autem omnia et singula premissa perpetuam optineant firmitatem et a nobis nostrisque successoribus seu quibuscumque aliis quacumque eciam dispensacione interueniente in nulla sui parte valeant immutari uel retractari, presentem litteram nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Actum Lubeke, anno domini M° CCC° XXXV°, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste, et renouatum anno sequenti et iteratum feria VI^a^ ante Tyburcii et Valeriani, que fuit pridie idus [1] Aprilis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An demselben hangen Pergamentstreifen, deren erster das bekannte Siegel des Bischofs Heinrich von Lübek mit dem Rücksiegel trägt; der zweite hat das Siegel verloren. ([1] Irrthümlich ist der 15. statt des 13. Aprils als Idus Apr. angenommen.) — Im Auszuge gedruckt bei Leverkus I, S. 764, nach einer andern Original-Ausfertigung. — Vgl. Nr. 5098.

1335. Septbr. 20. Lübek. 5618.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet, dass der Lübeker Domherr Johann vom Sode in der dortigen Domkirche eine Vicarei gestiftet und mit 7½ Hufen in (Gr.-) Strömkendorf dotirt hat.

Uniuersis presencia visuris seu audituris nos Hinricus dei gracia episcopus ecclesie Lubicensis cupimus esse notum, quod discretus vir dominus Johannes de Puteo, canonicus ecclesie nostre, de auctoritate nostra et vnanimi consensu capituli nostri in eadem ecclesia nostra in capella, quam propriis sumptibus construxit in honore beate Anne, matris Marie, ceterorumque patronorum ibidem, ob salutare remedium anime sue ac progenitorum suorum fundauit, creauit et constituit vnam vicariam perpetuam ac eam sufficienter dotauit de bonis suis propriis

Digitized by Google

cum septem mansis et dimidio, sitis in villa Stro°mekendorpe, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, sicut in litteris super hiis confectis plenius continetur. Quorum videlicet mansorum Reymarus Albus colit duos mansos cum dimidio, Lambertus duos mansos, Detleuus vnum mansum cum dimidio, Mathyas dimidium mansum, et quilibet istorum soluit annuatim de quolibet manso quindecim modios magnos siliginis, septem modios magnos ordei, decem et nouem modios auene, dimidium modium pisarum, quatuor solidos pro censu porcorum et decimam minutam. Sed Euerhardus Snakenborch, qui colit vnum mansum singularem, soluit annuatim viginti quatuor modios paruos siliginis, duodecim modios paruos ordei, viginti quatuor modios auene, vnum modium pisarum, quatuor solidos pro censu porcorum et decimam minutam; item taberna ibidem sex solidos, item pater predicti Snakenborch habitans in eadem villa soluit annuatim quatuor solidos pro censu porcorum. Que quidem predicta bona prefatus fundator optulit eidem ecclesie nostre pure — —, sepedicte vicarie iure patronatus memorato domino Johanni fundatori, quamdiu vixerit, et post mortem ipsius Meynardo fratri et domine Elyzabeth sorori eiusdem, quamdiu vixerint ipsi, post mortem uero ipsorum Ghertrudi, relicte quondam Hinrici de Wittenborch proconsulis, ac filiis suis, videlicet Hinrico, Hermanno et Rodolpho, quamdiu vixerint ipsi seu eorum aliquis, reseruato; quibus tandem omnibus deficientibus, extunc perpetuis futuris temporibus ad decanum et capitulum ecclesie Lubicensis sepedicte vicarie ius patronatus pertinebit libere. Et vicarius — — — —. Actum Lubeke, et datum anno domini M°CCC°XXX° quinto, in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste.

Nach Leverkus I, S. 763, aus dem Original zu Oldenburg. — Vgl. Nr. 5200.

1335. Septbr. 30. Penzlin. 5619.

Walter, Pfarrer zu Penzlin, stiftet testamentarisch eine Vicarei im Kloster Broda mit einer Hebung von 18 Mark aus 3 Hufen in Schmort und von Roggen und Gerste aus der Mühle daselbst, und überträgt das Verleihungsrecht auf den Ritter Heine Holstein und dessen Erben.

In nomine domini. Amen. Vniuersis presencia visuris seu audituris, tam presentibus quam futuris, ego Wolterus rector ecclesie in Penzelyn cupio fore notum pubplice protestando, quod bona voluntate et maturo discretorum consilio ordinaui et ordino XVIII marcarum redditus de tribus mansis infra terminos ville Smort sitis nomine testamenti ad instaurandam vicariam in ecclesia Brodensi et vnum chorum siliginis et ordei in molendino prefate ville Smort

Digitized by Google

annuatim tollendum et habendum, quorum mansorum duos colit Bertoldus de Smort XII marcas dando annuatim, vnum uero mansum colit Hermannus Balsmiter dando VI marcas annuatim expedite. Que quidem vicaria post mortem meam et mei fratris Johannis, ecclesie Brodenses (!) canonici, per duos canonicos eiusdem ecclesie Brodensis in memoriam nostram et nostrorum parentum singulis diebus debet officiari, perpetuis temporibus duraturum (!). Collacionem uero prefate vicarie assigno et resigno presentibus Heynoni Holzsten militi, meo dilecto amico, et suis veris heredibus perpetue possidendum nullo obstante et habendum. Testes huius rei sunt: dominus Bolekinus de Molmerstorp et dominus Johannes de Wilym, sacerdotes, Hennig..us et Hinricus dicti Wokensteden et Joachym Bardenuelth et Ghemeke Karghow, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum Penzelyn, anno domini M° CCC° XXX° V°, sequenti die Michaelis archangeli, meo sub sigillo et domini Heynonis Holzsten et suorum amicorum.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. Ein eingehängtes Pergamentband trägt das in Bd. VII, zu Nr. 4893 beschriebene Siegel des Pfarrers Walter; Umschrift:

— S' . WALTGRI . PLGBĀ . IN . PARCH —

Zur Anhängung von noch mehr Siegeln zeigt die Urkunde keine Einschnitte. — Vgl. 1337, Jan. 26, und 1341, Juli 3.

1335. Octbr. 3. Perleberg. 5620.

Heinrich, Graf von Schwerin, vereinigt sich mit dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg über gemeinschaftliche Massregeln bei etwanigen Vergehen Hennings von Kummlosen.

Wi Henrich, van der gnade gods grewe to Zwerin, bechennin in dissim openen briefe, dat wi dem edelin vorsten marggraue Ludewig von Brandenb. hebbin entrouwen louet: were, dat Henning von Cummelose sik vorvinge an iennin manne usir beider s(e)it, so scal man em vorclagen vor us. Weddirdede denne des Henning nicht binnen vierteyn nachten, odir dede darumb, dat recht were, so scolde wi mit dem vorgenanten vorsten marggraue Ludeuig Henninges viende werdin und mit em stallin für sin hus, oft es not were. Vp dat, dat wi stede und ganz holden, so hebbin wi dissin brief darouir geuin, besigelt mit usim insigel. Dit is geschehin und diese brief is geuin to Perlebergh, nach gots gebord M° CCC° [X] XXV°, des dinstags na sunte Michels tage.

Nach Gercken, Cod. dipl. Brand. I, S. 151. — Vgl. Nr. 5551.

Digitized by Google

1335. Octbr. 16—Novbr. 11. Wismar. 5621.

Georg Wittenbeke, Rathmann, und Johann Teschow, Maslow, Hegel Teschow und Johann Lischow zu Wismar erklären sich der Herzogin von Sachsen der Vogtei wegen verschuldet mit 280 Mk.

Dominus Georgius Wittenbeke, Johannes Teskowe, Maslowe, Heghel Teskowe, Johannes Lyssekowe tenentur manu iuncta domino Johanni Vornholte, Nicolao Rauonis, Nicolao Kerktorp ad manus ducisse Saxonie nomine aduocacie ad duos annos quolibet anno centum marcas et XL marcas Lubicensium denariorum, sicuti docent littere eiusdem ducisse super hoc date et confecte. Dominus Eghardus rector ecclesie in Svlta, Heghel, Johannes Teskowe, Heghel Teskowe eripient dominum Wittenbeken indempnem omni anno.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Galli und Martyni 1335.

1335. Octbr. 20. Rostock. 5622.

Mathilde, Wittwe Werners von Belen, tritt dem Dietrich Holloger gegen eine Leibrente die ihr von ihrem Manne vererbten Güter ab.

— — Dictus vero Thidericus post obitum prefate domine Methildis erogabit filiabus duabus eius domine, sanctimonialibus in Dobertin, quinque marcas argenti puri infra annum et diem ac exponet expedite aut sui heredes. — — Anno Domini M° CCC° XXXV°, in profesto XI milium virginum.

Nach dem Rost. Lib. recognit., fol. 58.

1335. Vor Novbr. 11. 5623.

Vicke und Dietrich Moltke, Brüder, Hauptleute zu Gnoien, vergleichen sich mit dem Kloster Dargun über Besitzungen in dem Dorfe Damm, namentlich über das Winterfeld, und entsagen ihren Ansprüchen daran.

Vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presencia peruenerint, Vicko et Thidericus fratres dicti Molteke, capitanei in Gnogen, in domino salutem. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod omnis discordia inter nos, ex vna, et religiosos viros dominos videlicet abbatem et conuentum monasterii de Dargun, parte ex altera, habita de impeticione mansorum in Wynteruelde ville Dam adiacencium aliorumque dicte ville Dam quorundam bonorum, ex parte

Digitized by Google

Johannis Molteken, fratris quondam nostri, quam habuimus, amicis vtriusque partis interuenientibus est omnimodis (!) amicabiliter terminata, ita quod nec nos nec heredum nostrorum aliquis occasione mansorum vel quorumlibet bonorum ville Dam adiacencium prefatam Dargunensem ecclesiam impetere vel imbrigare vnquam debebimus aut quomodolibet molestare, sed volumus pocius abbatem et conuentum predictos vna cum predictis nostris heredibus in pacifica bonorum ville Dam adiacencium possessione fideliter omni tempore promouere. Jn quorum omnium veritatis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum M° CCC° XXXV°, ante festum beati Martini episcopi et confessoris. Testes sunt: Johannes Molteke miles, patruus noster, Bertoldus Lucowe, Georrius Rumpeshaghen, Ericus de Lipe, famuli; Thidericus furnarius, Johannes cellerarius, fratres monasteri supradicti, et alii plures fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt waren an Pergamentstreifen 2 Siegel, die beide abgerissen sind.

1335. Novbr. 22. 5624.

Johann II., Fürst von Werle, ordnet der Vicarei zur Gästrowschen Frohnleichnams-Capelle Einkünfte aus Simtz.

In nomine domini. Amen. Omnibus Cristi fidelibus natis, nascentibus et nasciturs Johannes dei gracia dominus de Werle senior salutem in domino. Notum esse volumus, ut premittitur, omnibus, quod, cum de elemosinis fidelium oblatis emerimus anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto, feria tercia post dominicam Oculi [1], a dilectis nobis Hennekino de Rotze, a filiis Hennekini Papen, ab Heynone de Rotze et sua vxore et a Bertoldo dicto Cytterpenningh, vasallis nostris, coram nobis suo et heredum suorum nomine cum consensu eorundem libere resignantibus, redditus sexaginta et vnius marcarum slauicalium denariorum in vndecim mansis et duodecim ko°tis et agris superfluis eisdem adiacentibus et in vna taberna, sitis ad villam et in villa Tzimatze in parrochia ecclesie Sprenzen, Zwerinensis dyocesis, quamlibet marcam pro quatuordecim marcis eiusdem monete pecunie eisdem vendentibus in prompto numerate et pagate, cum omnibus, sicut ipsi habuerunt, iuribus et attinenciis suis in busco, in lignis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, in agris cultis et incultis, perceptis et percipiendis, in aquis aquarumque decursibus, et omnino cum fructibus, vtilitatibus, emolimentis et libertatibus quibuscunque, sicut dicti mansi in suis terminis et districtibus seu distinctionibus iacere dinoscuntur. Quorum redditum consueto tempore pactuum exsoluet Hennekinus de Rotze tredecim marcas de tribus mansis et vno quartali, Heyno de Rotze septem marcas de duobus mansis

Digitized by Google

quartali minus, Bertoldus Cytterpenningh octo marcas de duobus mansis, Hinricus Kruse quatuor marcas de vno manso, Hennekinus Hunt sex marcas de vno manso et dimidio, Thidekinus Pape duas marcas de dimidio manso, Grethe Modersones wif quatuor marcas de vno manso, Thideke Storm viginti septem solidos de vna ko°ta et agris superfluis adiacentibus, Johannes Stuue quinque solidos de vna ko°ta, Grethe mater vxoris Thidekini Storm vnam marcam de ko°ta, Hinricus Haghemester viginti quatuor solidos de ko°ta, Petrus de Crakowe vnum talentum de ko°ta, Ermegardis vnam marcam de ko°ta, Thidekinus Blok viginti quatuor solidos de ko°ta, schele Radeke de Swisowe vnum talentum de kota, Andreas Prozmer vnam marcam de kota, Johannes Palborn vnam marcam de ko°ta, dictus Molteke duas marcas de ko°ta, Hinricus Cro˘gher duo talenta de taberna. Hii aut alii, quicunque dictos mansos, ko°tas et tabernam possederint, singulis annis, tempore quo annuales pactus secundum communem terre obseruacionem exsolui solent, erogabunt nomine pensionis. Requisito et habito consensu reuerendi in Cristo patris, domini Frederici Caminensis ecclesie episcopi, ac tocius capituli ecclesie Güzstrowensis fundauimus et instauramus cum prenotatis sexaginta et vnius marcarum redditibus duas vicaryas perpetuas equalis porcionis in cappella ciuitatis nostre Guzstrow, quam cappellam et duo simul altaria in eadem idem dominus Caminensis ecclesie episcopus anno domini millesimo tricentesimo tercio, die dominico ante festum beatorum Symonis et Jude apostolorum proximo[2], in honore sacrosancti Corporis Cristi et gloriose virginis matris Cristi Marie, beati Jacobi apostoli, necnon sanctarum Katerine et Margarete virginum consecrauit, instituens et precipiens, vt ipsius cappelle amborumque altarium supradictorum annualis dedicacio ipso die Margarete virginis simul sollempniter peragatur. Quas eciam vicaryas antedictus dominus episcopus appropriatis eis redditibus prescriptis anno domini M° C° C° C° tricesimo quinto, feria quarta post dominicam Cantate[3], approbauit, autorizauit et auctoritate sua ordinaria confirmauit. Hiis itaque redditibus per nos comparatis, eisdem vicaryis appositis et adiunctis, iure patronatus nobis et heredibus nostris in perpetuum reseruato, volumus et concedimus, vt cappellani nostri, quibus nos actu prouidimus quibusque nos aut heredes nostri in dictis vicaryis in futuro prouiderimus, dicta bona libere, quiete et pacifice habeant cum omnibus et singulis condicionibus supradictis eisque bonis iure vasallico, quo videlicet nostri vasalli gaudent communiter, gaudeant et vtantur, absque tamen seruicio vasallatus. Eapropter concessimus presentibusque concedimus, vt dicti vicarii, uel quemcunque ipsi loco sui ad hoc statuerint, minores causas iudicent et totales excessus de illis percipiant; maiorum saltem causarum iudicia, manus videlicet et colli, tantum nobis et nostris heredibus volumus reseruari. Ceterum inhibemus et inhiberi volumus colonis et tribunis antedictis et quibuscunque aliis, ne ligna predicte ville Tzymatze adiacencia secent pro voluntate propria; ymmo dicti

Digitized by Google

vicarii et alii ibidem villanorum domini habent et habebunt totalem et plenam facultatem dandi, determinandi et distribuendi ligna, que, quanta quotque velint, suppleta nichilominus suorum in lignis combustibilibus necessitate et indigentia subditorum. Dimisso preterea per nos caligarum seruicio nobis prius debito, sepedictorum vicariorum coloni, subditi et tribuni nulli hominum preterquam suis dominis, utpote vicariis antedictis, ad vecturam, araturam, labores vel ad aliqua seruicia specialiter sint astricti, nisi ad terre propugnacionem, quod landwere dicitur, vel ad aliquid tale, quod dominum terre tetigerit, tota villarum communitas euocetur. Et si tribuni ipsorum vicariorum, vt sepius accidit, pactus debitos debito tempore non exsoluerint, si ad emendandum excessum notabilem, si ad racionabiliter seruiendum suis dominis rebelles fuerint et forte pignera a se capi recusauerint: extunc nos aut nostri heredes vel successores dictos vicarios per aduocatum nostrum vel per famulos nostros fortificabimus, vt sic adiutorio nostro villanorum rebellioni possint resistere, quodque eorum iuris fuerit, captione pignerum extorquere. Jnsuper dicti tribuni pignerati pro vna expigneracione non plus quam octo solidos slauicalium denariorum expignerantibus tenebuntur erogare. Quapropter volumus, vt sepedicti vicarii in dicta cappella sua, nisi impedimento aliquo, ut puta infirmitate vel notabili negocio vel quacunque alia occasione racionabiliter obstante, diatim hora eis congruente missas, cuiuscunque officii voluerint, legendo vel cantando seruent vel ibidem seruari procurent per alios vel per alium iuxta ipsorum vicariorum libitum voluntatis. Vt igitur omnia et singula premissa cum consensu heredum nostrorum et omnium, quorum interest et interesse visum est consentire, facta et perfecta nostris successoribus innotescant, vt a nobis ipsisque firma seruentur et maneant inconuulsa, presens scriptum cum nostro sigillo eidem apposito firmiter est munitum. Testes huius rei sunt: honorabiles et discreti viri domini Hinricus Vosh, magister Herbordus, Nicolaus plebanus in Crakowe, canonici ecclesie Guzstrowensis, Michael archinotarius noster, Hinricus de Strunken, Albertus de Parchem, perpetui ibidem vicarii, Johannes plebanus in Paru°m, magister Johannes Boldewini; et strenui viri Wuluingus de Oldenborgh marscalcus noster, Hermannus de Cremun, milites, Johannes de Guzstrowe, Johannes de Bellin aduocatus noster, Marquardus de Molendino, Otto Poppentin officialis noster, Ludekinus Molendorp archicamerarius noster, Walterus quondam aduocatus noster, famuli, vasalli nostri; Emeko, olde Distelowe, Guthowe, Schalipe, consules ciuitatis nostre antedicte, Henneke Molne, Gherhardus et Nicolaus de Tarnowe fratres, Wernerus de Goslaria, ciues ibidem, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto, ipso die beate Cecilie virginis gloriose.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene grosse, schildförmige Siegel des Fürsten Johann, abgebildet in Bd. V, zu Nr. 3538. — Auf

Digitized by Google

der Rückseite steht von einer Hand aus dem 15. Jahrhundert: „Ego Bernardus Berndi, vicarius capelle sancti Corporis, do ad beneficium meum vnum excitatorium, proprie eyn wecker, successoribus meis et vnum promptuarium cum duabus capsulis et richtebenk; quod protestor manu mea propria.“ Daran schliesst sich die Notiz: „1497. Ind. XIII. Similiter idem dominus Bernardus assignauit ad eandem vicariam suam vnum carabum, vnam mensam, vnum scampnum protendens se ab estuario vsque ad ianuam domus et vulgariter enen ghengher pro appensione mapparum seu manutergiorum et vnam sedem perpetuis temporibus permansuram apud eandem vicariam et domum vicarie, presentibus domino Hinrico Barsse, perpetuo vicario in ecclesia sancte Cecilie Gustrowensi, et Nicolao Hartich, opidano Gustrowensi, testibus, et me Cosmo Ratke presente.“ — [1]= 21. März 1335, vgl. Nr. 5577. — [2]24. Octbr. 1333, vgl. Nr. 5459. — [3]17. Mai 1335.

1335. Novbr. 25. Himmelpfort. 5625.

Das Kloster Himmelpfort nimmt das Kloster Wanzka in seine Brüderschaft auf.

Uenerabili in Cristo matrone religioseque domine abbatisse totique conuentui in Wanzeke, Hauelbergensis dyocesis, frater Johannes abbas in Celiporta totusque conuentus ibidem feliciter viuere et in domino perhenniter gloriari. Racio dictat, ius exposcit, ewangelium consulit, quod iustis peticionibus nemo contradicat. Hinc est, quod vobis omnibus presentibus et futuris tamquam nostris amicis in Cristo fraternitatem nostram, quam intime petistis, vobis damus et presentibus conferimus propter deum participesque vos facimus omnium bonorum spiritualium in missis, vigiliis, oracionibus, elemosinis ceterisque piis exerciis[1] et spiritualibus operibus, que per nos successoresque nostros in loco nostro perpetuis temporibus operari dignabitur misericordia Jhesu Cristi; et cum dies obitus vestri nostro capitulo nuncciatus fuerit, absolucionis beneficium et quidquid pro fratribus nostris fieri solet, vobis deuolucius inpendamus. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Celiporta, anno domini M° CCC° XXXV°, in die beate Katherine virginis et marthiris.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. ([1] Lies: exerciciis.) An Pergamentbändern hangen:

1) ein parabolisches Siegel: auf mit Rosen bestreuetem Felde die Figur eines Abtes mit dem Stabe in der Rechten und einem Buche in der Linken; Umschrift:

✠ S' . IOhANNIS ABBATIS IN CELIPORTA

2) ein rundes Siegel, welches in einer sechsbogigen Einfassung auf gegittertem Grunde ein sitzendes Marienbild zeigt; Maria hält in der Rechten eine Lilie, und das Christkind in der erhobenen Linken anscheinend eine Kugel; Umschrift:

✠ S' : CONVENTVS : S' : MARIE VIRGINIS : IN CELI : PORTA

Digitized by Google

1335. Decbr. 10. Hamburg. 5626.

Werner Ridders, Domherr zu Hamburg, appellirt als Sachwalt der Bischöfe von Lübek, Schwerin und Ratzeburg und des Hamburger Dom-Capitels in ihrem Streite mit dem Erzbischof Burkhard von Bremen wegen streitiger Verpflichtung zum Besuche überelbischer Provincial-Concile, an den päpstlichen Stuhl und bestellt einen Stellvertreter zur Insinuation der Appellation beim Erzbischofe.

In nomine domini. Amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC°XXX. quinto, IV. idus mensis Decembris, indictione quarta, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Benedicti pape XII. anno primo, hora sexta uel quasi, constitutus in presencia mei notarii ac testium subscriptorum honorabilis vir magister Wernerus Militis, canonicus ecclesie Hamburgensis, venerabilium patrum et dominorum Henrici Lubicensis, Ludolphi Zwerinensis ac Volradi Raceburgensis ecclesiarum episcoporum, necnon Erici prepositi, Johannis decani, Johannis scolastici ac Henrici cantoris et capituli ecclesie Hamburgensis procurator, ostensis et traditis mihi suis procuratoriis, per que prima facie apparebat, ipsum esse iam dictorum dominorum verum procuratorem, quandam appellationem interposuit in hec verba:

In Cristi nomine. Amen. Coram vobis notariis ac testibus infrascriptis, tamquam personis auctenticis, ego Wernerus Militis, canonicus ecclesie Hamburgensis, venerabilium dominorum Henrici Lubicensis, Ludolphi Zwerinensis ac Volradi Raceburgensis ecclesiarum episcoporum, reuerendi in Cristo patris et domini, domini Borchardi sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi, suffrag[a]neorum, necnon Erici prepositi, Johannis decani, Johannis scolastici, Henrici cantoris et capituli eiusdem Hamburgensis ecclesie procurator, dico et propono, quod, cum nuper ad uocacionem eiusdem domini archiepiscopi iam dicti domini suffraganii pro consecracione predicti domini Volradi Razeburgensis episcopi, que tunc facienda fuerat, necnon pro audiendis litteris apostolicis, in quibus decime solucio sexanalis de omnibus prouentibus ecclesiasticis pro subsidio et recuperacione Terre sancte facienda indicitur, ad quarum eciam publicacionem audiendam personaliter eos citari fecit, in opido suo Stadis ad suam presenciam accessissent et peracta dicta consecracione episcopali easdem litteras apostolicas propter reuerenciam sedis apostolice, licet earum transumptum sub sigillo suo et manu publica, prout sibi in eisdem litteris iniungitur, transmisisse debuisset eisdem, audire parati fuissent, ipso vero differente huiusmodi litterarum apostolicarum publicacionem et ad celebrandum in eodem opido Stadensi prouinciale consilium aspi-

Digitized by Google

rante siue laborante, per prefatos dominos episcopos, ipsius suffraganeos, pro se et suis ecclesiis, ac per me Wernerum predictum, prepositi, decani, scolastici, cantoris et capituli Hamburgensis prefatorum procuratorio nomine, allegatum et propositum pluries extitit coram eodem domino archiepiscopo, quod virtute priuilegiorum et libertatum ipsis competencium non tenebantur nec artari possent, in pretacto opido suo Stadio, nec in alio loco vltra procellosum fluuium Albie a domiciliis eorum sito seu prenominato prouinciali concilio aliqualiter interesse, petitumque instanter fuit, ipsos in huiusmodi libertatibus et privilegiis, in quarum possessione se existere pretendebant, nullatenus perturbaret. Jnsuper quoque fuit propositum coram ipso domino archiepiscopo, quod supradicti domini episcopi, sui suffraganii, parati fuerant huiusmodi privilegia seu libertates sibi aut aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus, ad hoc per ipsum deputatis, infra terminum competentem iusto impedimento cessante, in quantum de iure tenerentur, ostendere ac exhibere, necnon de articulis necessariis transscriptum tradere in loco congruo et securo. Quibus sic pr[o]positis, petitis et exhibitis idem dominus archiepiscopus nimis salua sua reuerencia prouocatus, reputans preallegatas libertates tamquam auctoritati sue derogantes nimium odiosas, ad deliberandum et voluntatem suam dicendum super premissis diuersos terminos sub interuallis longorum temporum, sicut hec eciam se facturum conminando predixit, hoc opere adinplens aliquociens, videlicet in prefato opido Stadensi et sepius in ciuitate Bremensi, in non modicum dominorum meorum et meum grauamen et preiudicium assignauit. Et licet ego Wernerus, procurator pretactus, eosdem terminos in eisdem locis pluries propter reuerenciam sue persone non sine graui meo et personarum necessariarum in hoc negocio periculo, tum propter viarum discrimina et presertim propter capitales inimicicias ex parte suorum vasallorum Hamburgensi(s) ecclesie sine ipsius culpa tunc motas, tum eciam propter procellosum Albie transitum et vim aliorum fluminum imminente[m], sicut eciam pluries in ipsius presencia excipiendo proposui, non desierim obseruare; idem tamen archiepiscopus, nominatis sepe per ipsum et enumeratis diuersis locis, supradictis dominis meis periculosis et ex certis causis omnino suspectis, ad ostendendum seu exhibendum huiusmodi libertates et priuilegia eosdem dominos meos et me et personas eis in hoc negocio necessarias fatigando dissimulauit et non curauit assignare ad hec locum congruum et securum, vt prefati domini mei indebite fatigati super uacuis laboribus et expensis ab incepta defensione libertatum et priuilegiorum huiuscemodi, sicut ex premissis grauaminibus presumitur, desistere cogerentur. Nouissime vero post fatigationes multimodas ciuitatem Lubicensem, extra suam diocesin sitam, pro loco ad [ex]hibendum eiusmodi priuilegia assignauit. Ad quem quidem locum [ob] manifesta viarum discrimina et duras werrarum conmociones, quas nobilis vir dominus Johannes comes Holtzacie et Stormarie et ciues Lubicenses a nonnullis suis hostibus et aduersariis hoc tempore notorie sustinent, nequaquam patuit securus

Digitized by Google

accessus. Cumque ad predictos locum et terminum accessissem et prefata priuilegia de Hamborch ad iam dictum locum cum magna armatorum multitudine non sine metu et periculo transporta[ss]em et eadem priuilegia originalia in eisdem loco et termino exhibere paratus fuissem, apparuerunt ibidem religiosi et honorabiles viri domini Nicolaus prepositus monasterii [san]cti Georgii Stadensis et Hinricus prepositus in Nigenmonstere et Rauen canonicus Bremensis ac prepositus Ramesloensis ecclesie, Bremensis diocesis, necnon Thidericus rector ecclesie sancti Martini Bremensis, pretendentes se ad uidendum predicta priuilegia ab eodem archiepiscopo delegatos. Quibus exhibere huiusmodi priuilegia non tenebar, cum ipsi essent michi et dominis meis omnino suspecti ex eo et pro eo, quod dicti delegati sunt ipsius domini archiepiscopi immediate subditi manifeste; item ex eo et pro eo, quod quidam ex ipsis sunt ipsius consiliarii, quidam vero sui cappellani, domestici et commensales et parciales, nimio fauore et familiaritate sibi coniuncti; item ex eo et pro eo, quia dato, sed nequaquam concesso, quod prefate cause suspicionis cessarent, ad exercendum tamen actum predictum solummodo habuerunt pretacti domini archiepiscopi mandatum, ad quod consensus et auctoritas sui capituli Bremensis interuenisse nullatenus apparebat, cum tamen in litteris sue commissionis, per quam ad uidendum huiusmodi priuilegia eosdem delegatos delegauerat, de iure et interesse eiusdem sui capituli protestationem fecerit et sollicitam mencionem; item ex eo et pro eo, quod nullus procurator sue ecclesie Bremensis ibidem comparuit ab ipso et suo capitulo constitutus, qui exhibicionem huiusmodi priuilegiorum fieri postularet, sed prefati sui delegati sibi actorum seu procuratorum atque delegatorum in premissis officium assumpserunt. Verum, quod in premissis et propter premissa huiusmodi priuilegiorum canonica exhibicione vna cum supradictis dominis meis in supradicto termino indebite sum frustratus et grauia expensarum onera subire et labores superuacuos occasione huiusmodi inutiliter facere sum coactus: ex hiis ego Wernerus, procurator predictus, senciens sepedictos dominos meos et eorum quemlibet ac eorum ecclesias et me per ipsum indebite pregauari, et formidans verisimiliter ex probabilibus causis et verisimilibus coniecturis, et ex eo eciam, quod prelibat[i] domin[i] me[i], tempore publicacionis predictarum litterarum apostolicarum ipsis absentibus, per ipsum fac[tum] earundem litterarum transumptum sub sigillo ipsius a notario publico per ipsum ad hoc deputato sub eorum expensis et sumptibus redimere seu recipere sunt coacti, quod ipsis sit deinceps vlteriora grauamina pretermisso iuris ordine contra iusticiam illaturus, in hiis scriptis ipsorum nomine communiter et diuisim ad sedem apostolicam prouoco et appello, supponens ipsos et ipsorum quemlibet et eorum ecclesias, status et omnia bona et iura ipsorum ecclesiastica et mundana, necnon omnes ipsis adherentes seu adherere volentes et me et statum me(or)um protect[ioni] sedis eiusdem et apostolos michi primo instanter, secundo instancius ac tercio instantissime dari

Digitized by Google

peto, protestans, quod huiusmodi appellacionem emendare, reformare, corrigere, innouare, insinuare, notificare volo, quando et quociens fuerit oportunum.

Que lecta et interposita predictus dominus Wernerus discretum virum dominum Matthiam, perpetuum vicarium eiusdem Hamburgensis ecclesie, substituit procuratorem, presentem et substitucioni consencientem, dans sibi plenam auctoritatem eandem appellacionem insinuandi reuerendo in Cristo patri ac domino, domino Borchardo sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo, ac omnibus aliis, quorum interest seu interesse poterit, necnon apostolos super ea petendi ac omnia et singula faciendi, que in premissis quomodolibet fuerint oportune, eciamsi mandatum exigant speciale; ratum et gratum habiturus, quidquid per eundem substitutum actum seu procuratum fuerit in quolibet premissorum. Jnterposui[t] hanc appellationem in loco capitulari Hamburgensis ecclesie predicte, anno, mense, die, indictione, pontificatu et hora, quibus supra, presentibus discretis viris dominis: Alberto Wrack, Ludolpho dicto Wlfhaghe, Johanne Mons et Hartwico Brunonis, prefate Hamburgensis ecclesie perpetuis vicariis, testibus cum pluribus aliis fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Hinricus dictus Hose, clericus Bremensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, — omnia — propria manu conscripsi — —. Et ego Jacobus dictus de Sancto Spiritu, clericus Hamburgensis, — publicus auctoritate imperiali notarius, — — me subscripsi meoque signo signaui — —.

Nach einer Abschrift aus dem Original mit den beiden Notariatszeichen im Stadt-Archive zu Hamburg. — Vgl. 1336, Jan. 1, auch Nr. 4987, 4988 und Nr. 5609; 1336, Juli 15; 1341, April 22; 1345, Octbr. 19.

1335. Decbr. 10. Rostock. 5627.

Johann von Plessen und Johann Moltke, Ritter, bekennen, dass sie im Namen des Fürsten Albrecht von Meklenburg zur Einlösung des Landes Barth, welches dem Ritter Heine Scharpenberg verpfändet war, vom Kloster Neuen-Camp 1700 Mk. Sund. Pf. erhalten haben, wofür sie des Klosters Güter im Lande Barth auf 7 Jahre von allen Beden und Lasten befreien.

Nos Johannes de Plesse et Johannes Molteke, milites, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod religiosi domini abbas et conuentus monasterii Noui Campi, non ex alicuius iuris debito, sed solum fauorabiliter et

Digitized by Google

gratiose, defensionis causa, nomine nobilis domini nostri Alberti Magnopolensis in subsidium redemptionis terre Bard a domino Heinone Scarpenbergh nobis in parata pecunia mille et septingentas marcas denariorum Sundensium sub conditionibus infrascriptis amicabiliter tradiderunt, ita videlicet, quod dictos dominos religiosos abbatem suosque fratres, monasterium, villas, curias, allodia, molendina, omnia et singula bona eorum mobilia et immobilia, tam in Gruwel quam vbicumque in terra Bard sita, ad dictum monasterium spectantia, ac omnes suos subditos et colonos cum omni fidelitate debemus defendere et tueri contra omnes inuasores et iniuriatores eorundem quoscunque cum effectu ac eis in omnibus iustis causis eorum contra quascumque personas spirituales et seculares, cuiuscunque conditionis, status, dignitatis aut preeminentie existant, vniuersitates, opida vel ciuitates consilio et auxilio fideliter patrocinium prestare, dimittentes nichilominus eosdem dominos abbatem suosque fratres et subditos monasterii antedicti per septem annos continuos, incipientes ab anno domini millesimo CCC. XXX. sexto, die beati Nicholai episcopi, quorum septem annorum vnus annus ex parte dicti domini Heinonis Scarpenbergh computetur, liberos et quietos ab omnibus exactionibus, peticionibus oportunis et inportunis, requisitionibus iustis vel iniustis, grauaminibus seu talliacionibus precariarum, annone, pecorum aut aliarum quarumcunque rerum, que a dictis dominis abbate suisque fratribus et eorum subditis, vt premissum est, generali vel speciali exactione vel requisitione, seu quocumque alio modo censeri debeat, poterunt quomodolibet extorqueri. De quibus omnibus dicti dominus abbas et conuentus iuxta suorum priuilegiorum libertatem disponent pro eorum libito voluntatis. Preterea dictos dominos abbatem et conuentum atque ipsorum villas, curias, grangias, allodia, molendina, necnon subditos suos et colonos ab omni seruitutis specie et onere vehendi, fodiendi, arandi, metendi et ab expensis nobis et nostre familie quomodolibet ministrandis, a pabulationibus equorum nostrorum, licet ad omnia huiusmodi predicti de iure minime teneantur, de facto tamen supportatos habebimus penitus et exemptos. Pro dicta summa pecunie et dampno seu vsura, quas dicti domini religiosi occasione dicte pecunie incurrere poterunt et eos facere oportet, que estimantur annuatim ad centum et septuaginta marcas denariorum predictorum, neque per dictum nobilem dominum nostrum Albertum Magnopolensem, neque per ipsius capitaneos, milites vel vasallos, neque per nos vel per quemcumque alium vel alios, cuiuslibet etiam occasionis seu nove adinuentionis pretextu remoto, aliqualis exactio, petitio vel requisitio magna siue parua a dictis dominis abbate suisque fratribus ab ipsorum bonis seu subditis, vt predictum est, vllatenus extorqueatur. Item, si infra dictum tempus septennii inter dominos terrarum vel inter ciuitates Sundensem, Gripeswaldensem et Dymyn, seu inter nos et quoscunque alios gwerra et controuersia oriri contigerit, quod absit, occasione cuius abbatia[m] dictorum dominorum seu cetera eorum bona depactari seu deuastari contigerit

aut dampnum aliquod incurrere, extunc ipsum tempus gwerre seu controuersie inter dictum tempus septennii minime computetur, sed eo defalcato predictis dominis religiosis longius tempus eo modo et forma, ut premissum est, cum omnibus clausulis et articulis in presenti scripto contentis indulgebimus, donec antedictum septennii tempus integraliter compleatur. Jnsuper, si intra dictum septennii tempus ipsa terra Bard a nobis vel nostris heredibus per dictum dominum nostrum Magnopolensem vel quemcunque alium seu alios, vel etiam ab ipso domino Magnopolensi redimeretur, aut nos vel nostri heredes ab eadem modo quocumque, etiam per mortem, quod absit, absolueremur, extunc ordinabimus, has nostras literas et quelibet in iis contenta domino abbati et conuentui supradictis inuiolabiliter obseruari. Per hanc vero ordinationem inter dictos dominos abbatem et conuentum antedictos, ex vna, et nobilem dominum nostrum Magnopolensem predictum et nos, parte ex altera, amicabiliter factam nolumus priuilegiis seu libertatibus eorum a quibuscunque personis ipsis datis et concessis preiudicium aliquod generari, sed ea pocius in omnibus suis clausulis inuiolabiliter obseruari ordinabimus cum effectu. Jnsuper procuremus, dictum dominum nostrum Magnopolensem omnia et singula prescripta per nos cum dictis dominis religiosis placitata in toto et in parte eis firmiter obseruare eisque apertam literam presentis tenoris, maiori suo sigillo sigillatam, infra hinc et instans festum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum[1] super hoc eis dare in cautelam firmiorem. Preterea, si aliquem compromissorum nostrorum infrascriptorum medio tempore mori contigerit, quod absit, extunc nos alium eque idoneum in locum ipsius defuncti eisdem dominis compromissorem subrogemus. Ceterum bona fide vna cum nostris compromissoribus infrascriptis promittimus et quilibet nostrum in solidum et presentibus fide nostra prestita irreuocabiliter nos et nostros heredes obligamus, omnia et singula supradicta in toto et in parte sepedictis dominis abbati suisque fratribus inuiolabiliter obseruare nec quouis modo seu ingenio contra ea facere vel venire, renunciantes cum hoc omni iuris vel facti beneficio seu auxilio, per que presens nostrum promissum per nos vel aliquem alium vel alios infringi vel futuris temporibus e[i] quomodolibet poterit obuiari, et omnia et singula placitata per dominum Heynonem Scarpenbergh cum prefatis dominis religiosis conseruabimus, prout in literis super hoc confectis plenius continetur. Et nos Hinricus de Barnikowe, Hinricus de Plesse, milites, Johannes de Bylowe, Hinricus de Bylowe, filius domini Vicconis de Bylowe militis, Hinricus Bonensak, Hinricus de Plesse, frater dicti domini Johannis de Plesse, et Rawen, filius dicti domini Hinrici de Barnekowe militis, armigeri, et Eghardus Velchowe, ciuis in Grewesmo'len, Johannes et Otto fratres dicti Babben, Vicco et Thidericus dicti Moltecken, aduocati terre Gnoyen, Gunterus de Lewetzowe, Vicco Molteke, frater dicti domini Johannis Molteken militis, et Bertold[us] Lukowe, advocatus eiusdem Johannis Molteken, armigeri, pro hiis omnibus firmiter obseruandis vna cum

Digitized by Google

predictis domino Johanne Plesse et Johanne Molteke, militibus, manu coniuncta et in solidum data fide promisimus et promittimus in hiis scriptis. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Rostock, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto, feria secunda ante diem beate Lucie virginis.

Nach einer von Professor Hering mitgetheilten Abschrift aus von Dreger's handschriftl. Cod. diplom. Pomer. (in der Stettiner Gymnasial-Bibliothek), Fasc. XV. (= 1 Mai 1, 1336.) — Vgl. Nr. 5590.

1335. Decbr. 22. Wismar. 5628.

Nicolaus Stralendorp, Heinen des ritters Sohn, verkaufft dem Closter zu Rune drey Hufen, zum dorffe Grossen Krassow belegen, vor 200 Mk. lub. Datum et actum Wissmer, 1335., feria sexta quatuor temporum ante natiuitatem Christi.

Clandrian, Protoc. fol. 232 b.

1335. Decbr. 29. Lübek. 5629.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet, dass Hermann von Pöl in der Pöler Kirche eine Vicarei mit Hebungen aus Timmendorf gestiftet hat.

Uniuersis presencia visuris seu audituris Hinricus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus salutem cum noticia subscriptorum. Noueritis, quod discretus vir Hermannus de Pole, laycus, pietatis afflatus spiritu, de consensu nostro ac voluntate et beneplacito honesti viri domini Gerhardi Wlomen, rectoris ecclesie in Pole, nostre dyocesis, ad honorem omnipotentis dei sueque pie matris Marie ac omnium sanctorum, pro sua quoque suorumque progenitorum et posterorum animarum salute, in eadem ecclesia Pole fundauit, creauit et constituit vnam vicariam perpetuam ipsamque dotauit de bonis suis propriis, videlicet cum tribus marcis denariorum Lubicensium, percipiendis annuatim de vno manso cum dimidio sitis in villa Tymmendorpe, parrochie Pole, quos nunc colit Hinricus Kokemester; item cum tribus marcis eorundem denariorum, percipiendis annuatim de vno manso cum dimidio sitis in eadem villa[1], quos nunc colit Hermannus Winther; item[2] cum vno tremodio siliginis, vno tremodio ordei et vno tremodio auene, percipiendis annuatim de dimidio manso in dicta villa Tymmendorpe sito, quem nunc colit quidam dictus Droste[2]; item cum viginti vnius solidorum eorundem denariorum redditibus, quos iurati seu procuratores pretacte ecclesie in Pole de

Digitized by Google

fructibus et obuentionibus reddituum eiusdem ecclesie tenebuntur annuatim[3] soluere, prout in litteris super hiis[4] confectis plenius continetur[5]: ita quod vicarius dicte vicarie, qui pro tempore fuerit, prefatos redditus[6] annis singulis vsibus suis totaliter applicabit; iure patronatus eiusdem vicarie prefato Hermanno de Pole ad tempora vite sue et post mortem ipsius Hennekino, filio fratris sui Olrici, ac Hermanno, filio fratris sui Petri, quamdiu vixerint ipsi seu eorum aliquis, et eis defunctis domino Gerhardo Wlomen, rectori dicte ecclesie[7] in Pole, ad tempora vite sue reseruato, quibus tandem[8] omnibus deficientibus, extunc perpetuis futuris temporibus eiusdem vicarie ius patronatus ad . . episcopum Lubicensem, qui pro tempore fuerit, pertinebit. Preterea vicarius pretacte vicarie omnibus horis diuino officio religione indutus intererit, nisi legitime impeditus fuerit, ac omni die missam suam inter officium matutinum et summam missam celebrabit, ita quod ante ipsam summam missam sit finita; sed in sollempnitatibus maioribus pro ipsius rectoris seu vicerectoris libito missam suam dicet aut cantabit. Jnsuper, si[9] propter presenciam funeris aut aliquam sollempnitatem vel ex alia causa rectori seu vicerectori dicte ecclesie incumbat, quod diuinum officium per se vel per socium suum aut socios non queat perficere, idem rector seu vicerector sepedictum vicarium requiret, vt ipsum adiuuet, et tunc ipsum rectorem in perficiendis missis tenebitur adiuuare, et illo tempore ad iniunctam sibi missam racione vicarie sue non erit aliquatinus obligatus. Jtem ad confessiones audiendum, infirmos visitandum, generaliter ad omnia sacramenta ecclesiastica conferendum idem vicarius non erit aliquatinus astrictus, nec se de eis intromittet, nisi requisitus et rogatus per dictum rectorem, et tunc se non subtrahet quouis modo. Obuentiones etiam altaris sui et cuiuslibet in dicta ecclesia, quicquid etiam sibi pro missis peculiaribus aut votiuis seu memoriis faciendis fidelium aut in testamentis oblatum vel datum fuerit, suum non erit, sed rectori ipsius ecclesie totum fideliter presentabit, nisi forsan si quisquam fidelium in vita vel in morte aliquid rectori dicte ecclesie et presbiteris ibidem specialiter et distincte legauerit vel donauerit: tunc, quicquid ipsi vicario donatum vel legatum fuerit, suum erit[10]. Ceterum prelibatus vicarius nullam dissensionem seu litem inter rectorem prefatum et parrochianos suos suscitabit per se vel per alium, publice vel occulte, nec ipsum verbo vel facto offendet seu turbabit, sed ei in omnibus honestis et licitis obtemperans sibi honorem et reuerenciam debitam exhibebit. Premissas vero condiciones et earum quamlibet ac omnia et singula in presenti littera contenta vicarius sepedicte vicarie, qui pro tempore fuerit, seruabit ad vngwem sub pena excommunicationis in ipsum per nos aut successores nostros, si secus fecerit, proferenda. Jn[11] quorum omnium et singulorum euidens testimonium sigillum nostrum presenti littere duximus apponendum. Datum Lubeke, anno domini M° CCC° XXXVI°, in die beati Thome Cantuarensis episcopi.

71*

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von dem eingehängten Pergamentstreifen ist das Siegel abgefallen.

Nach einer andern Original-Ausfertigung grösstentheils gedruckt bei Leverkus, Urk.-Buch des Bisthums Lübek I, S. 769, aus welchem Abdruck wir folgende Abweichungen anmerken: [1] eadem villa Thymmendorpe — [2] item — Droste: folgt erst nach continetur [3] — [3] ann. ten. — [4] super hoc — [5] dictos redditus — [7] dicto rectori — [8] tandem: fehlt — [9] si — [10] erit: hat Lev. übergangen. — [11] Von hier an lautet der Schluss bei Lev.: „Vt autem pretacta vicaria cum omnibus suis p[re]missis condicionibus semper perseueret stabilis et nullatenus immutari valeat, presentem paginam nostro ac rectoris et fundatoris premissorum sigillis fecimus communiri. Et nos Gerhardus Wlome, rector ecclesie in Pole, et Hermannus de Pole, layens, profitentes omnia et singula premissa, prout premittuntur, esse acta et ordinata, in eorum perpetui roboris firmitatem sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum et actum Lubeke, anno domini M°CCC°XXX° sexto, in die beati Thome Cantuariensis episcopi et martiris."

(1335—1338.) 5630.

Aufzeichnung der Kämmereiherren zu Lübek über die Werthersttattung einer von Vicke von Stralendorf genommenen Partie Heringe.

Nos recepimus ex parte domini Vickonis de Stralendorpe, militis, C marcas denariorum pro allecibus per eum ablatis. Jnde habebunt perditores allecium LX marcas, et non plus. [1]Jnde recepit Bruno Bruninch de Monasterio pro suo naulo XXXII marcas denariorum, pro quo fideiusserunt Hermannus de Monasterio et Fredericus de Cremun in solidum, quod nullius sequi debeat actio. De predictis LX marcis denariorum nos dedimus vni Gotscalco Scoto perditori allecium XXIIII marcas denariorum, in quibus se tenet contentum. Jtem de eisdem LX marcis presentauimus Frederico de Cremun XXXVI marcas denariorum ad manus Brunonis Bruninch, naute, pro suo naulo et quorundam aliorum de Riga perditorum bonorum suorum. Pro dictis marcis dictus Fredericus obligauit suam hereditatem, in qua moratur apud Trauenam, vt, si alicuius actio in futurum subsequeretur, pro eis satisfacere debeat de dictis XXXVI marcis.

Jstud deletum est ad respectum cuiusdam cartule patentis, quam retinuit Fredericus predictus[2].

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, 630: „aus dem ältesten Kämmerei-Buche, unter der Rubrik: Diuersa Notabilia. fol. 3*, und zwar zwischen Aufzeichnungen von 1335 und 1338. — [1] Dieser Satz, später hinzugefügt, wie alles Folgende, steht in einer Rasur, und sind die Zeilen einzeln durchgestrichen. — [2] Dieser letzte Satz ist nachträglich beigefügt, und alles Obige kreuzweise überstrichen."

Digitized by Google

1336. **5631.**

Thiderici, Probsts zu Dobertin, brieff, das er dassienige, was Godefridus wegen zweier Hufen vnd dreier wuhrde zum Krancken-Hause zu Dobertin geordnet, wolle genem halten. Datum 1336.

Clandrian, Dobb. Reg. Nr. LXXXI. — Vgl. Nr. 5572 und 5573.

1336. **5632.**

Eyn brief vber ein hueffe sampt aller gerechtigkeit zw Beckentin, in Hermen Petri hofe gelegen, gibt VIII schef. rogken Jerlich, yst gekaufft vor IX Mk. selbers stendelscher wicht, ewiges kaufs. Vorkeuffere Ludtke vnd Henningk gebrueder die Paschedage, keuffere die vorwesere der Elenden Gilde *[zu Grabow]*[1]. Yst datirt Jm 1336^{L} Jar.

Nach dem aus dem 16. Jahrhundert stammenden „Register der Siegel vnd briefe zur kirchen vnd kalande zw [1]Grabow gehorich", Nr. XXV, im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. unten zum Jahre 1339 die Stiftung des Heil.-Geist-Lehns zu Grabow mit 9 Hufen zu Bekentin.

1336. Güstrow. **5633.**

Ordnung und Statuta des Kalands zu Gustrow, aufgerichtet anno 1336.

Clandrian, Registratur S. 374.

Anm. Im Jahre 1843 war im Stadt-Archive zu Güstrow noch das Kalandsbuch, „ein „Buch des Kalandes oder der Brüderschaft S. Gregorii und S. Augustini, enthaltend „Statuten, Einrichtungen, Hebungen, Messen, kurz alle Nachrichten über den Kaland, auf „Pergament, aus dem 15. Jahrhundert, bis 1525"; vgl. Jahrb. VIII, B., S. 156. Dieses sehr merkwürdige Buch ist seitdem aber verschwunden und trotz aller Nachforschungen nicht wiederzufinden. G. C. F. Lisch.

1336. **5634.**

Dietrich Flotowen brieff auf 1 dromet hundekorn im Dorfe Kitzerow[1]. Ao. 1336.

Clandrian in dem Verzeichnisse der ihm vom Kloster Malchow zugestellten Siegel und Briefe. Original oder Abschrift ist nicht zu finden. ([1]jetzt Kisserow.)

Digitized by Google

(1336.) Wismar. 5635.

Iwan von Klätz, Rathmann zu Wismar, kauft von den Rathmännern daselbst 10 Mk. Rente aus dem Stättegelde der Gärber und Pelzer.

Dominus Ywanus de Clutze emit de nobis consulibus ad vsum puerorum suorum . . . . . decem marcarum redditus Lubicensium denariorum, festo Michaelis ex sortilegio serdonum et pellificum [tollendos].

Nach Schröders Ausführl. Beschreibung, S. 625.

(1336.) Wismar. 5636.

Die Rathmänner zu Wismar lassen den Gebrüdern Bernhard und Reimbern von Plessen den Hof ihres Vaters, des Ritters Helmold, in der Papenstrasse daselbst auf Lebenszeit.

Consules dimiserunt Bernardo et Reymberno filiis domini Helmoldi de Plesse curiam, quam pater eorum habuit, absque statutis ciuilibus libere ad inhabitandum, quamdiu viuunt aut vnus eorum, sed pontes lapideos pro eorum parte vt alius ciuis emendabunt, post mortem eorum per nos vendendam et pecuniam inde prouenientem ad emendacionem viarum ciuitatis conuertendam. Sic nichil ipsorum heredes proprietatis in dicta curia reseruabunt post mortem predictorum.

Nach Schröders Ausführl. Beschreibung, S. 207.

(1336.) Wismar. 5637.

Johann Krämer kauft ein Erbe in der Krämerstrasse in Wismar.

Johannes Kremere emit de Rotchero de Gnevesmolen hereditatem in platea institorum antique apothece contiguam . . . . .

Nach Schröders Ausführl. Beschreibung, S. 1362.

Digitized by Google

1336. Jan. 1. Bremen. 5638.

Burkhard, Erzbischof von Bremen, meldet dem Papste Benedict, dass ihm die Appellation Werner Ridders vom 10. Decbr. 1335 insinuirt sei, er solche aber zurückweise.

Sanctissimo in Cristo patri et domino suo, domino Benedicto sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Borchardus dei et apostolice sedis gracia archiepiscopus ecclesie Bremensis cum omnimoda reuerencia et obediencia deuota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre tenore presencium cupio fore notum, quod constitutus in presentia mea anno domini millesimo CCC° tricesimo quinto, tertio idus mensis Decembris, Mathias perpetuus vicarius in ecclesia Hamburgensi, mee dyocesis, procurato[r] infrascriptus, ut dicebat, notificauit mihi quandam appellationem, si appellatio dici mereatur, cuius tenor de verbo ad uerbum erat talis: *[Hier folgt die Appellation Werner Ridders vom 10. Decbr. 1335, Nr. 5626.]* Cui appellacioni tanquam iniuste et male interposite, et quia ueritati non innititur, sed falsis et friuolis causis conficta dinoscitur, non deturi nec defero et eam refutaui et refuto, dans et tradens hos apostolos refutatorios, sigillo meo sigillatos, Alberto de Lubeke, clerico mee dyocesis, procuratori substituto a Wernero Militis, procuratore predicto, prout per quoddam publicum instrumentum, confectum per Hinricium dictum Vinke, clericum Raceburgensis dyocesis, publicum imperiali auctoritate notarium, ut dicebatur, apparebat. Datum in ciuitate mea Bremen, anno a natiuitate domini millesimo tricentesimo tricesimo sexto, die prima mensis Januarii.

Nach einer Abschrift aus dem im Hamburger Stadt-Archive aufbewahrten „Original mit stark beschädigtem Siegel".

1336. Jan. 13. Cismar. 5639.

Das Kloster Cismar nimmt eine Veränderung in der Verpachtung seiner Güter in Schmakentin vor, und bekennt, dass es die neu bestimmten Hebungen verkauft hat.

Nos Johannes dei permissione abbas monasterii in Ciscemer, ordinis sancti Benedicti, coram uniuersis Cristi fidelibus presens scriptum cernentibus uel audientibus recognoscimus per presentes, quod nos et ecclesia nostra uillam Smagentin possedimus multis temporibus in quieta possessione in hunc modum, uidelicet quod decimam in eadem uilla percepimus de toto agro, quem coloni eiusdem uille aratro coluerunt, tam in curiis quam extra in agris, preter censum, hoc est de quolibet manso unum tremodium siliginis, et preter alia, scilicet

Digitized by Google

pullos et linum, que ultra decimam dederunt; quandocunque uero non placuit nobis tollere huiusmodi decimam, conuenimus cum colonis supradicte uille, ut pro decima et censu darent nobis et ecclesie nostre duo tremodia siliginis et duo tremodia auene de quolibet manso, pullos autem et linum dabant ut prius. Hec autem bona, sicuti nos ea habuimus et possedimus, quibusdam personis libere et quiete uendidimus possidenda. Datum Ciscemer, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, in octaua epiphanie domini, nostro sub sigillo.

Aus einer von Lorenz Clandrian nach dem Original beglaubigten Abschrift des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin. — Vgl. Bd. IV, B., S. 78, auch Nr. 5152 und 5153.

1336. Jan. 13. — März 10. Wismar. 5640.

Hermann Walmerstorp, Rathmann, Hartmann von Vicheln und Heinrich Bützow zu Wismar versprechen 30 Mk. Lübisch für Heine Stralendorf an Johann und Jacob Bumann daselbst.

Dominus Hermannus Walmerstorp, Hartmannus et Bvtzowe tenentur manu iuncta Johanni et Jacobo dictis Buman XXX marcas Lubicenses proximo Galli soluendas in parato aut pignore expedite sine briga. Heyno Stralendorp, frater domini Vikkonis, tenebit alios omnes indempnes scriptos et subscriptos. Specialiter ipse Heyno, Boydenstorp et Heyno Stralendorp de Tzvrowe eripient dominum Hermannum ab omni debito sue partis.

Nach einer getilgten Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Octaua epiphanye und Letare 1336.

1336. Jan. 13. — März 10. Wismar. 5641.

Marquard Nagel kauft von Hinzeke Rodeler eine halbe Hufe zu Kägsdorf.

Marquard Naghel senior emit pro se ac heredibus suis dimidium mansum sytum Ketelhodestorp de Hincekyno Rodeleer pro VII marcis Lubicensibus, quarum soluet proximo pasche II marcas et deinde infra Michaelis et Martyni proxime futuris V marcas Hermanno et Hincekyno de Tribbeses et Radekyno Tribbeses. Si huiusmodi quinque marcas non solueret, tum dicte due marce debent esse amisse Marquardo, et dimidius mansus predictus liber et proprius redibit ad Hincekynum Rodeleer, sicut fuit. Et quandocumque post persolucionem venire potest securus, vbi resignandus est dimidius mansus, veniet et resignabit et warandabit pro se ac quibuscumque aliis iure volentibus contentari.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Octaua epiphanye und Letare 1336.

Digitized by Google

1336. Jan. 18. Lübek. 5642.

Johann Küle, Knappe, verkauft den Testamentarien des weiland Lübischen Bürgers Gerlach von Kastorf das Dorf Johannstorf bei Dassow.

Uniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Johannes Kûle, armiger, salutem in domino cum noticia ueritatis. Ad vniuersorum noticiam cupio peruenire protestans euidenter, me de consensu heredum et proximorum meorum ac omnium, quorum intererat, beneplacito[1] et voluntate rite et rationabiliter vendidisse in perpetuum et coram nobili domino meo, domino Alberto Magnopolensi, Stargardensi et Rostocensi, legitime resignasse discretis viris Bodoni et Sifrido fratribus dictis de Bernewic, Johanni Witten et Thidemanno de Sozato, ciuibus Lubicensibus, fidecommissariis[2] Gerlaci de Castorpe felicis recordacionis, ciuis ibidem, ementibus et recipientibus pro se et illis, in quos transtulerint in futurum, villam meam Johannestorpe, iuxta stagnum Dartzowense situatam, dyocesis Raceburgensis, habentem nouem mansos, quorum Gûde Johan colit duos, annuatim soluentes redditus sex marcarum denariorum, et de molendino confracto ac piscaria seu stagno sue curie adiacenti viginti solidos denariorum, Hermannus iuxta valuam et Radeko ambo simul colunt tres mansos, quolibet vtrorumque colon[or]um annuatim viginti quatuor solidos denariorum exsoluente ac nichilominus domino episcopo Raceburgensi prestante decimam suam annualem, Hermannus Trepetowe duos mansos colit, de quibus dabit sex marcas denariorum annuatim, monete videlicet per omnia Lubicensis, pro precio trecentarum et quinquaginta sex marcarum eorumdem Lubicensium denariorum michi in numerata pecunia integraliter solutarum et in vsus meos necessarios conuersarum. Qua quidem villa dicti emptores et hii, in quos translata fuerit per eos, vti debent pacifice et libere cum omnibus suis attinenciis, campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, molendinis et molendinorum instagnacionibus, aggeribus, viis et inviis, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, prout ipsa villa nunc iacet, et cum omnibus iuribus, iudiciis supremis et infimis et iudiciis omnibus intermediis, necnon cum omni ecclesiastica libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate, et plane cum omnibus et singulis condicionibus, sicut ea hactenus perfruebar, ac specialiter cum libertatibus per pretactum magnificum dominum meum dominum Magnopolensem ex sui ipsius interesse adiectis. Habebunt eciam hiidem emptores vel eorum heredes aut sequaces plenam et liberam potestatem transferendi, quacumque alienacione decreuerint, predictam villam cum omnibus pertinenciis suis et omnibus iuribus in ecclesias, monasteria vel vicarias, in quascumque personas sublimes uel humiles, ecclesiasticas uel seculares, secundum beneplacitum eorumdem, faciendique et dimittendi

Digitized by Google

cum sepedicta villa et suis pertinenciis eorum propria auctoritate, absque mee et meorum heredum seu cuiuslibet alterius nouo consensu in posterum requirendo, et in perpetuum, quicquid uelint. Promittens bona fide pro me et meis heredibus ac successoribus vniuersis dictis emptoribus et eorum heredibus veris stipulantibus et recipientibus litem uel controuersiam aliquam eis ac eorum successoribus de dictis bonis ac eorum attinenciis, iuribus et libertatibus vel aliqua eorum parte nullo tempore inferre nec inferenti consentire, sed[3] ea ipsis eorumque heredibus ac successoribus tam in proprietate quam in possessione cum libertatibus et condicionibus suprascriptis ab omni persona legitime defendere, auctorizare et disbrigare; renuncians nichilominus excepcioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum et omni alteri iuris aut facti auxilio, quod contra premissa uel aliquod eorum posset obici uel opponi. Pro quibus omnibus et singulis inuiolabiliter seruandis vna mecum in solidum firmiter promiserunt honorabiles viri Hinricus de Plesse et Johannes de Plesse, milites, Bertrammus Kůle et Hartwicus Kůle, armigeri, quorum sigilla vna cum meo sigillo presentibus sunt appensa in maiorem certitudinem et cautelam. Actum et datum anno domini M°CCC° tricesimo sexto, in die beate Prisce virginis et martiris.

Aus dem Reg. Cap. Lub. II, 96 zu Oldenburg mitgetheilt vom Archivrath Römer. — Im Haupt-Archive zu Schwerin befindet sich von obiger Urkunde eine niederdeutsche Uebersetzung aus dem 15. Jahrhundert. Darin: [1]gud behach — [2]lo'fbeuallen — [3]sunder wy willen de guder en vnde eren eruen vnde nakomelinghen so in eghendom als in besittinghe myt vrigheiden vnde maten bauen ghescreuen van allen personen reddeliken vordeghedinghen, vormechtigen vnde entthomen. Jk vorsekre nicht to minrende weddersproke loszheide, qwatheide, wedderscheldinghe, weddersettinghe in vullenkamen macht vnde alles anderen rechtes ofte dondes hulpe — —. — Vgl. Nr. 5643 und 1336, Mai 31.

1336. Jan. 18. Wismar. 5643.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht den Testamentarien des verstorbenen Bürgers Gerlach von Kastorf zu Lübek das von Johann Kůle erkaufte Dorf Johannstorf.

In nomine domini. Amen. Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rostoccensis dominus vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Ad perpetuam re[ru]m digne gesta[ru]m presencium et futurorum memoriam deducimus per presentes, nostrum fidelem Johannem dictum Kůlen, filium Bertrammi Kůlen quondam militis, de nostro et heredum suorum ac omnium, quorum intererat, beneplacito et consensu rite et rationabiliter vendidisse, dimisisse et cessisse prouidis uiris Bodoni et Sifrido fratribus dictis Bernewich, Johanni dicto Wittene et Thidemanno de Sost, ciuibus Lubicensibus, procuratoribus Gerlaci de Castorpe felicis memorie, ciuis

Digitized by Google

ibidem, ementibus et recipientibus pro se et illis, in quos transtulerint in futurum, villam Johannestorpe, sitam in parrochia Dartzowe, Raceburgensis dyocesis, optinentem nouem mansos, quorum Gude Johan colit duos mansos, annuatim soluentes redditus sex marcarum denariorum Lubicensium, et pro molendino confracto ac piscaria seu stagno sue curie adiacenti viginti solidos denariorum, Hermannus iuxta valuam et Radeko colunt tres mansos, de quibus quilibet ipsorum soluet annuatim viginti quatuor solidos denariorum et domino episcopo Raceburgensi annuatim suam decimam, Hermannus Trepetowe colit duos mansos, de quibus dabit sex marcas denariorum, Johannes Buse colit duos mansos, soluentes eciam sex marcas denariorum annuatim, monete scilicet per omnia Lubicensis, et hoc pro precio trecentarum et quinquaginta sex marcarum eorumdem denariorum Lubicensium eidem nostro fideli numeratarum et integraliter persolutarum, prout coram nobis publice est confessus. Qua quidem villa dicti emptores et hii, in quos translata fuerit per eos, perfrui debent pacifice et libere absque omni obstaculo cum omnibus suis attinenciis, campis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, virgultis, aquis aquarumque decursibus, stagnis, instagnacionibus, molendinis, molendinorum instagnacionibus, aggeribus, viis et inuiis, exitibus et regressibus, terminis et terminorum distinctionibus, ut nunc ipsa villa iacet, et cum omnibus iuribus, iudiciis supremis et infimis et iudiciis omnibus intermediis, necnon cum omni ecclesiastica libertate et perpetua proprietate, commoditate, vtilitate et emolimentis omnibus, libertata a nobis et nostris heredibus et successoribus ab omni homagio et vasallatu et ab omni iure seruitutis ac vectigalis et exactionis seu prestacionis onere emancipata et exempta de vexacionibus borchwerk et brucwerk et gwerrarum expedicione, excepto dumtaxat, quando ingruente communi necessitate hostili populus ad defensionem terre fuerit communiter euocatus. Habebunt eciam prefati emptores et eorum sequaces plenam auctoritatem, quandocumque et quocienscumque decreuerint, statuendi in dicta villa aduocatum sibi aptum, qui omnes et singulas causas iudicabit et puniet secundum transgressorum merita, nobis et nostris aduocatis minime requisitis. Jnsuper dictus noster fidelis predicta bona vendita, ut premittitur, cum omnibus suis heredibus et omnibus, quorum intererat, coram nobis legitime resignauit antedictis emptoribus et renunciauit omni suo iuri et proprietati et fructui per eum in hiis bonis hactenus habitis et habendis in futurum. Renunciauit eciam omni actioni et excepcioni doli mali et precii non numerati, non soluti, et omni alii iuris et facti auxilio, quo premissus contractus posset quomodolibet impediri, promittens bona fide, quod ea bona debeat dictis emptoribus et eorum sequacibus a cuiuslibet hominis et vniuersitatis impeticione defendere et disbrigare et habere omnia et singula premissa rata et firma, nec contra facere uel uenire de iure uel de facto, publice uel occulte. Et nos de consilio et consensu nostri carissimi fratris domicelli Hinrici[1]

Digitized by Google

nostrorumque consiliariorum et fidelium hec omnia premissa et quodlibet premissorum ratum et gratum habentes, dicta bona cum omni iure et singulis prenotatis condicionibus sepetactis emptoribus conferimus ea tenendi et possidendi et habendi, plenam auctoritatem ea vendendi, donandi, alienandi et transferendi in personas quascumque ecclesiasticas uel seculares, uel instaurandi inde beneficium uel beneficia ecclesiastica et quocumque alio modo ordinandi cum eis, quidquid eis et eorum successoribus videbitur expedire. Huius rei testes sunt nostri fideles: Nycolaus de Helpede, Hinricus de Plesse, Johannes de Plesse, milites, Bertrammus Kůle, famulus, et quam plures alii clerici et layci fide digni. Ad pleniorem autem euidenciam premissorum presens scriptum nostro sigillo fecimus firmiter roborari. Datum Wysmarie, anno domini M°CCC°XXX° sexto, in die beate Prisce virginis.

Nach Leverkus I, S. 774, aus dem Reg. Cap. Lub. II. — Eine niedersächsische Uebersetzung befindet sich im Haupt-Archive zu Schwerin. Diese giebt richtiger „[1] vnses leuesten broders junker Johans.“ — Vgl. Nr. 5642 und 1336, Mai 31.

1336. Jan. 21. Sülz. 5644.

Die Rathmänner zu Sülz, Albert Sŏwenmark und die Sparenberg bewidmen eine Vicarei in der Kirche zu Sülz, welche der Bischof Ludolf von Schwerin am 16. Febr. bestätigt.

In nomine domini. Amen. Cum ab huius exulatus miseria tantum sequuntur opera, alios in interitum, alios in salutem, expediens dinosc[i]tur, in hac lacrymarum valle superstites talia exercere operum studia, quibus mediantibus ipsis portio in terra viuentium largiatur. Hinc est, quod consules oppidi Sulten, Albertus Seuenmarck, Joannes Sparenbergk ac vxor eius Richeborch, Godfridus Sparenbergk ac dominus Joannes Spørenbergk, presbyter, ob remedium ac salutem animarum suorum heredum, coniu[n]ctorum ac omnium successorum vnum simplex beneficium seu vicariam in ecclesia parochiali oppidi Sulten consensu domini Eghardi, rectoris ibidem, obtento in honorem dei omnipotentis eiusdemque matris Marie ac specialiter beati Joannis euangeliste ad vnam primam missam, quod dicitur ein frŭe misse, perpetue in dicta ecclesia ad altare beati Joannis euangeliste intra matutinas celebrandam duxerunt instaurare. Quam quidem vicariam seu beneficium maturo concilio et consensu omnium, quorum consensus fuerant requirendi, cum bonis et reditibus infrascriptis, videlicet decem marcarum redditibus in fisco consulum oppidi Sulten, necnon in quodam agro sicco sito ante oppidum, dicto Rosengarte, prout ad oppidum dinoscebatur pertinere, scilicet Teutonice cum Herdersgarden, mur[o] ac sol[o], trium marcarum cum dimidia redit[ibus], necnon in tribus ortis garden dictis, inter hospitale ac oppidum

Digitized by Google

Sulten situatis, extendentibus se versus distinctionem domini Hermanni militis dicti de Kerckdorp(ff), trium marcarum redditibus, necnon in tribus iugeribus sitis apud Düvelse ac uno prato sito apud pratum dictum Papenwisch trium marcarum reditibus, necnon quatuor solidorum reditibus apud paruum pontem, quos dedit Koepecke Gahst, necnon quatuor solidorum reditibus in curia Bredewisch in platea tenebrosa denariorum Rostochiensium, summ[e] cuius redituum annualium viginti marc[arum] denariorum monete predicte prelibati, videlicet Albertus Seuenmarck decem marcarum redditus, Joannes Sparenberg, vxor eius Richeborch ac Godefridus Sparenbergk quinque marcarum reditus, dominus Joannes Sparenbergk, presbyter, trium marcarum reditus ac consules oppidi Sulten duarum marcarum reditus fundantes, cum omni ipsorum proprietate dotauerunt. Jn recompensam vero rectori ecclesie domino Eghardo ac eius successoribus vnum pratum dictum Papenwisch cum omni eius vtilitate et proprietate dimittendo dicti consules appropriauerunt. Amplius ius patronatus dicte vicarie seu alt[a]ris prenotati consules in Sulten sibi in perpetu[u]m reseruabunt, necnon domino Joanni Sparenbergk pure propter deum de eadem vicaria prouiderunt. Jn cuius rei testimonium sigillum consulum oppidi Sulten presentibus est appensum. Datum anno domini M. CCC. tricesimo sexto, domin[ic]a proxima ante conuersionem sancti Pauli, presentibus dominis Nicolao Brügman, presbytero, Hermanno Kerckdorp(ff), milite, necnon Gherardo Rath, Gotfrido Sparenbergk, Nicolao de Zymis, Hinrico Sparenbergk, Joanne Nodden, Joanne Hoghehoth, necnon Henrico Wolff ac Tzabello de Kerchdorp, famulis, ac pluribus aliis fide dignis, in oppido Sulten.

His itaque literis visis, auditis et examinatis, iidem zelo donationis accensi ac saluti prelibate animarum suorum vtiliter prouidere intendentes, a nobis Ludolpho Zwerinens[i] episcopo humiliter ac suppliciter requisierunt, quod in ecclesia predicta Sulten pro remedio animarum suorum heredum, proximorum et successorum vnum simplex beneficium instaurare, confirmare prenominatosque redditus sub protectionem p(r)otestatis ecclesiastice recipere et eidem beneficio ipsos perpetuo applicare dignaremur. Nos igitur, cupientes cultum diuinum nostris augeri temporibus, iustis votis prenominatorum duximus annuendum ac in ecclesia parochiali Sulten, consensu domini Eghardi rectoris ibidem obtento, vnam vicariam in honorem dei omnipotentis eiusdemque matris Marie et beati Joannis euangeliste in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus, auctoritate ordinaria confirmamus, redditus et bona pretactos cum omni ipsorum proprietate in protectionem potestatis ecclesiastice recipimus et ips[i] vicari[e] nomine dotis perpetuo applicamus, omnia premissa et premissorum singula secundum predictorum desiderium approbantes in tenore prehabito ac ratificantes. Ceterum, ne liberalitas circa huiusmodi beneficium tam gratuite per nos facta ecclesie [rectori] fiat in posterum perniciosa vel eius successoribus, censemus et pre-

Digitized by Google

cipimus, ut sacerdos, qui pro tempore fu[er]it institutus, debitam reuerentiam ipsi rectori sicut similes vicarii exhibeat, missas etiam suas ipsi tempori secundum statuta canonica congruenter continuandas talibus horis et modis debeat celebrare, quod ex hoc rectori dicte ecclesie nullum preiudicium, sed potius releuaminis subsidium censeatur pr[o]uenire. Omnes insuper oblationes et emolimenta omnia rectori ecclesi[e] debita sibi fideliter presentabit et generaliter, quod eidem rectori preiudiciale fuerit aut quomodolibet esse poterit, nullatenus attemp[t]abit. In cuius testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum Warin, anno domini 1336., feria 6. proxima ante dominicam Jnvocavit, presentibus dominis M. Paulo, Johanne de Bulowe ac M. Helmico et quam plurimis aliis fide dignis, testibus ad premissa vocatis.

Nach einer im Haupt-Archive zu Schwerin einem Zeugen-Verhör vom Jahre 1613 beigefügten Abschrift einer Copie, unter welcher zwei Notare bezeugen, dass sie aus dem Original auf Pergament genommen sei, und dass an dem Original noch das Sülzer Stadtsiegel mit dem Stierkopfe und des „Schwerinschen Episcopats“ Siegel, am Rande etwas zerbrochen, sonst aber wohl kenntlich, gehangen.

1336. Jan. 22. Wismar. 5645.

Aufzeichnung über das Eigenthum eines halben Morgens für St. Jacob vor Wismar.

Sanctus Jacobus habet dimidium iuger agri iuxta sanctum Jacobum. Vincentii, anno XXXVI.

Nach einem Extracte der geistlichen Stadtbuchschriften im Raths-Archive zu Wismar. — Vgl. Nr. 4260 und die Note zu Nr. 5484.

1336. Febr. 6. Grevesmühlen. 5646.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, vergleicht das Kloster Reinfeld mit den von Bülow, als Pfandinhabern der Vogtei Grevesmühlen, über die Bede des Dorfes Wichmannstorf mit Boltenhagen, und verleiht dem Kloster das Gericht daselbst.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rostok dominus tenore presencium protestamur publice coram vniuersis[1], quod omnis controuersia habita super precaria in villa Wychmerstorpe inter abbatem et conuentum monasterii in Reyneuelde, ex vna, necnon Johannem, Nicolaum et Godefridum fratres, filios Johannis militis de Bulowe, ac Hinricum de Bulowe, prouisorem filiorum Godefridi militis de Bulowe, quibus obligata fuit et est terra et aduocacia

Digitized by Google

in Gnewesmolen, parte ex altera, coram nobis et consiliariis nostris in hunc modum finaliter est sopita, scilicet vt homines predicte ville Wychmerstorpe[2] et de Boltenhaghen et aliis casis adiacentibus[3] nunquam de cetero precariam dabunt, sed gaudebunt libertatibus suis[4], sicut in litteris nostris super hiis confectis liquide est expressum. Ne autem dicti abbas et conuentus in Reyneuelde in predicta villa Wychmerstorpe[5] seu in[6] suis attinenciis, scilicet Boltenhaghen et aliis casis adiacentibus, de cetero aliquo modo perturbentur seu molestentur, nos pro salute anime nostre et animarum dilectorum parentum nostrorum et pro beneficiis nobis inpensis de consensu dilectorum consiliariorum nostrorum libere dedimus et presentibus damus, resignamus ac relinquimus eisdem abbati et conuentui eorumque monasterio predicto omne iudicium ibidem in perpetuum, tam supremum quam medium ac infimum, omnisque transgressionis correctionem, ita videlicet, vt per aduocatos suos huiusmodi iudiciis de cetero presideant omnesque excessus iudicent et corrigant et omnes emendas omnesque fructus ac vtilitates inde quomodolibet prouenientes integraliter sibi percipiant et habeant; sed quando ad realem penam sanguinis procedendum fuerit, tunc aduocatus noster de Gnewesmolen huiusmodi sententiam iudicialiter pronunciabit. In quorum omnium premissorum fidele[7] testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes horum sunt: Hinricus de Barnekowe, Wypertus de Lutzowe, Nicolaus de Helpede, Hinricus et Johannes de Plesse, milites, et plures alii fide digni. Datum Gnewesmolen, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo sexto, in crastino beate Agathe virginis gloriose[8].

Nach dem von einer auffallend jungen Hand geschriebenen Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentbande hängt das zu Nr. 5056 abgebildete schildförmige Siegel des Fürsten Albrecht. Eine zweite, von derselben Hand geschriebene Ausfertigung hat das Siegel von dem eingehängten Pergamentstreifen verloren. — In einer dritten Ausfertigung, von anderer Hand geschrieben und mit dem zu Nr. 5268 abgebildeten Secretsiegel des Fürsten Albrecht am Pergamentbande besiegelt, fehlt Folgendes: [1] publice coram vniuersis — [2] Wychmerstorpe — [3] et aliis casis adiacentibus — [4] suis — [5] Wychmerstorpe — [6] in — [7] omnium premissorum fidele — [8] gloriose. Die Jahreszahl ist so geschrieben: M°CCC°XXX° sexto. — Vgl. Nr. 5498, auch 1336, Mai 3.

(1336. März 3.) Wismar. 5647.

Ludolf von Mölln, Rathmann zu Wismar, überweist den Aelterleuten der Schuhmacher 5 Pfund wend. Pf. jährlicher Rente zur Versorgung der Armen mit Schuhen.

Dominus Ludolfus de Molne commisit duobus magistris sutorum quinque talentorum redditu[s] slauicalium denariorum annis suis singulis contra emendandos[1] pauperibus in calceis, sicut eos habet circa hospitale in ortis humuli.

Digitized by Google

Nach Schröders P. M. S. 1168. ([1]annis singulis erogandos sub conditione prouidendi pauperibus?) Nach einem Auszuge der geistlichen Stadtbuchschriften ist die obige Inscription Oculi eingetragen.

1336. März 10. 5648.

Margarete, Wittwe des Knappen Nicolaus von Zisendorf, bezeugt mit ihren Söhnen und Freunden, dass der Rathmann Heinrich Gischow zu Rostock ihr gestattet hat, ihren Hof in Fahrenholz, welcher ihm durch Erbrecht angefallen ist, innerhalb zweier Jahre zurückzukaufen.

Uniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, ego Margareta, relicta Nicolai Tzisendorp, famuli bone memorie, presencium testimonio facio manifestum, quod cum Johanne et Volrado, filiis meis, Nycolao de Axcowe, milite, Wernero, Mathia, eius filiis, Heynone, Ottone, Conrado de Tzisendorpe et Denekino de Oldenstat, famulis, meis amicis, discretum virum Hinricum Gyscowen, in Rozstok consulem, exoraui humiliter et deuote, vt michi graciose faceret et annueret, quod curiam meam in Vornholte situatam, ad ipsum iure hereditario deuolutam, sicut litteris super hoc editis continetur, michi pro centum marcis Rozstokcensibus et redditibus ad illas computatis ab ipso possem reemere et comparare. Qui preces meas ob rogamina meorum dictorum amicorum, pietate motus speciali, isto modo exaudiuit, videlicet quod dictam curiam a festo beati Martini proxime uenturo infra duos annos continue succedentes pro dicta pecunie summa et redditibus ad illam deputatis cum meis heredibus reemere potero et comparare; quod si neglexero, extunc ipsa curia cum omnibus suis attinenciis absque contradictione et causacione ad predictum Hinricum Gyscowen eiusque heredes diuoluetur, velud fuit prius diuoluta. Jn testimonium precum mearum ad notatum Hinricum directarum sigilla Johannis, Volradi, filiorum meorum, et omnium prescriptorum amicorum meorum presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXX° sexto, dominica Letare, presentibus Volrado Smeker, milite, Johanne To^{v}lner, Hinrico Roden, Tiderico Wilden, consulibus, Ludolfo Kopman, Michaele Wilden et pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Original im Archive des Heil.-Geist-Hospitals zu Rostock. Angehängt sind 9 Pergamentstreifen, an welchen Siegel aus ungeläutertem Wachs hangen, von denen die meisten schildförmig, das 7. und das 8. rund sind:

1) mit 3 schräge rechts gelegten Sternen; Umschrift:

S..... SIZENDORP

2) ebenso; Umschrift:

✠ S' FOLRAT . SIZENDORP

3) (zerbrochen): quer getheilt, unten schraffirt, oben mit 2 aufgerichteten Scheeren neben einander; Umschrift:

.....S . NICO.....

Digitized by Google

4) quer getheilt, unten leer, oben 2 Scheeren auf schraffirtem Grunde; Umschrift:

S . WERNERI . DE ACSCOWE

5) ebenso; Umschrift:

S' MATThIAS [DE] ACSChOWE

6) mit 3 schräge rechts gelegten Sternen; Umschrift:

S' . hINRICI . DE . SIZE....P

7) rund: auf einem mit Ranken belegten Schilde ein rechter Schrägebalken, welcher mit 3 Sternen belegt ist; Umschrift:

✠ S' . OTTONI[S SIZENDOR]P

8) rund, mit einem mit 3 Sternen schräge rechts belegten Schilde; Umschrift:

...NRAD . .....OR[P]

9) quer getheilter Schild, unten leer, oben schraffirt; Umschrift:

S' . D..IKE . DE . OLDEN....

1336. März 10. Rostock. 5649.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht den Brüdern Pilgrim, Bürgern zu Rostock, das Dorf Sievershagen, welches sie von Johann von Bülow zu Gülzow gekauft haben.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus presentibus publice recognoscimus protestantes, quod nos dimittimus et dimisimus et presentibus concessimus et concedimus, matura deliberacione prehabita, de fidelium nostrorum consilio, viris discretis Johanni, Hinrico, Hermanno et Ludolfo fratribus dictis Pelegrimen, ciuibus in Rozstok, et eorum veris heredibus integram villam Siuerdeshagen, sitam in Drenowe, prout in longum, latum, altum et profundum se extendit et infra suos iacet terminos et distinctiones, cum integra proprietate et omnimoda libertate, cum omni precaria, prima, media et vltima, cum iudicio maiore, videlicet manus et colli, et minore, scilicet sexaginta solidorum et infra, cum omni fructu et vtilitate, cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, lignis, nemoribus, siluis, rubetis, sespitibus, aquis, aquarum decursibus, viis, inviis, exitibus et reditibus, cum vniuersis suis iuribus et attinenciis ac eo iure, quo antecessores nostri et nos ipsam villam ab antiquo dinoscimur habuisse, temporibus perpetuis absque quolibet genere seruicii, videlicet dextrarii vel minoris equi, structurarum vrbium, reparacionum poncium pariter et absque vectura curruum aut exsecacione glacierum, et sine quolibet onere alio vel seruicio, quocunque nomine censeatur, (optinendam) temporibus perpetuis optinendam et pacifice possidendam. Preterea bono animo conferimus in hiis scriptis eisdem fratribus dictis Pelegrimen et eorum singulis heredibus plenam potestatem prefatam villam Siuerdeshagen in toto vel in parte vendendi, donandi vel obligandi, preterquam ad spirituales vsus transferendi, nostro aut heredum nostrorum seu

Digitized by Google

successorum consensu minime requisito, contradictione eciam nostra ac heredum nostrorum seu quorumlibet aliorum in huiusmodi alienacionibus (factis) factis seu faciendis vllatenus non obstante. Jnhibemus igitur nostris omnibus et singulis aduocatis et officialibus, ne predictos fratres et eorum heredes in predicta villa vel eius attinenciis omnibus et singulis aut eius fruicione libera et possessione pacifica inpediant, inquietent quomodolibet vel perturbent, renunciantes eciam omnibus iuribus et occasionibus, quibus presens nostra dimissio et concessio et collocacio per nos aut nostros heredes aut quoslibet nostros successores posset infringi vel quomodolibet irritari. Prefatam vero villam cum omnibus proprietatibus, libertatibus, iuribus, iurisdictionibus, pertinenciis, prouentibus et attinenciis ac aliis prenotatis dicti fratres Pelegrimen iuste et racionabiliter emerunt a dilectis nobis Johanne Bulowen et filio suo Hennekino Bulowen, dictis de Gultzowe, pro mille et ducentis marcis Rostokcensium denariorum, eis, vt recognouerunt, plenarie persolutis, in[1] dictam villam cum omnibus prenotatis libere resignauerunt, astringentes se et suos heredes ad hoc, quod prefatos Johannem, Hinricum, Hermannum et Ludolphum fratres dictos Pelegrimen eorumque singulos heredes ab omnibus impeticionibus, brigis et impedimentis et quibuslibet litibus vel controuersiis in dicta villa ac omnibus et singulis prelibatis seu quolibet predictorum, a quocunque vel quibuscunque quomodolibet occursuris, mouendis seu inferendis, eripere et disbrigare tenebuntur et facere quitos, liberos et indempnes. Huius rei testes sunt: Hinricus de Barnecowe, Hinricus et Johannes de Plesse, milites, Otto de Jorke, Bertramus Kule, famuli, aliique plures fide digni. Jn omnium premissorum robur et perpetuam firmitatem presentes litteras dictis fratribus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° XXX° sexto, dominica qua cantatur Letare Jherusalem.

Nach dem Original im Raths-Archive der Stadt Rostock. [Statt in[1] wird qui zu lesen sein.] An rothseidenen Fäden hängt das zu Nr. 5056 abgebildete schildförmige Siegel der Vormundschaft der Fürsten Albrecht.

1336. März 15 (?). Schwerin. 5650.

Ludolf, Bischof von Schwerin, und das Dom-Capitel daselbst ordnen die Hebungen der mit der Salz-Präbende verbundenen Vicarei des Doms zu Schwerin auf der Saline zu Lüneburg.

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris Ludolfus dei gratia episcopus, Hinricus prepositus, Georgius decanus totumque capitulum ecclesie Zwerinensis ad perpetuam rei memoriam. Ne acta temporis obliuioni tradantur, statuit consilium discretorum, fratrum dissentionem pacis tranquillitati traditam scripturarum testimonio perhennari. Eapropter certamen personarum super per-

ceptione fructuum et reddituum annexorum simul prebende et vicarie ecclesie nostre Zwerinensis salinari in Lunenborch, instaurate per discretum virum dominum Joannem Sperlinck, quondam nostre Zwerinensis ecclesie canonicum bone memorie, perpetua concordia sedare uolentes, nos uocatis piis omnibus et singulis, prout est moris et iuris, ecclesie nostre canonicis, qui debuerunt, uoluerunt et potuerunt commode interesse, et capitulo ad hoc specialiter assignato ac in loco capitulari more solito congregat[o], de consilio omnium et singulorum canonicorum nostrorum consensu decernimus et statuimus perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari, quod vicarius, cuius vicarie in ecclesia nostra fructus, redditus et prouentus annexi sunt, ut predicitur, prebende salinari[s] in Lunenborch, qui pro tempore fuerit, singulis annis per se uel per alium suo nomine a collectore, qui pro tempore fuerit in Lunenborch, tollet p[ri]mum de fructibus, redditibus ac prouentibus prebende huiusmodi receptis, legittimis sub expensis tamen, uiginti marc[as] slauicalium denariorum, quorum decem et octo denarii slauicales ualent et semper ualere debent solidum Lubicensem [et] usualiter computantur, siue redditus et fructus prebende salinaris se minuant aut augmententur; uno tempore anni, uidelicet semper in festo Michaelis archangeli, annis singulis huiusmodi uiginti marcas leuabit ipse vicarius expedite; mandantes collectori huiusmodi reddituum in Lunenborch, qui nunc est uel fuerit, quatenus infra sex dies, quos annis singulis semper a die beati Michaelis currere uolumus inclusiue, nostro nomine et auctoritate nostra de huiusmodi fructibus, redditibus et prouentibus ipsi vicario, qui nunc est uel fuerit, satisfaciat in premissis. In quorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillo nostri capituli, quo uti[t]ur ad priuilegia, presentibus est appensum. Actum et datum Schwerin, anno domini M° CCC° XXXVI°, feria VI[ta] proxima post dominicam Letare, id est vicesima[1] die mensis Martii.

Nach einer Abschrift des 16. Jahrhunderts im Haupt-Archive zu Schwerin, unter der bemerkt ist: „Haec copia concordat cum Registro Ecclesie.“ — [1] Der Freitag nach Lätare war im Jahre 1336 nicht der **20.**, sondern der **15.** März. Vielleicht stand im Original: „id est XV. die“, und ist irrthümlich **XX.** gelesen. — Vgl. Nr. 5575.

1336. März 20. 5651.

Heinrich von Schmachtenhagen vergleicht sich mit dem Kloster Broda wegen des Hofes Jaxke.

Nouerint vniuersi presens scriptum inspecturi, quod ego Hinricus de Smachtenhaghen super discordia(m), que vertebatur inter me et honorabiles dominos canonicos Brodenses ex parte curie Jaceke, bonum finem et amicabilem composicionem sum prosecutus, ita sane, quod omnis lis et quodlibet dissidium

Digitized by Google

inter me et dictos dominos prius habitum est amicabiliter terminatum, qui meum profectum precipue et fideliter agere debeant, egoque et omnes michi consanguinitate uel beneficio adherentes profectum ipsorum supplere et nutui eorum subiacere volumus diligenter. Jn cuius rei testimonium sigillum meum proprium vna cum sigillo dilecti fratris mei Henninghi de Smachteshagen (!) presentibus est appensum. Testes huius sunt: Henninghus de Ghywers, Thid. Pariz, consules in Brandenborch, qui huius discordie prius inter nos habite erant compositores, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M° CCC° XXXVI°, feria IIII^a^ post dominicam, qua cantatur Judica.

Nach dem Original im Archive zu Neustrelitz. Die Urkunde hat an aus der Charte geschnittenen Siegelbändern zwei Siegel getragen: das erste derselben ist zerbröckelt und nicht mehr zu erkennen, das zweite aber ganz abgefallen. — Vgl. Nr. 5161.

1336. März 21. 5652.

Die Stadt Grevesmühlen verkauft an das Kloster Reinfeld einen Hausplatz in der Stadt und einen Hof vor derselben.

Uniuersis Cristi fidelibus consules ciuitatis Gnewesmolen salutem et rei cognoscere veritatem. Recognoscimus per presentes, quod matura et debita deliberacione prehabita, ex vnanimi consensu et voluntate omnium nostrum honorabiles et religiosi viri domini Herbordus abbas et totus conuentus monasterii in Reyneuelde emerunt, et pecuniam ex integro persoluerunt, in ciuitate nostra predicta apud aream, que vocatur Zeghenhorn, vnam aream, extra ciuitatem curiam uel ortum. Jn qua area edificabunt domum et horreum et alia suis vsibus oportuna sub hac forma, quod nichil eorum, quibus ciues eiusdem ciuitatis angariantur ex consuetudine uel ex iure ciuili, modo aliquo facere compellantur, videlicet in hiis debitis uel seruiciis, que dicuntur scot, bede, waghenuore, grauen, dammen, perdedenest, wachte, dorsittent et aliis seruiciis uel oneribus, qualicunque nomine nuncupantur. Jn signum autem huius empcionis et libertatis sue, quamdiu vsum predicte aree ac curie et spectancium ad ea habuerit et possederint, nobis et successoribus nostris vnam marcam denariorum Lubicensium infra octauam pasche annuatim exsoluent, vlteriori extunc dilacione remota; quam quidem marcam si infra dictum festum, vt premissum est, quoquo modo soluere neglexerint, ex omnibus, que sunt in domo et que in area reperiuntur, ad valorem vnius marce Lubicensis monete pro pignore, quousque dicta pecunia per nos seu successores nostros recepta fuerit seu sublata, tollemus uel pignorabimus libere et sine ulla contradictione. Si uero, quod absit, dissensio inter ipsos dominos abbatem et conuentum antedictos, parte ex vna, et nostros ciues confines eorundem, ex altera, de spacio aree, domus ac curie sepedictarum suborta fuerit, coram iudice spirituali

Digitized by Google

non citabimur, sed communi iure et ciuili ciuitatis nostre contenti erunt in hac parte. Nos vero aream sepedictam cum suis attinenciis ac personas inibi pro tempore commorantes tuebimur in nostra ciuitate sicut ceteros ciues nostros. Jnsuper spacia dictarum aree et curie non dilatabunt aliquo modo, nisi fuerit omnino de nostra bona voluntate. Preterea excessus homicidii, mutilationis menbrorum, furti seu alii qualescumque maiores uel minores aut hiis similes, qui in dictis curia, area et edificiis intra limitesque ipsarum perpetrati fuerint, per nos consules antedictos, et non per alium uel alios, iure ciuili et consuetudinario iudicabuntur. Jn quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum sub anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, in die sancti Benedicti abbatis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Ein eingehängtes Pergamentband trägt das hieneben auf Kosten der Stadt Grevesmühlen abgebildete (dritte) grosse Siegel dieser Stadt mit einem Stierkopfe auf einem Mühlrade; Umschrift:

✠ S' : CIVIT[ATIS] : GNGWGSMOLGN

— Vgl. 1340, März 19.

Anm. Die beiden ersten Siegel der Stadt Grevesmühlen sind abgebildet in Bd. II, zu Nr. 1385, und in Bd. III, zu Nr. 1692.

1336. März 24. Ratzeburg. 5653.

Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), bestätigt den von seinem Vater, dem Herzoge Erich, vollzogenen Verkauf der Dörfer Thandorf und Sülstorf an das Dom-Capitel zu Ratzeburg.

Ericus[1] dei gracia domicellus Saxonie, Angarie et Westfalie omnibus et singulis presentes litteras inspecturis uel audituris salutem in domino sempiternam. Ad noticiam vniuersorum deduci volumus tenore presencium publice protestantes, quod vendicionem villarum Tandorpe videlicet et Tzulestorpe, per patrem nostrum[2] Ericum ducem Saxonie preposito, priori ac capitulo ecclesie Raceburgensis factam, cum omnibus et singulis condicionibus in priuilegio dicti

Digitized by Google

patris nostri super vendicione(m) villarum earundem confecto expressis gratam et ratam habuimus et habemus eamque deliberato animo ratificamus, stabilimus et approbamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus de nostro mandato est appensum. Datum et actum Raceburch, anno domini [M° CCC°] XXXVI°, die dominica, qua cantatur Domine ne longe.

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Angehängt ist das kleine Reitersiegel Erici domicelli ducis Saxonie.

Eine zweite Ausfertigung hat den Titel: [1]Ericus dux Saxonie etc., und ist der obigen gleichlautend, nur dass sie nach „patrem nostrum“ [2]„dominum Ericum“ hat. Das Siegel ist dasselbe. — Vgl. Nr. 5495.

1336. März 29. (Güstrow.) 5654.

Das Capittels [zu Gustrow] brieff, darin sie vormelden, das sie Petro Kremer vnd seiner Schwester Sohne vbergeben vnd vorlassen haben von ihren gutern zwantzig dromet Hebung oder Pacht, deren sie 16 auffheben sollen im dorffe Plotzaneuisse[1] vnd vier im dorffe Cuzitze[2]. Nach der beide absterben aber sollen sie wider zur Kirchen kommen. Datum 1336, in die parasceues.

Clandrian, Registratur, S. 95. [[1]j. Prisannewitz, [2]j. Kubs.]

(1336.) Um März 31. Wismar. 5655.

Dietrich von Mummendorf, Pfarrherr zu Alt-Bukow, kauft von Andreas Lasche, Rathmann zu Wismar, 2 Mk. Lüb. Rente aus 6 Morgen desselben auf dem Dammhuser Felde, die er nach seinem Tode den Predigerbrüdern zu Wein zum Messopfer bestimmt.

Dominus Theodoricus rector ecclesie Antique Bukovve emit de domino Andrea Laschen perpetuorum reddituum duas marcas Lubicenses, singulis annis dandas ex sex iugeribus, super campo Dammenhusen sitis — — —. Cum huiusmodi redditibus debent predicatores perpetue vinum ad diuinum officium in eorum claustro comparare, quibus ipsos redditus dominus Thidericus pie propter deum donauit.

Nach Schröders P. M., S. 1169. — Nach einem Extracte der geistlichen Stadtbuchschriften datirt diese Inscription „Tempore pasce“.

Digitized by Google

1336. April 5. (Rostock.) 5656.

Die Erben 'Arnold Kopmanns setzen sich wegen seines Nachlasses auseinander.

Anno domini M° CCC° XXXVI°, feria sexta infra octauas pasche, venientes coram camerariis Hermanno de Theterowe et Gherlaco de Pomerio filii et heredes domini Arnoldi Copman, videlicet Ludolfus, Hermannus et Arnoldus fratres dicti Copman ac soceri eius, scilicet Michael Wilde, Ghereke Crispus ac Nicolaus de Kiriz, necnon Bernardus Copman et proximiores domine Elyzabet, relicte domini Arnoldi premortui, recognouerunt ac sponte fatebantur, quod cum consilio ac consensu omnium suorum amicorum proximorum ex parte hereditatis sue paterne et materne ac omnium bonorum et circumstancium, que idem dominus Arnoldus post se moriens dereliquit, in hunc modum concordauerunt.

Primo domina Elyzabet optinebit villam integram Ademeshaghen cum omni fructu et vtilitate ac redditibus vniuersis, prout dominus Arnoldus tenuit, cum lucro atque dampno. Cum hac habebit illos viginti marcarum redditus pro ducentis marcis, quos habuit in hereditate Hennekini Wilde, sui suageri, ac quadringentas marcas denariorum, quas Arnoldus Copman, filius eius, sibi dedit in parato. Cum hiis dicta domina a predictis pueris domini Arnoldi separata est omnino et diuisa.

Jtem Bernardus Copman opinebit hec: scilicet duas hereditates lapideas integras, scilicet magnam apud medium forum sitam et aliam in opposito Odberti de Zelowe sitam. Cum hiis optinebit omnes redditus in molendino et in aduocacia et in censibus [de] areis perpetuis, quos invicem in oppido Sulta habuerunt, pro vsibus suis disponendos. Jnsuper habebit quinquaginta marcarum redditus in hiis domibus sequentibus, pro quingentis marcis redimendos: primo in hereditate Hennekini Tessin X marcarum redditus, item in hereditate Arnoldi de Lynnen, consulis, X marcarum redditus, item in hereditate Johannis Kersebom apud Thidemannum Vorneholte sita X marcarum redditus, (item' in molendino integro et sensu aquatico domini Ludolfi de Godlandia et Hermanni sui fratris viginti marcarum redditus); et cum hiis habebit quadringentas marcas denariorum, qu[a]s Arnoldus predictus sibi in parato erogauit, et quinquaginta marcas pueris Reynekini Thilonis pertinentes recepit. Et cum hiis a suis patruis est separatus et diuisus.

(Jtem' Ludolfus Copman optinebit duarum lastarum annone in molendino Conradi Bordiir) et triginta marcarum redditus in domibus infrascriptis: primo in hereditate domine Altena V marcarum redditus; item in hereditate Hinrici Bertrammi V marcarum redditus, (item' in hereditate Thiderici Lyzen, in platea institorum apud Albertum Roden sita, X marcarum redditus et) in hereditate angulari in veteri ciuitate, que quondam Obbesteer fuerat, V marcarum redditus. Cum hiis sustulit in parato septingentas marcas denariorum. Cum hiis separatus est a suis fratribus et sororibus ac diuisus.

Digitized by Google

(Jtem[1] Hermannus Copman optinebit in predicto molendino Conradi Bordiir duarum lastarum equalis annone ut frater) et triginta marcarum redditus in hereditatibus infrascriptis: primo in hereditate Johannis Krelen in platea Laghen XII marcarum redditus et in hereditate Hinrici Scriptoris in eadem platea VI marcarum redditus et in hereditate Thiderici Malchow in platea Monachorum X marcarum redditus. Et cum hiis recepit triscentas marcas denariorum in parato. Et cum hiis ab omnibus est totaliter separatus.

Jtem Michael Wilde optinebit in molendino Hinrici de Dulmen, apud molendinum Ludolfi de Godlandia sito, trium lestarum cum dimidia annone, prout dominus Arnoldus habuerat in eodem, et XLVI marcarum redditus in primo theoloneo ciuitatis, sicut dominus Arnoldus ipsos tenuit; ite(ru)m triginta marcarum redditus in hereditatibus infrascriptis: primo in hereditate et mansis ac curia Nicolai de Kiriz, in platea Sywan sitis, XX marcarum redditus et in hereditate Goschalci de Ryga, in platea Monachorum sita, X marcarum redditus. Et cum hiis in parato recepit centum marcas puri argenti pro dotalicio et sexentas marcas denariorum nunc in parato. Et cum hiis separatus est ab omnibus et diuisus.

Jtem Gherardus Crispus ac Nicolaus de Kiriz optinebunt equaliter omnes redditus, quos dominus Arnoldus habuit in molendino Wesseli, et totum angulum omnium bodarum apud pontem libre situm, prout fuerat domini Arnoldi sepedicti, equaliter optinendum. Cum hiis receperunt in parato duo milia et quadringentas marcas denariorum. Cum hiis ab omnibus sunt omnino separati et diuisi.

Jtem sciant vniuersi, quod preter ista omnia bona donata et prescripta et elemosinas datas[2] Arnoldus Copman, filius domini Arnoldi Copman premortui, optinebit omnes hereditates et omnia bona mobilia et immobilia ac molendinum[3] ac redditus vniuersos in perpetuis redditibus et feodalibus ac singulis redditibus foris ciuitatem et intus vbicunque locorum habitis, ac duas villas, scilicet Pastowe et Broderdorppe, cum omni vtilitate et proprietate libere possidendos. Et si Ludolfus Copman ac Hermannus frater eius pheodum aliquod haberent in bonis dicti Arnoldi (haberent), ab illo omnino cessauerunt penitus renunciantes. Predictus vero Arnoldus Copman exponet Elyzabet sorori sue duas millenas marcas denariorum, cum ad nubiles annos pervenerit; et cum desponsabitur, tunc Arnoldus cum consilio suorum amicorum, si poterit, emendabit; et si dicta soror sua interea moreretur, tunc predicta pecunie summa ad prefatum Arnoldum, suum fratrem, et ipsius heredes iure hereditario deuoluetur. Preterea, si sepedictus Arnoldus, quod deus auertat, absque herede legitimo moreretur, tunc omnia bona sua, que post se moriens reliquerit in ciuitate Rozstok, ad suas sorores, scilicet Metteken, Ghertrudim ac Vredeken ac Elyzabet, et ipsarum heredes equaliter reclinent et deuoluentur, excepto molendino domini Arnoldi Copman predefuncti, supra aggerem molendinorum sito, quod Elyzabet, soror sua[4], primitus et specialiter optinebit. Jnsuper Ludolfus Copman et Hermannus frater

Digitized by Google

eius et eorum heredes optinebunt equaliter omnia bona pheodalia foris ciuitatem et vasallica, scilicet duas villas Pastowe et Broderdorppe; sed Arnoldus sepedictus, quoad uixerit, et sui heredes, si quos habuerit, suis bonis omnibus libere pocietur. Et si aliquis foris ciuitatem vel intus omnia bona supradicta, que dominus Arnoldus Copman post se reliquit, impetere niteretur, tunc omnes fratres et sorores et earum mariti secundum numerum marcarum ad defendendum suam iustitiam pecuniam exponent, quia hec bona cum suis coniugibus pro dote receperunt. Ceterum sciant vniuersi, quod sepefatus dominus Arnoldus Copman tres vicarias ob salutem anime sue et propter deum comparauit: primo vnam perpetuam vicariam in oppido Lawe, que domino Michaeli collata est, et vnam vicariam in duobus molendinis in villa Custerbeke sitis, que domino Johanni presbytero, suo capellano, porrecta et collata est. Jsterum duarum vicariarum Arnoldus Copman iunior et sui heredes ius patronatus in perpetuum optinebunt. Sed Ludolfus Copman et Hermannus, suus frater, et eorum heredes ius patronatus tercie vicarie in oppido Cropelin site, que Hennekino, filio Bernardi Copman, collata est, in perpetuum optinebunt. Sin autem, quod deus auertat, Arnoldus Copman iunior absque herede legitimo moreretur, extunc mariti predictarum suarum sororum et ipsorum heredes ius patronatus predictarum primarum vicariarum post obitum eius in perpetuum optinebunt. Jnsuper Arnoldus Copman exponet puelle Øden, sanctimoniali in Dobertin, sorori sue, octo marcarum redditus ad vite ipsius tempora, qua mortua dicti redditus ad Arnoldum, suum fratrem, deuoluentur; et eciam habet octo marcarum redditus in Doberan; cum hiis a fratribus et sororibus [est] diuisa et separata. Eciam Arnoldus a suis fratribus et soceris decem marcarum redditus quoslibet pro centum marcis reemere poterit, cum habuerit facultatem. Gerlacus de Pomerio et Hermannus de Thelerowe tabule presidebant. Johannes Tolner, Hinricus Friso, Th. Wilde, Bernardus Copman presentes assensum tribuerunt.

Nach dem Rostocker Lib. recogn. 1325—1338, fol. 80 b. — [1] Das Eingeklammerte ist durchstrichen. Die Worte [2] et elemosinas datas — [3] ac molendinum — [4] soror sua sind anscheinend von derselben Hand nachgetragen. Dasselbe Buch enthält schon vorher Einzeichnungen über Arnold Kopmann's Familie. Fol. 10, zum Jahre 1327, heisst es: „Ludolfus Copman amicis suis omnibus consencientibus coram camerariis constitutus sponte recognouit, quod Arnoldus Copman, pater eius, pro paterna hereditate et materna sibi satisfecisset, dimittens ipsum et dominam Heleken, nonercam suam, et suos fratres ac sorores liberos penitus et solut[o]s, ita quod ab ipsis diuisus omnino et separatus [esset] ab omni hereditate, que sibi succedere potuisset.“ — Fol. 37 b, zum Decbr. 1331: „Dominus Arnoldus Copman cum consilio et consensu suorum amicorum et suorum puerorum proximorum se complanauit. Primo Mechtildim, Ghezeken ac Odeken desponsauit ant adhuc desponsabit. Jtem assignauit Arnoldo, Vredeken ac Tilzeken duo milia et quadringentas marcas denariorum vsualium in bonis suis percipiendas; cum hiis predicti pueri sunt a patre eorum predicto ex parte hereditatis materne diuisi et separati. Hinricus Friso, Ludeke de Godlandia, Hinricus Rode, Johan Tolner, Bernardus Copman, Ludeke et Hermannus Copman ac Thidericus Wilde ac Michel presentes ad ista dederunt [assensum]. Gherwinus Wilde et Johannes Tolner tabule presidebant.“ — Fol. 58, 1335, feria quarta infra octauas natiuitatis Marie virginis (Septbr. 13): „Hermannus Copman coram camerariis constitutus fatebatur ac recognouit, quod dominus Arnoldus Copman,

Digitized by Google

pater suus, sibi pro hereditate sua paterna et materna satisfecisset, dimittens ipsum et nouercam suam dominam Elyzabet et Arnoldum, suum fratrem, et sorores quitos et liberos et solutos, sic quod ab eisdem ratione hereditatis sue paterne et materne diuisus penitus et separatus (!). Presentes fuerunt et testes sunt: Johan Tolner, Thidericus Horn, Bernardus Copman ac Ludolfus Copman. Her. de Thetterowe et Lud. de Godlandia tabule presidebant." Vgl. Nr. 5523.

Im Raths-Archive sind auch Bruchstücke eines Handels- und Hausbuches von Johann Tolner, vom Jahre 1348, in lateinischer Sprache geführt, aufbewahrt. Derselbe hat die Elisabeth Kopmann geheirathet, deren Mutter Gertrud geheissen, und als Mitgift 1085 Mk. erhalten, wovon er „pro vestibus nupcialibus" 80 Mk. und für die Hochzeit 150 Mk. ausgelegt hat. Aus dem Testamente seiner Schwiegermutter Gertrud hat er 92 Mk. Rente empfangen, welche seiner Schwiegermutter „pro dote et donationibus suis" im Werthe von 1300 Mk. vom Bürgermeister A. Copmann und dessen Sohn Arnold waren zugewiesen worden. Diese 92 Mk. Rente sind allein der Elisabeth Kopmann zugefallen, deren Mann testamentsmässig dagegen 250 Mk. für verschiedene Zwecke und für verschiedene Personen gezahlt hat, darunter 16 Mk. „pro exequiis", an die Schwester von Gertrud, Taleke in Ribnitz, 100 Mk., Joh. Make 30 Mk., Bernhard Kopmann 24 Mk., an ihr Dienstmädchen 10 Mk., Ode, moniali in Dobertin, 24 Schill. etc. etc.

1335. April 25. Güstrow. 5657.

Johann II., Fürst von Werle, bestätigt den ungestörten Pfandbesitz der Hälfte des Zolles in Güstrow, welche er im Jahre 1318 den Brüdern Gerhard und Wenemar Niding, Bürgern zu Lübek, für 660 Mk. verpfändet hat, den Söhnen Gerhard's, Johann und Ditmar Niding.

Johannes dei gracia dominus de Werle vniuersis visuris presens scriptum salutem cum noticia veritatis. Cum olim pro sexcentis et sexaginta marcis denariorum vsualium rite et racionabiliter vendiderimus prouidis viris Gherardo et Wenemaro fratribus dictis Nydinch, ciuibus Lubicensibus, et eorum veris heredibus medietatem thelonei nostri in Ghustrowe, percipiendam in quolibet festo beati Michahelis: notum esse volumus omnibus presentibus et futuris, quod ob fauorem, quem erga Johannem et Ditmarum, filios predicti Gherardi Nydinch, sincere gerimus, eisdem tamquam veris heredibus, ex hereditaria successione ad medietatem dicti thelonei ius habentibus, de specialis libertatis munificencia concedimus volentes, vt iidem Johannes et Ditmarus et eorundem veri heredes dicti thelonei redditibus et prouentibus singulis annis in quolibet festo sancti Michahelis sine omni impedimento et obstaculo pacifice perfruantur, et quidquid cum eis comparauerint, de terra nostra ducere possint libere, licite et quiete. Insuper, si per maliciam uel negligenciam aliquis debitum theloneum non persoluerit, illum per se uel per suos nuncios aut famulos deputatos poterunt impedire et detinere, donec satisfaciat, ut tenetur, et excessus emendam racione non soluti thelonei iidem ad vsus proprios percipient atque tollent, eosque et eorum famulos nomine eorum theloneo providentes in omnibus tamquam familiam nostram propriam defendere tenebimur et tueri. Ceterum, si aliquo euentu infortunii iidem Johannes

Digitized by Google

et Ditmarus ac eorundem famuli uel eorum aliquis in premissi thelonei amministracione delinquerent, ex hoc non permittemus occupari theloneum, sed personas delinquentes iuxta excessus sui modum debitum corrigemus, saluis eis manentibus redditibus et prouentibus thelonei memorati; volentes, hec a nobis et a nostris heredibus aliqualiter non infringi, sed ea rata et grata haberi in singulis et teneri. Possumus autem dictum theloneum reemere, quandocunque decreuerimus, pro sexcentis et sexaginta marcis denariorum predictorum, sub nostro conductu versus Lubeke deportandis. Vt autem premissa omnia et singula irrefragabiliter obseruentur, presens scriptum in euidens testimonium nostro sigillo fecimus roborari. Datum Ghustrowe, anno domini M°CCC°XXXVI°, die festo beati Marci ewangeliste. Testes huius sunt: Wluinghus de Oldenborch miles, noster marscalcus, Johannes Bellin, noster aduocatus, Michahel, noster notarius, Wolterus aduocatus et senior Distelowe ceterique plurimi fide digni.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Von dem aus rothen und gelben Seidenfäden gebildeten Siegelbande ist das Siegel abgefallen. — Vgl. Bd. VI, Nr. 3995.

1336. April 26. Rostock. 5658.

Gregor und Johann Dame setzen ihrem Bruder Heinrich ein Jahrgeld aus und beurkunden ihren mit demselben gemeinschaftlichen Besitz von Schutow und Volkshagen.

Gregorius de Dame ac Henneke, frater eius, cum consilio suorum amicorum proximorum se cum Hinrico, fratre suo, complanauerunt sic, quod iidem Gregorius ac Henneke erogare debebunt Hinrico, fratri suo, singulis annis decem marcas argenti puri, a consulibus et ciuitate Malchin et a villanis de Schutowe et Volkershagen quolibet festo beati Martini singulis annis percipiendas. Has X marcas argenti dicti fratres Hermanno Lyzen et Bertrammo de Damen ad manus eiusdem Hinrici, eorum fratris, singulis annis presentabunt, tali condicione mediante, quod idem hiis redditibus non debet esse separatus, sed eorum bona manebunt simul et integra sicut ab antiquo. Eciam nullus predictorum trium fratrum debita facere debeat nisi supra suorum bonorum terciam porcionem; nec aliquis inter eos bona siue redditus aliquos vendere debeat, nisi sit cum suorum fratrum consensu et voluntate.

Nach dem Rostocker Lib. recognit. 1325—1338, fol. 88 b. zum Jahre 1336. feria sexta post Jubilate.

Digitized by Google

1336. April 27. Warin. 5659.

Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt die von den Testamentsvollstreckern Gerwin Deger's und Heinrich Bunde's in der Kirche des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock mit Hebungen aus dem Klosterdorfe Sabel gestiftete Vicarei.

In nomine domini. Amen. Uniuersis, ad quorum noticiam peruenerit presens scriptum, et eis, quorum interest vel interesse poterit quouis modo, Ludolfus dei gracia episcopus ecclesie Zwerinensis salutem et sinceram in domino karitatem. Notum facimus presencium litterarum testimonio tam presentibus quam futuris publice protestantes, quod quasdam litteras auctenticas nobis nomine et ex parte discreti viri Hinrici dicti de Hamme, opidani opidi Rozstoch, nostre Zwerinensis dyocesis, nobis exhibitas, non cancellatas, non abolitas, neque rasas recepimus, omni suspicione carentes, sigillis veris honorabilis viri domini Alberti prepositi et conuentus monasterii sancte Crucis sanctimonialium in Rozstoch, Cysterciensis ordinis, pendentibus sigillatas, de verbo ad verbum tenorem, qui sequitur, continentes: *[Hier folgt Nr. 4680.]* Precibus igitur prefati Hinrici de Hamme, supplicantis, vt, cum dicti redditus in salutem animarum Gherwini dicti Deghere et Hinrici dicti Bůnden predictorum bone memorie essent, ut premittitur, comparati et assignati pro dicta vicaria fundanda et instauranda, ipsos redditus in dotem huiusmodi vicarie applicare et assignare et eandem vicariam instaurare et confirmare auctoritate nostra ordinaria ▣ in hiis scriptis confirmamus ac eidem prefatos redditus et bona superius expressos cum suis omnibus iuribus, libertatibus, proprietatibus, condicionibus et modis, ut premittitur, in honorem omnipotentis dei et gloriose virginis dei genitricis Marie, in dicta ecclesia sancte Crucis in Rozstoch in dotem assignamus et applicamus, volentes et decernentes, quod dicta vicaria in prefata ecclesia sancte Crucis in Rozstoch beneficium ecclesiasticum censeatur, quodque dicti redditus et bona, quos et que de secularibus ad spiritualia in hiis scriptis transferimus et sub ecclesiastica libertate et defensione suscipimus, perpetue ecclesiastica gaudeant libertate, ac quod prepositus et conuentus dicti monasterii, qui pro tempore fuerint, predictos redditus debitis temporibus prefatis clericis dictum beneficium pro tempore optinentibus in valore denariorum in Rozstoch nunc currencium et datiuorum expedite ministrare et persoluere teneantur, necnon beneficiandi pro tempore eodem beneficio in honorem omnipotentis dei et in remissionem peccaminum predictorum, non in preiudicium . . prepositi et conuentus dicti monasterii, suas missas diebus singulis, cum commode poterunt, et legitimo inpedimento cessante continuandas, quod eorum consciencijs relinquimus, celebrabunt. Jn cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem presentes litteras seu instrumentum presens per Hinricum Damgmari, clericum Myndensis dyocesis, publicum auctoritate imperiali notarium,

Digitized by Google

conscribi et in formam publici instrumenti redigi mandauimus et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Actum et datum in Warin prope castrum, presentibus honorabilibus viris et discretis: dominis Hinrico de Ludolueshaghen perpetuo vicario in Baard, nostro cappellano, magistro Helmoldo, nostro prothonotario, Marcquardo dicto Kalen, clericis, et Hermanno de Lv° ac Conrado Vnrowen, armigeris, et aliis fide dingnis, anno a natiuitate domini millesimo trescentesimo tricesimo sexto, indictione quarta, quinto kalendas Maii, pontificatus sanctissimi in Cristo patris ac domini nostri domini Benedicti pape XII. anno secundo.

Et constat michi notario de hac addicione: „dignaremur, fauorabiliter in„clinati, nos diuinum cultum augeri potissime cupientes, in nomine domini dictam „vicariam instauramus ac auctoritate nostra ordinaria“, inter dictiones „ordinaria“ et „in hiis scriptis“: iuxta hoc signum ▣ supra in tricesima secunda linea descendendo, que sic incipit: „et eandem vicariam“ et cetera.

(*Sign. notar.*) Et ego Hinricus Damgmari, clericus Myndensis dyocesis, publicus sacrosancti Romani imperii auctoritate notarius, supradictis — — interfui et — — presens instrumentum publicum — — conscripsi — — meoque signo more solito et nomine roboraui — —.

Nach dem Original im Archive des Klosters zum heil. Kreuz in Rostock. An einer Schnur von blauer und gelber Seide hängt das grosse, runde Siegel des Bischofs, abgebildet zu Nr. 5333.

1336. April 29. Güstrow. 5660.

Das Dom-Capitel zu Güstrow verkauft dem Fürsten Johann II. von Werle Hebungen zu Goldenitz bei Schwan zur Stiftung einer Präbende in Güstrow, um 250 Mk. wend. Pf., für welche der Fürst dem Dom-Capitel verstattet in seinem Gebiete anderweitigen Besitz zu erwerben.

A.

In nomine domini. Amen. Omnibus presens scriptum cernentibus Leo prepositus, Tymmo decanus totumque capitulum ecclesie Gustrowensis salutem cum noticia ueritatis. Acta hominum delet obliuio, nisi testium ydoneorum instrumentorum publicorumque cauci(n)us[1] stabili roborentur firmamento. Nouerit igitur reuerenda nacio presentium et felix successio futurorum, quod nos, uocatis singulis, qui fuerant euocandi, presentibus omnibus, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, tractatuque sollempni et deliberacione prehabitis, de vnanimi consensu et consilio capitulari, vtilitate et necessitate ecclesie nostre pensatis, debite vendicionis tytulo rite et racionabiliter uendidimus et tradidimus

Digitized by Google

iure proprio nobili domino, domino nostro Johanni domino de Werle, et suis heredibus de beneplacito domini Petri Jnstitoris, nostri concanonici, et ipsius auunculi, cuiusdam clerici domini Petri, quorum tunc intererat, in villa Goldenitze, sita in parrochia Sywan, redditus seu annuam pensionem viginti sex tremodiorum et quinque modiorum cum vno quartali modii annone subscripte, videlicet tredecim tremodiorum cum dimidio tremodio siliginis et tredecim tremodiorum auene minus tribus quartalibus modii, item octo pullorum et quatuor solidorum redditus cum quarta parte seruicii cuiusdam equi, qu[e][3] cessit nobis de quarta parte trium mansorum liberorum ibidem, cum omni proprietate, dominio, libertate, iure, commoditate, vtilitate ac condicionibus vniuersis et singulis, prout nos et nostra ecclesia et dominus Petrus et Petrus predicti dicta· bona et redditus annonales dinoscuntur hactenus possedisse. Pro quibus redditibus atque bonis habuimus et recepimus a supradictis emptoribus, domino nostro domino Johanne de Werle et suis heredibus, nomine iusti precii ducentas et quinquaginta marcas denariorum slauicalis monete in pecunia numerata et expedite persoluta. Et nullam restitucionem et reuenditionem vol[umu]s[3] impetrare per nos uel per nostros successores, directe uel indirecte, publice uel occulte, de iure uel de facto, contra predicta uel aliquod predictorum racione timoris aut precii non soluti uel in vtilitatem capituli non conuersi seu alia quacunque racione uel causa non obstante, sed vendicio predicta ac omnia et singula premissa et infra subiuncta sine murmuracione aliqua perpetu[o] rata manebunt atque firma. De quibus redditibus dictus dominus noster de licencia speciali sibi dudum per predecessores nostros concessa, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, de nouo fundauit ad presens vnam prebendam in nostra ecclesia Gustrowensi, ad quam, postquam fundata fuerit et dotata ac per venerabilem patrem dominum dominum nostrum episcopum Camynensis ecclesie canonice confirmata, personam ydoneam nobis presentabit, quem in nostrum concanonicum et in fratrem prout alium condigne recipiemus, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris, quo gaudere solet canonicus capitularis dicte nostre ecclesie, totaliter assignatis, excepto eo, quod ad aliam prebendam non transeat nec ascendat. Quam eciam prebendam processu temporis amplioribus redditibus et vberioribus fructibus dictus dominus noster per se uel suos heredes meliorabit et augmentabit in singulis ad valorem prebende melioris dicte nostre ecclesie; dictusque dominus noster et sui ueri heredes et successores postmodum imperpetuum in huiusmodi prebenda ius patronatus libere retinebunt. Jn cuius testimonium sigillum nostri capituli presentibus duximus appendendum. Datum et actum Guzstrow, anno domini M° CCC° XXXVI°, secunda feria post dominicam, qua cantatur Cantate domino, presentibus dominis Leone preposito, Tymmone decano, Wernero thesaurario, Johanne scolastico, Hinrico Vos, magistro Herbordo Herdeghen, Frederico Speckin, Alberto preposito sanctimonialium in Rostok, Alberto Langhekauel, Nycolao

Digitized by Google

Scacke et Arnoldo Ketelhůt, canonicis ecclesie nostre, qui ordinacioni huiusmodi presentes interfuimus; item Wluingo de Oldenborgh, milite, Johanne de Bellin, aduocato, Johanne de Guzstrow et Mychaele, notario domini nostri predicti, Woltero aduocato, Thyderico Distelow, Hinrico Gartze, Thyderico de Strunken, Thydemanno de Lussow, consulibus in Guzstrow, testibus ad premissa uocatis specialiter et rogatis.

Nach dem Transsumpt des Bischofs von Camin vom Jahre 1336, Mai 3, in dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 66. ([1] oder st. caucionibus? — [2] qui — [3] volentes.)

B.

Nos Johannes dei gratia dominus de Werle volumus presentibus ad vniuersorum noticiam peruenire, quod nobis et nostris heredibus iure perpetuo ementibus ab honorabilibus viris dominis Leone preposito, Thymmone decano totoque capitulo ecclesie Guzstrowensis, nobis sincere dilectis, redditus infrascriptos, videlicet viginti sex tremodiorum et quinque modiorum cum vno quartali modii annone subscripte, scilicet tredecim tremodiorum cum dimidio tremodio siliginis et tredecim tremodiorum auene minus tribus quartalibus modii, item quartam partem seruicii cuiusdam equi, qu[e][1] cessit eisdem dominis preposito, decano ac capitulo de quarta parte trium mansorum liberorum ibidem, item octo pullorum et quatuor solidorum redditus annualim in villa Goldenitze, sita in parrochia Sywan, pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum monete slauicalis, ipsis in parato numeratis amicabiliter et solutis, cum omnibus suis iuribus, proprietatibus et pertinenciis, prout dicti domini prepositus, decanus et capitulum et eciam Petrus Jnstitor, eorum concanonicus, et eiusdem auunculus Petrus, clericus, quorum quondam intererat, dictos redditus hactenus possiderunt. De quibus redditibus de nouo fundauimus in predicta ecclesia Guzstrowensi quandam prebendam pretextu facultatis dudum nobis concesse per prepositum, decanum et capitulum dicte ecclesie, qui tunc fuerunt pro tempore, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur. Quam prebendam nos aut nostri heredes processu temporis in vberioribus fructibus, redditibus et prouentibus singulis augmentabimus et meliorabimus ad ualorem melioris prebende ecclesie Guzstrowensis. Nosque[2] nomine nostro et heredum nostrorum dedimus et concessimus et nichilominus presentibus damus et concedimus vice uersa in recompensam legitimam proprietatis dictorum reddituum et prouentuum dictis dominis preposito, decano et capitulo dicte ecclesie Guzstrowensis plenam potestatem et liberam facultatem, quod, ubicumque et quandocumque infra terminos nostri dominii seu districtus emerint seu ipsis emere placuerit tot et tales redditus et prouentus uel ipsorum equialorem, quod hoc possint, et extunc prefatis dominis preposito, decano et capitulo tantorum et talium reddituum et prouentuum uel equialoris proprietatem

Digitized by Google

ac iuris proprietatis possessionem in bonis, quibus emerint, per nostras patentes litteras uel heredum nostrorum absque aliqua talliacione et contradictione dabimus et concedemus, prout in hiis scriptis damus et concedimus per presentes, dummodo huiusmodi proprietas se ad seruicium dextrarii non extendat. Jn cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Guzstrowe, anno domini M° CCC° XXX° sexto, feria secunda post dominicam Cantate, presentibus Wluingo de Oldenborch, nostro milite, Johanne Bellin, nostro aduocato, Johanne de Guzstrowe, Woltero aduocato, seniore Dystelowen et pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 65, Nr. LXXIX. (1 qui.)

Eine zweite Ausfertigung, welche im Transsumpt der Bestätigungs-Urkunde des Bischofs Friedrich zu Camin vom 3. Mai 1336 erhalten ist, entspricht ihrem Inhalte nach ganz der obigen bis „melioris prebende ecclesie Guzstrowensis". Es fehlt in derselben aber die Vergünstigung: 2„Nosque nomine nostro — — — extendat." Und der Schluss lautet:

Testes huius sunt: Wuluinghus de Oldenborgh, Gemekinus Koszebode, milites, Johannes de Bellin, aduocatus, Johannes de Guzstrowe, Mychael, noster notarius, Arnoldus, Hartwicus et Nycolaus, nostri clerici, Wolterus aduocatus, Thydericus Distelow, Hinricus Gartze, Thydericus de Strunken ac Thydemannus de Lussowe [cum] ceteris nostris consulibus in Guzstrow pluribusque aliis ad premissa uocatis specialiter et rogatis. Datum et actum Guzstrowe, anno domini M° CCC° XXXVI°, secunda feria post dominicam, qua cantatur Cantate domino.

1336. Mai 1. Ratzeburg. 5661.

Das Dom-Capitel zu Ratzeburg löst den Burg- und Brückendienst zu Ratzeburg von Sülstorf (im Kirchspiel Schlagstorf), Thandorf und Gr. Mist mit Hebungen aus Ratzeburg und andern Diensten ab.

Nos dei gracia Eghardus prepositus, Johannes prior totumque ecclesie Raceburgensis capitulum presentibus publice recognoscimus et lucide protestamur, quod, postquam villas et bona, scilicet Tzulestorpe, Tanendorpe et Maiorem Miszte ab illustri principe, domino Erico duce Saxonie, emimus et racionabiliter comparauimus, secundum quod priuilegia super hoc edita et confecta lucidius edocent et declarant, redditus et seruicia deputata ad pontem Raceborch, quod bruchwerc dicitur, et ad castrum, quod borchwerch wlgo nominatur, de consensu et uoluntate dicti domini Erici ducis Saxonie in alios redditus decreuimus commutare, videlicet quod magister pontis, qui pro tempore ponti prefuerit, intra ciuitatem Raceborch, in platea, que ducit ad pontem, de domo et area, quam inhabitat Wlf, VII solidos, item de domo et area Fickonis Nyenkerken, qui et Tetze dicitur, II solidos, item de domo et area Maken Koleres II solidos, item de domo et area Henneken Vust II solidos annis singulis in festo beati Michaelis recipiet expedite. Ad tantam enim pecuniam ville predicte facta computacione hactenus tenebantur.

Digitized by Google

Cum uero euidens incumbit necessitas, tunc in illa parte pontis, que deputata est ad parrochiam Slawekestorpe, magister structure nostre pilum mittet cum suis necessariis et inpone(n)t. Jn quo si negliens fuerit, prenominatus dominus dux et sui successores duos mansos ecclesie nostre in Hermenstorpe inpingnerari faciet pro eodem. Preterea, cum communis terra Raceborch ad opus castri siue ad borchwerch fuerit conuocata, tunc magister structure ecclesie nostre ad ipsum opus castrense faciet, quidquid per VI mansos de terra Raceborch fuerit faciendum. Nichilominus uero et, si in hoc deses aut contrarius fuerit, totum nostre ecclesie capitulum pro VI mansis satisfaciet requisitum. Jn premissorum omnium euidens testimonium et perpetuam obseruanciam sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Datum Raceborch, anno domini M° CCC° XXXVI°, in die apostolorum Phylippi et Jacobi beatorum.

Nach dem Original im Regierungs-Archive zu Ratzeburg. An einem Pergamentbande hängt das grosse, runde Ratzeburgische Capitelsiegel, abgebildet in Bd. III, zu Nr. 1594, fast ganz erhalten. — Gedruckt in der Remonstration der Stadt Lübek (wegen Mölln), Ratzeb. 1670, S. 84, und wohl darnach bei Westphalen II, S. 2249; Schröder, P. M., S. 1169 und 1953. — Vgl. Nr. 4016 und 5495.

1336. Mai 3. Stettin. 5662.

Friedrich, Bischof von Camin, bestätigt — unter Transsumirung der beiden Urkunden des Dom-Capitels zu Güstrow und des Fürsten Johann II. von Werle, Nr. 5660 A. u. B. — die von demselben Fürsten mit Hebungen aus Goldenitz bei Schwan gestiftete Dom-Präbende zu Güstrow.

— — Testes huius nostre confirmacionis sunt: honorabiles uiri domini Woltherus archydyaconus Dymminensis, Reynerus prepositus, Ghyso decanus ecclesie Stetynensis et canonici ecclesie Camynensis, Vromoldus prepositus Pozwalcensis et Franciscus plebanus in Brussow et quam plures alii fide digni. — Datum Stetyn, anno domini M° CCC° tricesimo sexto, die inuencion[is] sancte crucis.

Nach dem Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 65 b—fol. 69.

1336. Mai 3. 5663.

Johann, Nicolaus und Gottfried, Söhne des Ritters Johann von Bülow, beurkunden ihren Vergleich mit dem Kloster Reinfeld über die Bede in Wichmannstorf c. p.

Nos Johannes, Nicolaus et Godefridus fratres, filii domini Johannis militis de Bulowe, tenore presencium recognoscimus protestantes, quod omnis contro-

Digitized by Google

uersis, que mouebatur inter dominum abbatem et conuentum de Reyneuelde, ex vna, et nos ac patrueles nostros, filios domini Godefridi militis de Bulowe, parte ex altera, super precaria in bonis, que emerunt a Bertrammo Kulen et suis fratribus, in hunc modum amicabiliter est sopita, ita quod nos cessamus et cessabimus ab omni inpeticione precarie dictorum bonorum in Wichmerstorpe et Boltenhaghen ac casis adiacentibus, renunciantes omni iuri nostro, quod habuisse in eadem precaria videbamur. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M° CCC° XXX° sexto, in inuencione sancte crucis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentbändern hangen 3 schildförmige Siegel mit den Bülowschen 14 Kugeln; die Umschriften lauten:

1) ✠ S . IOhANN — — —
2) ✠ S ✠ — — DG BVL..G
3) ✠ S — — IDI : DG . BVLOWG .

— Vgl. Nr. 5646.

1336. Mai 3. Rostock. 5664.

Die Vorsteher des Heil.-Geist-Hauses zu Rostock verkaufen die von Arnold Kopmann zu 4 jährlichen Mählern in jenem Hause vermachte Rente von 20 Mk. an seine Erben und verwillkären sich, falls die dafür bedungenen Memorien ausfielen, die Rente aus Gross-Schwass zurückzuzahlen.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Lodewicus Cruze ac Gerlacus de Pomerio, prouisores domus sancti Spiritus in Rozstok, ac Bernardus, magister ibidem, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium lucide protestantes, nos cum consensu honorabilium virorum dominorum consulum ciuitatis nostre Rozstok, nostrorum consociorum, ac omnium fratrum et sororum domus sancti Spiritus eiusdem beneplacito et assensu vendidisse racionabiliter domino Arnoldo Kopman, quondam nostro proconsuli, ac Arnoldo ipsius filio et eorum veris heredibus et amicis propinquioribus viginti marcarum perpetuos redditus pro ducentis marcis denariorum vsualium. Quos vero redditus idem dominus Arnoldus in suo testamento propter deum et ipsius anime ob salutem fratribus et sororibus dicte domus sancti Spiritus ad quatuor seruicia quatuor anni temporibus singulis annis, videlicet quolibet festo pasche cum duabus cereuisie tunnis et trium marcarum carnibus, et quolibet festo natiuitatis beati Johannis baptiste totidem de cereuisia et carnibus, et quolibet festo beati Michaelis totidem, et quolibet festo natiuitatis Cristi totidem, perpetuis temporibus per nos aut per nostros successores, qui pro tempore fuerint, eroganda contulit et donauit, tali condicione mediante, quod cum hiis elemosinis prefatis memoria domini

Digitized by Google

Arnoldi Kopman et sue quondam uxoris domine Heleken et omnium suorum heredum et amicorum proximiorum in eadem domo sancti Spiritus singulis vicibus, cum tempus fuerit, per sacerdotem ibidem de ambone predicantem perpetue habeatur. Preterea condictum est: si omnia premissa, ut prescriptum est, debite non obseruarentur, extunc Arnoldus Kopman iunior et sui heredes et amici proximiores prenominatos redditus ex omnibus bonis dimidie uille sepedicte domus sancti Spiritus dicte Groten Swerce per capcionem pigneris licite poterunt extorquere et tunc eosdem redditus alias in pios vsus conuertere, vbicunque eis melius videbitur expedire, nobis ac nostris successoribus non contradicentibus ac minime requisitis. Jn cuius rei lucidius testimonium sigillum nostre ciuitatis vna cum sigillo prelibate domus sancti Spiritus presentibus est appensum. Datum et actum Rozstok, anno domini M° CCC° XXX° VI., in die inuencionis sancte crucis.

Nach dem Original im Archive des Heil.-Geist-Hospitals zu Rostock. Das erste Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgerissen, das andere ist ein parabolisches Siegel mit Christus als „Ecce homo“ im Brustbilde; Umschrift:

✠ SIGILLVM . SCI . SPS . IN . ROZSTO[C]

1336. Mai 9 — 1337. Mai 28. Wismar. 5665.

Kämmerei-Rechnung der Stadt Wismar von Himmelfahrt 1336 bis dahin 1337.

Anno domini M° CCC° XXXVI., quo domini Thidericus Lasche et Ywanus sunt camerarii, isti hurauerunt bodas hic subscripti a proximo pascha vltra annum:

Ghyse suam pro IIℏ mr^{a}. *[Hier folgen weitere Einnahmen von Buden.]*

Stacius lapiscida stat pro ventimolario ciuitatis, quod equefaciat camerariis infra hinc et festum natiuitatis sancti Johannis baptiste.

Henneke Bremere hurauit bodam sutoriam angularem a proximo pascha vltra ad sex annos pro IIℏ mr^{a} annuatim.

Ab hoc anno domini millesimo CCC°XXX. sexto domini mei consules tenentes prata sortilegiata feria sexta ante penthecosten[t] vltra tenebunt ad quatuor annos.

Bertoldus teghelere mansit ciuitati, cum recederet, XXXII mr^{a} Lubicenses, soluendas pro fauore consulum, quando prius potest. Andreas Wartus mansit ciuitati, cum recederet de ventimolo, VIII mr^{a} Lubicenses, soluendas proximo Michaelis, cum quo fidit Stacius lapiscida.

Dominus Wernerus Lewitzowe dabit singulis annis quolibet Martyni pro sua tallia duas mr^{a} Lubicenses, recipiendas ab illo, qui horreum suum habuerit, in termino prenotato.

Digitized by Google

Marquardus[2] famulus consulum sustulit II mr', que debentur sibi pasche, Johannis et Michaelis et natiuitatis Cristi[3]. Hinricus Mʏtzelmowe sustulit VI marchas.

Nos[4] camerarii tenemur soluere domino Andree Laschen XIIII mr' Lub. proximo Martyni ex parte nostri notarii de XX mr', quas consules sibi dederunt ad sollempnitatem prime sue misse. Jtem Lamberto Lorf LXVI mr' Lub. eodem termino. Econtra tenetur Arnd Witte pro III fertonibus satisfacere consulibus, quibus minus ponderauit cyfus (!) debito pondere promisso per Arnoldum antedictum. Domino Andree Laschen VI mr'. Lamberto Lorf LXVI mr', de quibus rehabebimus ab Arnoldo Witten II fertones puri et I mr^{m} Lubicensem. Paulo XV mr'. Dithmaro Vichlen XXXVIIł mr^{m}[5].

Preen de Schymme et Arnoldus Witte tenentur manu iuncta ligna duarum fornacium et ad VIII mʏndas calcis, quarum medietatem pagabunt nunc in hyeme et reliquam medietatem, postquam fuerit seminatum, pro XIII mr' solutis de pecunia sortilegica ex parte Wysen. Dominus Kadowe tenetur pro sorte die Galli[6] danda(m) ligna duarum fornacium et ad IIII^{or} mʏndas calcis, postquam fuerit seminatum, paganda. Bʏtzowe et servvs abbatis tenentur ligna vnius fornacis et duorum mʏndorum calcis. Gherd Krøghere de Dybowe et Bʏtzekowe tenentur ligna ad fornacem laterum et duorum mʏndorum calcis; Johannes Dedde fidus, quem tenebunt indempnem. Schachtsnidere tenetur ligna pro I marca sibi data.

Consules soluerunt Hinrico Nigro et suis fratribus XXX marchas Lubicenses die Martyni, anno domini M°CCC°XXXVI., et dabunt eisdem proximo Martyni XXX mr' Lubicenses, quibus pagatis omnia inter consules et ciuitatem, ex vna, et dictos fratres, parte altera, vertencia in bono terminata sunt et finita. Dicte XXX mr. sunt persolute[7].

De pecunia sortilegica recepimus ad vsum ciuitatis XIII sortes, de quibus presentauimus magistris edificatoriis tres sortes. Jtem II sortes expositas per dominum Willikynum Album et dominam Vresinnen et per eundem dominum Willikynum in vsum coggonis positas et conuersas in cereuisia et pane, lignis et sale. Jtem [i]idem magistri edificiales receperunt XII mr', quas Hartmannus pro sorte dedit. Jtem iidem magistri XII mr', quas dominus Martynus pro sorte dedit. Jtem iidem magistri XII mr', datas per dominum Thidericum Laschen pro sorte.

Exposita de sortibus per dominum Wilkynum Smodesinne: XXVIII den. pro neghele. Pro troia XII sol. Johanni Roden. Pro lignis VI mr' Prenoni. Camerarii sustulerunt ab ipso II mr' VI sol. IIII denariis minus. Pro luminibus et sepo XLIIII sol. Heydenrico.

Exposita pro expedicione coggonis[8]. Pro lignis remigatoriis XVIII sol. Pro pulte XII sol. Pro cantris III sol. Pro moldis et scutellis VIł sol. Pro

Digitized by Google

thela XI sol. Pro sepa X sol. Pro lucernis IIII sol. Libram grossorum, XII marcam et I sol. Stvremanno XXIIII sol. Krygoni XXX mr[a]. Pro strumulo VII mr[a]. Pro kexis et bipenni IIII[or] sol. Pro pane et synape XIX sol. Balkerschen XIII mr[a] pro ceruisia I sol. Pro carnibus ℣ sol. Pro carbonibus V sol. Pro pane ℣ marcam. Vor boord ad coggonem XVIII sol. Paulo XL sol. ex parte Gheylingi. Pro carnibus ouinis VIII sol. Leoni. Hinrico repere II sol. pro fune. Alberto Litzowen X mr[a] pro cer[uisia]. Domino Slawestorp VIII mr[a] pro carnibus. Pro draad VII sol. Pro clauis V sol. Carpentariis X sol. Pro lignis edificialibus et vrendis et aliis ad snikkam aptis XXIIII sol. Fabro III mr[a]. Pro pisis et lardone et butiro et lagenis XIII mr[a] IIII[or] solidis minus. Item tribus stipendiariis XXXVI sol. Ricquardo braxatori XII sol. Johanni Roden XII sol. Bvlleken XII sol. Kote iuuenis XII sol. Gerhardo de Pvle V sol. pro lignis edificialibus. Gereke Loste XII sol. Johannes de Mollendino XII sol.

Aus dem in Bd. VII, zu Nr. 4724, beschriebenen Wismarschen Kämmerei-Register, fol. 41—44[b] (gedruckt in Jahrb. XXIX, S. 105—107), im Anschlusse an Nr. 5593. ([1]= Mai 17. — [2]—[3] getilgt. Ursprünglich stand dort III mr[a], und die Aufzeichnung schloss mit Michaelis. — [4]—[5] getilgt. — [6] Octbr. 16. — [7] Dicte — pers. später hinzugefügt. — [8] Exposita p. e. cogg.: Ueberschrift der Seite.)

(1336. Mai 17?) Wismar. 5666.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, beglaubigt den Priester Engelbert bei dem Rath der Stadt Lübeck.

Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus honorabilibus viris dominis proconsulibus ciuitatis Lubeke bonam et promotiuam ad omnia voluntatem. Engelbertum presbiterum, exhibitorem presencium, vestre discrecioni transmittimus, exorantes, vt uerbis suis, que vobis ista vice nomine nostro retulerit, fidem adhibeatis omnimodam tamquam nostris. Datum Wismarie, feria sexta ante pentecosten, sub secreto.

Rückseite: Honorabilibus viris dominis proconsulibus ciuitatis Lubek detur.

Nach dem Original im Archive der Stadt Lübeck. Das Pergament ist zweimal durchstochen und mit einem Secretsiegel verschlossen gewesen. Die Schrift stammt aus der ersten Zeit des Fürsten Albrecht, wie es scheint, vielleicht noch aus der Zeit der Vormundschaft. Vielleicht bezieht sich Engelberts Auftrag auf die in der Anm. zur Urkunde vom 29. Juni besprochene Reise nach Schweden auf Lübischen Schiffen. — Gedruckt im Urk.-Buch der Stadt Lübek III, S. 85.

Digitized by Google

1336. Mai 20. Goldberg. 5667.

Ein brieff Johannis vnd Otten, gebruder von Hauelberge, darin sie Hern Johanni von Werle das dorff Godekendorff[1] vnd ihre guter doselbst abtretten, damit zu handlen seines gefallens. Datum et actum Goldtberch, anno 1336., feria secunda festi pentecostes.

Clandrian, Registratur etc. p. 33. — Vgl. 1336, Aug. 2 und Septbr. 1, auch 1337, Juni 9.
[1] Godekendorf lag in der Vogtei Teterow (s. Septbr. 1) und ist in der Feldmark von Mamerow untergegangen; s. Jahrb. XII, S. 18—20.

(1336. Mai 21—1341. Mai 29.) Marienburg. 5668.

Dietrich, Burggraf von Altenburg, Hochmeister des Deutschordens, ersucht den Rath zu Rostock um Fürsprache für einige des Seeraubes beschuldigte Unterthanen bei dem Könige von Schweden, und bittet den Rath zugleich, die eingefährte Zollerhöhung für seine Unterthanen wieder abzustellen.

Commendabilibus viris dominis consulibus ciuitatis Rostok frater Theodericus burcgrauius de Aldenburg, magister generalis ordinis sancte Marie, salutem cum affectuoso desiderio complacendi. Vniuersitatem vestram non latere credimus, quod quidam ex nostris ciuibus sunt per serenissimum principem dominum regem Suecie ob spoliacionis et excussionis causam cuiusdam liburne, preteritis fere tribus annis in Norsunt facte, multipliciter sunt delati. Ob quam quidem spoliacionem a nostris ciuibus et subditis communiter quasdam pecunias idem dominus rex nititur extorquere. Vnde ad vniuersitatis vestre noticiam deducimus, quod, licet de iure non teneremur, attamen dictos nostros subditos per prefatum dominum regem sic incusatos et delatos ob reuerenciam sui ad eius presenciam personaliter destinauimus, vnicuique coram ipso de obiectis secundum iuris exigenciam plenarie responsuros. Qui quidem nostri homines, se suo conspectui offerentes ac de inposito excessu excusantes, absque omni inpeticione et lesione qualibet per sepedictum dominum regem, prout ab eisdem nostris hominibus didicimus, liberaliter sunt dimissi. Quare circumspectionis vestre reuerenciam omni, quo possumus, precum studio duximus inplorandam, quatinus prelibatum dominum regem vestris precibus et exhortacionibus seu monitis litteraliter per exhibitores presencium inducere dignemini, ut nostros subditos eiusdem euentus inmunes penitus et innocuos inantea desinat molestare. De omnibus autem premissis exhibitores presencium vos uius uoce informare plenius poterunt, quibus fidem adhiberi petimus in dicendis, agentes in premisso negocio, vt vniuersitati vestre ad similia vel maiora debeamus omni tempore promptis affectibus conplacere.

Digitized by Google

Eciam noueritis, quod ex relatu veridico nostrorum fidelium percepimus, vos theolonium prius inconsuetum a nostris hominibus postulare. Vnde, cum in nostris partibus singulos homines aduenas plena libertate perfrui uelimus et gaudere, igitur discrecionem vestram duximus studiosius exorandam, quatinus ab huiusmodi theolonio inconsueto cessare velitis. Alioquin nos de equiualenti pro vestris cogitare uerius opportebit. Datum Marienburg, feria III[a] infra oct. penthecostes.

Rückseite: Commendabilibus viris et discretis dominis consulibus de Rostoke detur.

Nach dem Original (in der Schrift der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts) im Raths-Archive zu Rostock. Das Siegel auf der Rückseite hat nur schwache Spuren hinterlassen. — Der Burggraf Dietrich von Altenburg ward am 15. August 1335 zum Hochmeister erwählt (Voigt, Gesch. Preussens Bd. 4, S. 520), er starb 1341 (wahrscheinlich am 6. Octbr., Voigt S. 585); das vorstehende Schreiben fällt also in die Jahre 1336—1341.

1336. Mai 26. Stegeborg (auf Möen). 5669.

Wipert Lätzow, Ritter, schuldigt dem Kloster Gudhem 30 Mk. Silbers und verspricht, diese Summe in den auf den nächsten Michaelistag folgenden drei Jahren mit 10 Mk. jährlich an den Ritter Knut Folkeson zu zahlen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Wipertus Liuzowe, miles, salutem in domino sempiternam. Recognosco, me nobilibus et religiosis dominabus abbatisse totique conuentui in Gudehem in triginta marcis puri argenti teneri et esse veraciter obligatum, nobili militi domino Canutho Folkssun vel suo certo nuncio, qui me quitare poterit, in curia Eskilli Settel, opidani in Helsinghborch, a festo beati Michaelis proximo vltra ad tres annos continue sequentes, anno quolibet decem marcis argenti ex parte earumdem sine omni contradictione per me vel meos heredes vtique persoluendis. Vt autem premissa firmiter seruentur, ego et mei heredes nobilibus militibus Kanuto Folkson et Gregorio Magnusson ad manus dictarum monialium promittimus data fide. Scriptum Stekeborch, sub appensione mei sigilli, anno domini M° CCC° XXX° sexto, die dominic[a] trinitatis.

Nach Hildebrands Diplom. Suecanum IV, 502, aus dem Original im königl. Reichs-Archive zu Stockholm. „Das Siegel ist von dem aus der Urkunde geschnittenen Streifen abgefallen.“ — Vgl. Nr. 4741, 5591 und 5670.

Digitized by Google

1336. Mai 26. Stegeborg (auf Möen). 5670.

Wipert Lätzow, Ritter, verspricht dem Kloster Gudhem, für die aus den Klostergütern auf Möen eingenommenen und noch einzunehmenden Hebungen am nächsten Michaelistage an den Ritter Knut Folkeson 34 Mk. Silbers zu zahlen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Wipertus Lutzowe, miles, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, me nobilibus dominabus abbatisse in Gudhem et monialibus ibidem in triginta quatuor marcis puri argenti racione reddituum per me in tribus annis de bonis ipsarum monialium in Meonia sitis perceptorum et de anno presenti per me leuandorum teneri et esse veraciter obligatum ipsis dominabus. Predictam summam argenti in proximo festo beati Michaelis per me vel meos heredes vel domino Kanuto Folkæson vel eciam suo certo nuncio, qui poterit me quitare, in domo Eskilli Settel, villani Hælsingborgh, absque omni impedimento et contradiccione qualibet soluere veraciter me promitto. Jn cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Stækeborgh, anno domini M°CCC°XXX° sexto, dominica sancte trinitatis.

Nach Hildebrands Diplomatarium Suecanum IV, 502, aus einem im königl. Reichs-Archive zu Stockholm aufbewahrten, von dem Bischofe Sigge zu Skara d. 23. Octbr. 1342 ausgestellten Vidimus. — Vgl. Nr. 5669 und die dort citirten Urkunden.

1336. Mai 31. Lübek. 5671.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet, dass der Lübeker Rathmann Gottschalk von Warendorf in der Marienkirche daselbst eine Vicarei gestiftet und mit 8½ Hufen zu Oster-Golwitz auf Pöl dotirt hat.

Uniuersis presencia visuris seu audituris nos Hinricus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus in perpetuum notum esse cupimus, quod honestus vir dominus Gotscalcus de Warendorpe, consul Lubicensis, pietatis ductus spiritu, de nostra auctoritate et vnanimi consensu capituli nostri in ecclesia beate Marie virginis Lubicensi(s), in capella, quam propriis suis sumptibus construxit, ad honorem omnipotentis dei sueque pie matris Marie ac sanctorum Symonis et Jude apostolorum, pro sue quoque suorumque progenitorum et posterorum salute animarum, fundauit, creauit et constituit vnam vicariam perpetuam ac eam dotauit de bonis suis propriis cum octo mansis et dimidio, sitis in villa Ostergoluitze, terre Po°le, Lubicensis dyocesis, cum obuencionibus et pertinenciis suis vniuersis. Quorum quidem mansorum Tymmo de Molendino colit duos, Johannes de Ruygen vnum,

Digitized by Google

Marquardus Buth vnum, relicta Nicolai Teghel vnum, Nicolaus Bo'le dimidium, Rotgher Man vnum, Nycolaus Teghel vnum et quidam dictus Sculte vnum mansum. Quilibet eciam istorum soluit de quolibet manso —[1]. Actum Lubeke, anno domini M° CCC° tricesimo sexto, feria sexta post festum corporis Cristi.

Nach Leverkus I, S. 781, aus dem Reg. Cap. Lub. II. ([1] S. Bd. VII, Nr. 4924.)

1336. Mai 31. Lübek. 5672.

Heinrich, Bischof von Lübek, beurkundet die von den Testamentarien des Gerlach von Kastorf in der Petrikirche zu Lübek gestiftete und mit dem Dorfe Johannstorf bei Dassow bewidmete Vicarei.

Vniuersis presencia visuris seu audituris nos Hinricus dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus cupimus esse notum, quod discreti viri Bodo et Syfridus fratres dicti Bernewich, Johannes dictus Witten et Thydemannus de Sost, ciues Lubicenses, tamquam executores testamenti seu vltime voluntatis quondam Gherlaci de Castorpe felicis memorie, ciuis ibidem, de nostra uoluntate et vnanimi consensu capituli nostri ob salutare remedium anime eiusdem Gerlaci in ecclesia beati Petri Lubicensi(s) fundauerunt, creauerunt et constituerunt vnam vicariam perpetuam ac eam dotauerunt cum integra villa Johannestorpe, sita in parrochia Dartzowe, Raceburgensis dyocesis, optinente nouem mansos, pecunia prefati Gherlaci comparata. Quorum quidem mansorum Güde Johan colit duos mansos, de quibus soluit annuatim sex marcas denariorum Lubicensium, et pro molendino confracto ac piscaria seu stagno sue curie adiacenti viginti solidos denariorum, Hermannus iuxta valuam et Radeke colunt tres mansos, de quibus quilibet ipsorum soluit annuatim viginti quatuor solidos denariorum et domino episcopo Raceburgensi annuam suam decimam, Hermannus Trepetowe colit duos mansos, de quibus sex marcas denariorum soluit annuatim, Johannes Buse colit duos mansos, de quibus eciam sex marcas denariorum soluit annuatim, monete scilicet per omnia Lubicensis. Dictam eciam villam cum omni sua libertate, proprietate, vtilitate, cum omnibus emolimentis ac vniuersis suis attinenciis et iuribus memorati executores optulerunt ecclesie nostre Lubicensi pure propter deum et libere in hunc modum, quod vicarius, qui pro tempore fuerit, sepedicte ville redditus annis singulis vsibus suis applicabit vniuersos et singulos, preterquam quatuor marcarum redditus dictorum denariorum, quos iidem fundatores assignauerunt liberaliter ad peragendum inde memoriam predicti Gherlaci in ecclesia nostra Lubicensi annis singulis XI. kalendas Maii, ita quod due marce inter canonicos et due marce inter eiusdem ecclesie nostre vicarios equaliter diuidantur. Jpsas quatuor marcas eciam prelibati executores de prefatis bonis voluerunt per

Digitized by Google

eundem vicarium sub ipsius periculis, laboribus et expensis in ciuitate Lubicensi singulis annis in prefato termino dari expedite et exsolui. Sepedicte vicarie iure patronatus Syfrido Bernewich, ciui Lubicensi predicto, pro prima vice presentacionis, et non amplius, et extunc Arnoldo filio Thidemanni Corrigiatoris, ciuis Lubicensis, et Johanni filio Petri Albi, ciuis ibidem, clericis, quamdiu vixerint ipsi seu eorum aliquis, reseruato et eorum cuilibet in solidum, ita quod simul ad eandem, quociens ipsam vacare contigerit, presentabunt, vel altero ipsorum defuncto superstes ex eisdem ad ipsam solus pacifice presentabit; ipsis uero deficientibus, extunc perpetuis futuris temporibus ius patronatus pretacte vicarie, quociens ipsam vacare contigerit, ad plebanum ecclesie beati Petri predicte, si canonicus Lubicensis fuerit, libere pertinebit, si uero canonicus Lubicensis non fuerit, tunc, quocienscumque interim ipsa vicaria vacauerit, ius patronatus ipsius illa vice seu illis vicibus spectabit ad decanum et capitulum ecclesie nostre Lubicensis predicte. Jn cuius rei euidens testimonium presentem litteram nostro et eiusdem capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum Lubeke, anno domini M° CCC° XXX° sexto, feria sexta infra octauas corporis Cristi.

Aus dem Lib. Cap. Lub. II, 88, gütigst mitgetheilt vom Archivrath Römer zu Oldenburg. — Vgl. Nr. 5642 und 5643.

1336. Juni 21. Lauenburg. 5673.

Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), verkauft das Dorf Schmilau mit dem Moor dem Bischofe Volrath von Ratzeburg, welcher einen Theil des Dorfes von Lübeker Bürgern eingelöst hat, behält sich aber den Rückkauf auf drei Jahre vor.

In nomine domini. Amen. Ericus dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westphalie vniuersis Cristi fidelibus salutem in domino sempiternam et notitiam rei geste. Nouerint universi, quod nos de consensu et beneplacito dilecte uxoris nostre domine Elisabeth et heredum nostrorum ac de sano consilio vasallorum nostrorum vendidimus rite et rationabiliter venerabili in Cristo patri domino Marquardo episcopo Raceburgensi, pro se et suis successoribus ac mensa sua episcopali ementi et recipienti, villam Smylowe cum censibus, decimis, dominio, seruitio, proprietate, libertate, silva, lignis, rubetis, molendino, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, viis et inviis, iuribus, iurisdictionibus, iudicio maiori, scilicet colli et manus, et iudicio minori, cum spatiis terre dicte vulgariter moor, cum terminis et disterminationibus, utilitatibus, commodis, et generaliter cum omnibus pertinentiis in dicta villa nobis et heredibus nostris de iure vel de consuetudine competentibus vel competituris et prout dictam villam hactenus dignoscimur habuisse et possedisse, pro mille et centum marcis denariorum

Digitized by Google

Lubicensium nobis integraliter persolutis et in receptionem castri Raceborgh conversis. Et nos diu ante hunc contractum et hanc venditionem obligaveramus quibusdam civibus Lubicensibus tres partes dicte ville Smilowe pro quadringentis marcis denariorum Lubicensium, et dedimus plenam potestatem domino episcopo Raceburgensi, qui pro tempore esset, quod posset redimere et recuperare pro se et sua mensa episcopali tres partes ville Smilowe predictas cum suis pertinentiis sine alicuius impedimento pro quadringentis marcis denariorum Lubicensium, quandocunque sibi videretur expedire vel sibi placeret. Jtem dedimus liberam licentiam et plenam postestatem domino episcopo Raceburgensi, qui pro tempore esset, quod posset libere et licite vendere, quandocunque vellet, omnia ligna silve Smilowe et alia ligna stantia et crescentia infra terminos distinctionis predicte ville. Posthec vero venerabilis in Cristo pater dominus Volradus episcopus Raceburgensis, successor domini Marquardi bone memorie quondam episcopi Raceburgensis predicti, de bona voluntate nostra et consensu nostro ac dilecte uxoris nostre predicte, necnon heredum nostrorum, ligna silve Smylowe procuravit et fecit vendi pro quadringentis marcis denariorum Lubicensium, pro quibus quadringentis marcis tres partes ipsius ville Smylowe, obligatas quibusdam civibus Lubicensibus, redemit ac recuperauit pro se et successoribus suis ac mensa sua episcopali. Cupimus igitur esse notum tam presentibus quam futuris, necnon recognoscimus publice in his scriptis, quod tota villa Smylowe cum decimis, censibus, dominio, servitio, pratis, pascuis, aquis, viis et inviis, iuribus, iurisdictionibus, iudicio maiori, videlicet colli et manus, et iudicio minori, cum spatiis terre dicte moor, proprietate, libertate, commodis, lignis stantibus et crescentibus ibidem, rubetis, molendino, agris cultis et incultis, cum terminis et distinctionibus, utilitatibus, commodis, et generaliter cum ceteris pertinentiis in dicta villa nobis et heredibus nostris de iure vel de consuetudine competentibus vel competituris et prout dictam villam dignoscimur habuisse et possedisse, ad dominum episcopum Raceburgensem et mensam suam episcopalem pertinet et spectat, libere et pacifice possidenda. Jtem ligna, que dominus episcopus Raceburgensis infra terminos ipsius ville Smylowe secari fec[er]it, et cespites dictos torf, quos ibidem fodi fecerit, apud stagnum et in stagno Raceborch non dabunt nec solvent hudepenninghe vel telonium, sed libere sine telonio sive hudepenninge et sine omni exactione libere deducentur et vehantur Lubeke vel alibi, ubi dominus episcopus Raceburgensis maluerit ea et eos habere. Et nos in ipsa villa Smylowe sepedicta et hominibus ibidem habitantibus nec paritionem, nec servitia, nec aliquid iuris nobis et heredibus nostris reservamus. Jdem tamen Volradus episcopus Raceburgensis nobis et heredibus nostris dedit plenam et liberam potestatem reemendi sepefatam villam Smylowe, quandocunque voluerimus, in festo pasche infra tres annos a pascha proximo computandos pro mille et centum marcis denariorum Lubicensium expedite et integre exponendis; qua reemtione non facta, ut premittitur, ipsa

Digitized by Google

villa Smylowe cum omnibus et singulis predictis pertinentiis suis ad dominum episcopum Raceburgensem et suam mensam episcopalem pertinebit ac spectabit in perpetuum libere et pacifice possidenda. Renunciamus igitur pro nobis et heredibus nostris omni actioni, exceptioni et iuris canonici et civilis beneficio et auxilio et generaliter quibuscunque aliis, per quam vel quod aut per que huiusmodi contractus sive venditio posset futuris temporibus constringi vel aliqualiter impugnari. Et nos pro omnibus et singulis premissis in perpetuum durandis et firmiter observandis in hiis scriptis promittimis bona fide. Et in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Et nos Elyzabeth ducissa Saxonie, Angarie et Westphalie, uxor domini nostri dilecti domini Erici predicti, quamvis ipsa villa Smylowe cum suis pertinentiis ad nos ex donatione propter nuptias facta spectauit, tamen eam cum suis pertinentiis libere renunciavimus et sponte, et nunc iterato et secunda vice renunçiamus sponte et libere eidem ville et omnibus ac singulis pertinentiis suis, nec vnquam in aliquo contraveniemus, quod promisimus bona fide, consentientes omnibus et singulis premissis. Et in testimonium renunciationis per nos facte, ut premittitur, et omnium ac singulorum premissorum sigillum nostrum de mandato nostro similiter presentibus est appensum. Et ego Ericus, filius domini Erici ducis Saxonie, Angarie et Westphalie predicti, omnibus et singulis predictis consensi, nec eis in parte vel in toto contraveniam nec contravenientibus consentiam, quod promitto bona fide. Et in testimonium illius et omnium premissorum sigillum meum duxi presentibus apponendum. Testes huius sunt: discreti viri Bertholdus de Rytzerowe, Detlevus de Duvense, Walraw(i)enus de Duvense, Hinricus de Gronowe, Volcmarus de Gronowe, milites, Hartwicus de Rytzerowe, Echardus de Crummesse, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXVI., feria sexta proxima ante diem beati Johannis baptiste, in castro nostro Louenborgh.

Nach dem Copiar I der Ratzeburger Kirche zu Neustrelitz. — Gedruckt bei von Westphalen II, S. 2247, Nr. 113; Schröder, P. M. S. 1173.

1336. Juni 23. Warnemünde. 5674.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, quittirt den Rath der Stadt Rostock über die auf Michaelis 1336 zu zahlende Ordör im Betrage von 90 Mk. Rost. Pf.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstock dominus omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino sempiternam. Ad notitiam omnium et singulorum volumus peruenire litteratenus protestantes, quod

Digitized by Google

nostrorum consiliariorum freti consensu et consilio ac propria deliberatione discreta et prouidenti desuper habita, dilectos nobis consules nostre ciuitatis Rozstock, variorum commodorum nobis per ipsos exhibitorum ac multe seruitutis ob respectum, de persolutione nonaginta marcarum Rozstockcensium denariorum, in festo sancti Michaelis racione pecunie fundatorie, que wlgariter orbor nuncupatur, exsoluendarum, liberos dimisimus et solutos, ita videlicet, ut nec per nos nec per aliquem nostrorum propter temporis interuallum quouis modo moneantur. Jn cuius rei confirmacionem pleniorem presentem litteram nostro secreto sigillatam eisdem damus ad cautelam. Datum et actum Warnemunde, anno domini M° CCC° XXX. sexto, in vigilia Johannis baptiste, apostoli gloriosi.

Nach dem Original im Archive der Stadt Rostock; das etwas beschädigte Secretsiegel (abgebildet zu Nr. 5268) von dunkelbraunem Wachs hängt am Pergamentstreifen. — Gedruckt bei Nettelbladt, Histor.-dipl. Abhandlung p. CI, und darnach in Jahrb. VII, S. 258.

1336. Juni 27. Krakow. 5675.

Heinrich Gamm und die Brüder Heinrich und Gothmar Gamm, Gothmar's Söhne, verlassen dem Kloster Malchow kaufesweise die Dörfer Deutsch- und Wendisch-Wangelin mit der alten Mühle vor dem Fürsten Johann III. von Werle.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Nos Hinricus Gammo, famulus, Hinricus et Gothemarus famuli, filii Gothemari dicti Gamme felicis memorie, Cristi fidelibus vniuersis, quibus presencia exhibita fuerint et expressa, salutem in filio virginis crucifixo. Propter successionem temporis continuam necesse est, ut acta hominum ad posteros propaganda litterarum aut testium firmentur stabili fulcimento. Hinc est, quod scire uolumus posteros et presentes, quod nos prefati Hinricus et Hinricus necnon Gothemarus Gammen nominati, iusto empcionis titulo prehabito, honorabili uiro domino preposito necnon conuentui suo in Malchowe villas videlicet Wanghelin, tam Slauicalem quam eciam Theutunicam, cum molendino antiquo ibidem sito, cum omni vtilitate et fructu in lignis, pratis, pascuis, aquis, piscinis et aquarum discursibus, in uiis et inuiis, in agris cultis pariter et colendis, sicut eedem uille in suis distinctionibus continentur, et cum omni iure, tam maiori quam minori, hoc est manus et colli, et precarie libertate, matura deliberacione super hoc prehabita et omnium amicorum nostrorum consilio simul et consensu, in presentia nobilis domicelli Johannis de Werle resignauimus iugiter et quiete possidendas, ita pure, quod nec nos nec aliquis de nostra parentela penitus nichil iuris nobis reseruauimus villis bonisque, ut premissum est, in eisdem. Jdem uero Johannes domicellus nobilis de Werle,

Digitized by Google

nobis prelibata bona seu villas resignantibus, eidem honesto viro domino preposito in Malchowe suoque conuentui ibidem, omni inpugnacione hinc ammota, absque aliquo seruiminis genere inde faciendo, sicut nos hactenus quiete et libere possidebamus, benigne contulit possidenda seu possidendas. Acta sunt hec sub anno dominice incarnacionis M° CCC° XXXVI°, feria quinta ante festum apostolorum Petri et Pauli, in Crakowe, presente nobili domicello Johanne de Werle et aliis fide dignis. Jn cuius testimonium ego Hinricus Ghammo, famulus predictus, presens scriptum sigilli mei munimine dedi roboratum.

Nach dem Original im Archive des Klosters Malchow. An einem Pergamentstreifen hängt ein rundes Siegel mit drei schräge rechts gelegten Sternen in einem stehenden Schilde; Umschrift:

* S' . ЬIПRIGI . GЬЖФФGR . DG . WGRDGRG

1336. Juni 28. 5676.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, übernimmt die Schirmvogtei über die Stadt Lübek auf zwei Jahre.

In nomine domini. Amen. Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, nos ciuitatem Lubicensem et omnes ac singulos eius burgenses in nostre protectionis confugium recepisse, volentes ipsam ciuitatem et eius burgenses pre omnibus eis aduersa inferre volentibus in suo iure conseruare et firmiter confouere in terris nostris et vbique, fideliori posse quo possumus, et pre iniuriancium morsibus ac inuectionibus defensare, vniuersis nostris aduocatis et officiatis in ipsorum necessitatibus eosdem scincere presentibus commendantes. . A festo natiuitatis beati Johannis baptiste iam transacto vsque ad finem duorum annorum ex illo inmediate sequencium huius nostre defensionis presidium perdurabit, specialiter hoc premissis adiecto, quod, si medio tempore in terris nostris de educendo annonam extra terminos nostros per nos aut aduocatos nostros fiat inhibicio generalis, illa nichilominus non obstante burgenses ciuitatis predicte annonam pensionum suarum de bonis, que habent in nostro dominio, proueniencium libere educendi pro suo beneplacito largam per presentes concedimus facultatem. Pro quibus interea nobis septingentas et quinquaginta marcas denariorum Lubicensium, dimidias in festo natiuitatis domini et dimidias in festo natiuitatis beati Johannis baptiste, anno quolibet ministrabunt. Quibus duobus annis denuo terminatis, quoniam in amicicia conuenimus, debemus extunc eciam in amicicia separari. Si uero, quod deus auertat, nos medio tempore mori contigerit, quantum in tempore, quo decesserimus, de pecunia predicta nobis cedere

Digitized by Google

poterit, tantum, et non magis, successoribus nostris dabunt. Jn testimonium igitur omnium premissorum presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno domini M° CCC° XXX° sexto, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 584, aus „dem Original, auf der Trese (zu Lübek), mit anhängendem, wohl erhaltenem Siegel". Das ist das hier zum ersten Mal beobachtete und darum (durch Geschenk Seiner Königlichen Hoheit des Grossherzogs Friedrich Franz von Meklenburg-Schwerin) hieneben abgebildete grosse, runde (2.) Siegel des Fürsten Albrecht von Meklenburg, welches auf das zu Nr. 5056 abgebildete erste (Vormundschafts-) Siegel folgte und bis zu Albrechts Erhebung in den Herzogsstand 1348 von demselben geführt ward. Es zeigt im schräge rechts geneigten schraffirten Schilde den gekrönten Stierkopf mit dem Halsfell; die Umschrift lautet:

✠ S' ALBERTI + DEI + GRĀ + MAGNO-POLENS' + STARGARDIE + ET + ROZSTOK + DN̄I +

In der Regel ist das Siegel so angehängt, dass das Kreuz ✠ der Umschrift oben am Siegelbande steht, der Schild also geneigt ist; an einigen wenigen Urkunden aber hängt das Siegel so, dass der Schild stehend erscheint, wie das Siegel in Jahrb. VII auf der lithogr. Tafel unter Nr. 2 abgebildet ist. Vgl. daselbst Lisch, S. 6 flgd., über Albrechts Siegel. — Besiegelt hat der Fürst diese Urkunde wahrscheinlich auf der Fahrt über die Ostsee nach Schweden. S. die Anm. zu Nr. 5677.

1336. Juni 29. „Lübek."[1] 5677.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, quittirt die Stadt Lübek wegen des zum nächsten Weihnachtsfeste fälligen halbjährigen Schutzgeldes von 300 Pfund Lüb. Pf.

Nos Albertus dei gracia dominus Magnopolensis, Stargardie et Rozstok, recognoscimus in hiis scriptis, quod honorabiles viri consules ciuitatis Lubeke trecenta talenta denariorum Lubicensium per manus Wiperti Lutzowe, strennui militis, nostri aduocati, quibus nobis racione tuicionis eis faciende super festo natiuitatis domini proxime venturo tenebantur, integraliter et omnimode persoluerunt. A quibus ipsos dimittimus liberos atque quitos penitus et in toto, nec exnunc commonebimus pro eisdem. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum

Digitized by Google

vna cum sigillo Wiperti Lutzowe, militis predicti, presentibus est appensum. Datum Lubeke[1], anno domini M° CCC° XXX. sexto, in die sanctorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 585, aus „dem Original, auf der Trese (zu Lübek), mit anhängendem Siegel des Wipert Lützow; das des Herzogs ist abgerissen."

Anm. [1] Diese Urkunde ist freilich von Lübek datirt, aber vielmehr auf einem Lübischen Schiffe während der Fahrt über die Ostsee nach Schweden vollzogen, wenn anders Detmar (I, S. 239) richtig Folgendes erzählt:

„In deme iare Cristi M. CCC. XXXVI. na paschen do sande de koningh Magnus van Sweden unde van Norweghen sine suster Euphemian to Rostok Alberte, deme heren van Mekelenborch; de nam se, unde hadde dar vele heren to der hochtid. Dar wart he riddere van hertoghen Erik van Sassen. Darna des neghesten daghes sunte Johannis to middensomere" *(also am 25. Juni; am 23. Juni war Fürst Albrecht nach Nr. 5674 in Warnemünde)* „do vor de here van Mekelenborch mit siner brut uter Wernowe weder to Sweden. He hadde mit eme sines omes sone, hertoghen Rodolves van Sassen, unde Hinrike, greven Gherdes sone van Holsten, unde vele riddere unde knechte. Do se quemen in de see, do weren dar boden van Lubeke, de voren ene vore bette an den Kalmersund. Dar quam do des koninghes moder mit eren schepen unde untfeng eren swagher unde ere dochter unde de heren al mit groter vroude, unde voren tosamene mit schalle allerleye speles bet to Kalmeren. Dar weren se ghuden hoghen vif daghe. Darna do voren se to deme Stocholmen; dar let de koning schone toreden unde quam dar mit den hoghesten heren unde vruwen des rikes; dar wart he riddere van sineme swagher van Mekelenborch." —

1336. Juli 1. (Güstrow.) 5678.

Des Capittels zu Gustrow brieff, darin sie bezeugen, das Johannis von Jordenstorpe Testamentarii von ihrem vnderthonen Rotghero von Gancekow in zwen hufen auffm felde Gancekow gekaufft haben 14 sch. Rogken, 14 sch. gersten, 29 sch. 1 viert Habern, 1 Rauchhun vnd Hufenzinse vor 55 Mk., so zu Gustrow genge. Die Kirche zu Gustrow aber hat sich den widerkauff furbehalten. Datum 1336., in octaua beati Johannis euangelistæ.

Clandrian's Registratur etc., p. 31. — Vgl. 1343, März 3.

Digitized by Google

1336. Juli 10. Lage. 5679.

Das Kloster Dargun kauft von Eler von Bresen das halbe Dorf Vippernitz.

Vniuersis presencia visuris uel audituris Nicolaus de Buch in Rekenisse, Hinricus in Polchowe ecclesiarum rectores, necnon Johannes Plonies, Hinricus Darghesce, Nicolaus Molne, Thymmo, Meynhardus de Sputendorpe ac Thidericus Daluitze, consules in Lawe, rei geste ueritatem. Vestre uniuersitati cupimus fore notum et presentibus protestamur, quod anno domini M°CCC°XXX°VI°, feria quarta post octauas apostolorum Petri et Pauli, in ciuitate Lawe in ecclesia parrochiali constitutus coram nobis et aliis infrascriptis Elerus dictus de Bresen, filius quondam Hinrici dicti Burhorn de Bresen, rite et racionabiliter ac bona uoluntate vendidit fratri Conrado, cellerario monasterii in Dargun, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, nomine . . abbatis et conuentus eiusdem monasterii bona in villa Viperniz cum omnibus edificiis et casis, id est ko'then, ac agris, mansis, iuribus et pertinenciis ipsorum et lignis, ac totaliter omnia, prout ipse Elerus et pater suus predictus bona in Viperniz possidebant et habebant, pro triginta quinque marcis slauicalis monete, quam pecuniam dictus cellerarius nomine quo supra dedit et persoluit Elero predicto in ciuitate Lawe, ita quod ipse Elerus contentus et confessus fuit sibi esse satisfactum de pecunia supradicta, et idem Elerus predicta bona in Viperniz cellerario predicto nomine quo supra tradidit et assignauit ac eum misit in possessionem. Jnsuper Elerus predictus et fratres ipsius ac Mechtildis, nouerca eius, cum filiis suis publice confessi fuerunt coram nobis et aliis infrascriptis, quod nec ipsi aut amici uel quispiam vllum ius aut aliquid in dictis bonis Viperniz haberent. Et sic dictus cellerarius litteras super villa Viperniz quondam Hinrici de Bresen, patris Eleri predicti, destruxit, et idem Elerus litteras, quas ex parte abbatis et conuentus monasterii de Dargun predicti habebat super dictis bonis in Viperniz, destruxit et annichilauit, et si quas alias qualescunque litteras predicta bona in Viperniz tangentes haberet uel in posterum inueniret, totaliter irritauit et robore firmitatis carere voluit omnino. Jnsuper cellerarius et Elerus predicti propter bonum pacis et concordie ex ordinacione amicorum dederunt et exsoluerunt Thiderico dicto Loheyden, uillano in Griben, quinque marcas slauicalium denariorum et Thesmaro fratri Mildes, uillano in Wardowe, duas marcas, necnon Nicolao filio Vteneken, uillano in Griben, tres marcas dicte monete pro dampnis et iniuriis sibi et suis, ut dicebant, per dictum Elerum et patrem suum in dictis bonis Viperniz illatis; et extunc Thidericus Loheyde et Thesmarus ac Nicolaus predicti ab omni impeticione et causacione, si quas haberent, super omnibus bonis uel aliqua parte in Viperniz totaliter bona uoluntate dimiserunt, ac iam dicti tres, vnusquisque eorum in solidum, ore et manu fide data spontanee promiserunt uidelicet Alberto aduocato, Johanni Plonies,

Digitized by Google

Hinrico Darghescen, Nicolao Molne, Thymmoni, Meynardo de Sputendorp ac Thiderico Daluitzen, consulibus in Lawe, necnon Johanni Vkermunde et Henningo Doberan, ciuibus ibidem, pro se et suis heredibus presentibus et futuris ac pro omnibus aliis quibuscunque, quod super dictis bonis in Viperniz moueri aut causari nollent in futurum, nec aliquis deberet, per se aut alios occasione qualicumque, sed omnem brigam et rancorem in dictis bonis Viperniz ab omnibus uellent disbrigare et deberent expedire. Et hec omnia suprascripta iuribus et sentenciis, id est ordelen, fuerunt firmata et terminata, ut perpetue maneant firmata et inconuulsa. Hec autem acta sunt anno, die et loco predictis, presentibus discretis viris: Johanne Coz de Tessecowe, milite, Dethleuo Buschen, armigero, et Hermanno Pynnowe ac aliis quam pluribus fide dignis. Jn quorum omnium euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Angehängt sind 4 Pergamentstreifen, von denen die Siegel jedoch abgefallen sind; bei der Urkunde wird aber ein schildförmiges Siegel von grünem Wachs aufbewahrt, welches an vierter Stelle gehangen hat und einen von rechts nach links schräge getheilten Schild zeigt; Umschrift:

— OLAI . [D]G ⁘ MOGL —

Auf der Rückseite stehen 2 gleichzeitige und gleichlautende Registraturen: „Contractus super comparacione dimidie partis ville Viperniz".

1336. Juli 11. Kröpelin. 5680.

Konrad Moltke von Westenbrügge bezeugt, vom Kloster Doberan eine an dasselbe von Gödeke Plote verpfändete Hebung aus Kröpelin eingelöst zu haben.

Vniuersis Cristi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum deuenerit, ego Conradus Moltiko de Westinghebrûghe, armiger, cupio fieri manifestum, quod redditus quinque marcarum, quos quondam Godekinus dictus Plothe, gener meus, honorabilibus viris dominis . . abbati et conuentui fratrum in Doberan pro LII marcis denariorum slauicalium in opido Cropelin tollendos obligaueral, ego tamquam reuera ad me iusto hereditatis tytulo deuolutos ab eisdem redemi pro summa pecunie iam predicta. Quare eciam dictis abbati et conuentui de Doberan vna cum fratribus meis Alberto et Hennekino, ac eciam patruo nostro domino Conrado Moltiken, milite, simul data fide firmiter promittimus per presentes, quod, si quis in futurum de heredibus aut consanguineis uel successoribus supradicti Godekini Ploten racione prefatorum quinque marcarum reddituum Doberanensem ecclesiam inpetere seu quolibet modo turbare temptauerit, nos prenominati ac nostri heredes pro huiusmodi respondebimus et eandem ecclesiam Doberanensem ex hoc illesam seruare tenebimur et indempnem. Jn huius autem promissionis

Digitized by Google

nostre robur euidens sigilla nostra, videlicet Conradi famuli et Conradi militis, vna cum sigillis domini Conradi plebani in Cropelin et Hermanni dicti Ledeghen, aduocati ibidem, qui premissorum omnium testes sunt, presentibus litteris sunt appensa. Datum Cropelin, anno domini millesimo CCC° XXX° sexto, in die translacionis sancti Benedicti abbatis.

Nach dem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten Original, welches an Pergamentstreifen 4 Siegel trägt:

1) schildförmig: auf fein gegittertem Grunde ein rechts gekehrter Helm mit 6 Pfauenwedeln; Umschrift:

✠ S' C[O]NRADI . MOLTEKEN *

2) rund: über einem rechts gelehnten Schilde mit 3 Birkhähnen steht ein rechts gewandter Helm mit 6 Pfauenwedeln; Umschrift:

✳ . S' CONRADI . MOLTICKEN MILITIS

3) rund: auf einem mit Mond und Sternen verzierten Grunde eine gekrönte Maria, sitzend, mit dem Christkinde auf dem linken Arme, eine Blume in der Rechten haltend; Umschrift:

✠ S' CONRADI . PLEBANI . IN . CROPELIN ×

4) schildförmig, quergetheilt, unten gewellt, oben glatt; Umschrift:

✳ S' . HERMANN LEDDICHE

— Vgl. Bd. VI, Nr. 3831.

1336. Juli 15. Stade. 5681.

Burchard, Erzbischof von Bremen, vergleicht sich mit den Bischöfen von Lübek, Schwerin und Ratzeburg und mit dem Hamburger Dom-Capitel über Ort und Zeit der Provincial-Concilien auf seine Lebenszeit.

Uniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus salutem in domino sempiternam. Cum iam dudum inter nos, ex parte vna, et reuerendos fratres nostros, dominos Hinricum Lubicensis, Ludolphum Zwerinensis ac Volradum Raceborgensis[1] ecclesiarum episcopos, nostros suffraganeos, necnon prepositum, decanum et capitulum ecclesie Hamburgensis, nostre dyocesis, ex altera, super loco prouincialis concilii celebrandi fuisset controuersia seu dissensio suscitata, nobis videlicet asserentibus, quod de iure communi in quolibet loco congruo dicte nostre dyocesis[2] eidem prouinciali concilio presidere possemus, ipsis vero in contrarium dicentibus, quod vigore quarundam libertatum et priuilegiorum, quibus se asserebant munitos, vltra Albee flumen a suis domiciliis ad idem prouinciale concilium venire minime tenerentur: tandem propter bonum pacis et concordie, ad euitandum pericula, que hinc inde ex huiusmodi controuersia euenire possent, cum ipsis concordauimus et ipsi vna nobiscum concordaverunt in hunc modum: inprimis videlicet, quod, quando prouinciale concilium celebrare voluerimus, hoc tantummodo semel

Digitized by Google

in quolibet biennio faciemus. Item idem concilium non nisi in oppido[2] Stadis, dicte dyocesis, celebrabimus, nisi, quod absit, inter nos et oppidanos eiusdem oppidi gwerras seu dissensiones suboriri contingeret[4], propter quas ipsum oppidum intrare pro obseruando[5] concilio predicto nollemus; quo casu predicti nostri suffraganei dicta dissensione durante de alio loco congruo, sito ex ea parte Albie, qua dictum oppidum Stadis situatum[6] est, nobiscum concordare debebunt pro obseruatione concilii supradicti. Item solummodo estiuo tempore, scilicet inter beat[e] Walburgis virginis et natiuitatis gloriose virginis Marie[7] festa, celebrabimus concilium antedictum. Item memorati suffraganei[8] concilio prouinciali predicto et ipsius actibus per se[9] intererunt; qui si personaliter, legitimis inpedimentis[10] detenti, huiusmodi concilio interesse non potuerint, per procuratores suos legitimos, mandata sufficiencia ad ea, que requirit et exigit dictum concilium, habentes, prelibatum concilium obseruabunt. Qui eciam procuratores prefata inpedimenta, per eos specialiter et de speciali mandato exprimenda, iuramentis in animas dominorum[11] prestandis dumtaxat probabunt. Prepositum eciam et decanum ac capitulum ecclesie Hamburgensis predicte vocare volumus[12] ad concilium antedictum et eos, qui ex ipsis vocati venerint, ad idem concilium assumemus. Ceterum per predicta seu[13] predictorum quodlibet et que contigerit sequi aut dependere ex eis et eorum quolibet, non intendimus nec volumus preiudicare nec preiudicamus iuri successorum, capituli et ecclesie nostrorum, nec libertatibus et priuilegiis suffraganeorum nostrorum et Hamburgensis ecclesie predictorum, si quas habent, volumus derogare, nec aliquid noui iuris accrescere hinc inde quoquo modo[14]. Si quas eciam protestationes dicti suffraganei nostri et Hamburgenses[15] predicti facere voluerint, illas libere facere poterunt quandocumque, et nos eciam facere poterimus quandocumque, iure tamen nostro et ecclesie nostre in omnibus semper saluo. Sane quelibet indignacio, contra quascumque personas occasione supradicte controuersie forsan[16] hinc inde concepta, cum omnibus processibus et singulis in iudicio uel extra iudicium exinde[17] quomodolibet subsecutis, totaliter est sopita, presentibus post obitum nostrum minime valituris[18]. Datum et actum Stadis, anno domini M°CCC° XXXVI°, in die diuisionis apostolorum[19].

Nach dem Original mit stark beschädigtem Siegel im Stadt-Archive zu Hamburg. Ein im Lib. copial. Cap. Hamburgensis (fol. 42ᵇ) aufbewahrter Vertrag gleichen Inhalts vom Jahre 1341, April 22, weicht von dem obigen nur in folgenden Stellen ab: [1]dominos Volradum Raceburgensis, Henricum Zwerinensis ac Johannem Lubicensis — [2]congr. n. dyoc. predicte — [3]opp. nostro — [4]contigerit — [5]seruando — [6]qua opidum situatum — [7]Marie: fehlt — [8]nostri suffr. — [9]per se: fehlt — [10]leg. imp. pers. — [11]dom. suorum — [12]vol. voc. — [13]et — [14]quouis modo — [15]capitulum Hamburgense — [16]forsitan — [17]hincinde — [18]valituris. Et in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum et sigilla Volradi Raceburgensis, Henrici Zwerinensis et Johannis Lubicensis ecclesiarum episcoporum, necnon prepositi, decani et capituli ecclesie Hamburgensis predictorum presentibus sunt appensa. —

Digitized by Google

[1]9a. d. M°CCC°XL. primo, dominica qua cantatur Misericordia domini. — Vgl. Nr 4987, 4988 und 5626.

1336. Juli 25. Wismar. 5682.

Gerhard von Schwan, Prior der Predigerbrüder in Wismar, bezeugt, dass er und sein Convent dem Knappen Hermann Poppenhusen und dessen Nichte eine Leibrente von 2 Mk. Lübisch verkauft haben.

Frater Gherardus de Sowane, predicatorum fratrum in Wysmaria prior, recognouit, quod nomine suo et tocius sui conuentus vendidisset Hermanno Poppenhusen, famulo, redditus annuos duarum marcarum Lubicensium denariorum, quolibet festo pa[s]che semper proximo sibi Hermanno et[1] , filie sui fratris Nicolai, in Eldena sanctimoniali, quamdiu vixerint, erogandos, vel saltem eorum vnus (!).

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs von Jacobi 1336. Die Lücke[1] ist nicht ausgefüllt.

1336. Juli 26. Brandenburg. 5683.

Die Grafen von Schwerin nehmen die Städte und Lande Lenzen und Dömitz statt Perleberg vom Markgrafen Ludwig von Brandenburg zum Pfande.

Wy Heinrich, von der gnade gots grefe to Zwirin, bekennen in dessem briefe, dat de erbare furste, vnse truwe here margraf Lodowig von Brandenburch, mit gudeme willen vnde mit vorbedachten mude siner ratgeuere vns vnde vsen vedderen Clause vnd Clause vnde Otten, greuen von Zwirin, vnd vsen rechten eruen gelaten heft vnd lat de stat, dat hus, dat lant tu Lentzin, dat hus, de stat vnde lant to Dömienitz, mit alleme rechte vnde richte, mit alme lene geistlik vnde wertlich, mit aller nut vnde vriheit, de darto hören an beiden siden der Elue, also sine uoruaren, de margrefen to Brandenborch, beseten hebben, vor seuende half tusent marg Brand. süluers vnd gewichtis. Wanne he vs desse stede, hus vnde lant vnde dat darto höret, als hir vor steit, antwerdet heft vnde in die were gesat heft, so scole wir eme wedder antwerten de stat vnde dat lant to Perleberch, als wy dat van eme hebben. Wanne he, sine erfnamen oder sine nachkomelinghe desse stede vnd lant vnde dat darto hoeret, als hye vor steit, weder lösen willen vor de vorgenanten seuende half tusent marg van vns, vsen vedderen vnde vsen rechten eruen, de scole we eme weder antwertin mit godeme willen, wanne he dat eyzchet. Jn cuius etc. Datum Brandenburch, anno domini M°CCC°XXXVI°, proxima die post Jacobi.

Digitized by Google

Nach dem Copialbuch des Markgrafen bei Riedel, Cod. dipl. Brand. I, Bd. 3, Nr. 53, p. 369. — Gedruckt auch in Gercken's Cod. III, 284. — Vgl. 1337, März 26, auch 1336, Decbr. 6.

1336. Juli 27. Lübek. 5684.

Johann Boydewin von Kartlow, Knappe, bekennt, dass ihm gegen das Lübeker Dom-Capitel an Hagebök (im Kirchspiel Neuburg) kein Anrecht zustehe.

Omnibus, quorum interest seu interesse poterit in futurum, ego Johannes Boydewini de Kartlowe[1], famulus, notum facio presentibus publice et[2] protestor pro me et meis veris heredibus et successoribus, quod in villa Haghenboke[3], sita in parrochia Nienborgh[4], Zwerinensis dyocesis, nichil iuris michi aut meis heredibus competit aut competere potest[5] quouis modo. Quare occupacionem partis dicte ville, quam hucusque minus bene informatus feci et commisi, dimitto simpliciter et promitto fide data, nuncium seu procuratorem honorabilium virorum dominorum . . decani et capituli ecclesie Lubicensis, ad quos dicta villa cum omnibus suis iuribus et attinenciis spectare dinoscitur, in possessione illius partis, quam preoccupaui, vt premittitur, quando requisitus fuero, facere pociorem. Promitto nichilominus pro me et[2] meis heredibus dictis dominis, suo et ecclesie sue nomine stipulantibus, eisdem controuersiam in dicta villa uel eius parte aliqua non inferre nec inferenti quomodolibet consentire. Acta sunt hec in presencia capituli Lubicensis, presentibus dominis Bernhardo Heket, vicerectore ecclesie in Nyenborgh, Bertrammo[6] Vorrat, consule Lubicensi, et Johanne de Sůlowe[7], armigero, testibus, et quam pluribus aliis fide dingnis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum Lubeke[8], anno domini M°CCC°XXX° sexto, sabbato[9] infra octauas beate Marie Magdalene.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An einem Pergamentstreifen hängt ein schildförmiges Siegel mit einem rechts gekehrten Fisch; Umschrift:

— — — DƐ . KA —

Anm. Nr. 5685 lautet ebenso bis auf folgende Abweichungen: [1] ego Hinricus Preen de Steenhus — [2] ac — [3] Hagheboke — [4] Nygenborch — [5] comp. poterit in futurum (in futurum: anscheinend mit derselben Dinte durchstrichen.) — [6] Bart — [7] Sůlowe — [8] Lůbeke — [9] sabbato steht am Ende.

Digitized by Google

1336. Juli 27. Lübek. 5685.

Heinrich Preen von Steinhausen, Knappe, bekennt, dass ihm gegen das Lübeker Dom-Capitel keine Anrechte an Hagebök zustehen.

Der Text lautet, wie in der Note zu Nr. 5684 angegeben ist. Neben dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin wird noch das abgerissene Siegel aufbewahrt. Es ist schildförmig, zeigt drei aufgerichtete Pfriemen und hat noch die Umschrift:

✠ S' hĪRIcI . PRē . [D]e . SƧeYnhVS

1336. Aug. 2. Wredenhagen. 5686.

Ein brieff Heynonis von Hauelberch, darin er gleichssfalss Johanni, Hern von Werle, vor sich vnd seine erben das dorff Godekendorp abtritt. Datum Wredenhagen, anno 1336., in crastino beati Petri ad vincula.

Clandrian, Registratur etc., p. 33. — Vgl. Nr. 5667 und 1337, Juni 9.

1336. Aug. 14. Mölln. 5687.

Albrecht, Herzog von Sachsen-Lauenburg, verkauft mit Einwilligung seiner Gemahlin Beata der Vicarei in der Heil.-Geist-Capelle zu Mölln eine Rente von den Einkünften aus der „Oberschleuse" in der Stecknitz (beim Einflusse der Steinau in dieselbe).

In nomine domini. Amen. Albertus dei gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie vniuersis presencia visuris vel audituris salutem in domino et noticiam rei geste. Nouerint vniuersi, tam presentes quam futuri, quod nos, sano consilio vasallorum nostrorum ducti, de consensu et beneplacito dilecte vxoris nostre domine Beate vendidimus rite et racionabiliter discretis viris dominis Alberto Albi, perpetuo vicario capelle domus sancti Spiritus in Molne, et Nicolao rectori ecclesie in Notze, decano fratrum kalendarum ibidem, pro se et ceteris suis confratribus kalendarum ementibus et recipientibus, decem marcarum redditus denariorum Lubicensium ad dotem perpetue vicarie dicte capelle pro centum et triginta marcis denariorum Lubicensium nobis numeratis et integre solutis ac in vtilitatem nostram et predicte vxoris nostre conuersis. Quos quidem redditus decem marcarum idem dominus Albertus, quamdiu vixerit, et quicunque post obitum eius predicte capelle perpetuus vicarius pro tempore fuerit, aqueductu in Stekenitze prope villam Stenborgh facto et dicto szluze in perpetuum singulis

Digitized by Google

annis sine aliqua diminucione et impedimento integre et expedite percipient et habebunt, sic videlicet, quod, quicunque dicte capelle perpetuus vicarius fuerit, per se vel per nuncium suum, quem ad hoc deputauerit, dictos redditus singulis annis in crastino assumpcionis beate Marie virginis de prouentibus de dictis szluzen venientibus incipiet colligere et percipere, manens in huiusmodi collectione et percepcione quiete et pacifice sine contradictione et impedimento cuiuscunque, quousque dictos redditus decem marcarum collegerit et habuerit integre et ex toto. Et ius patronatus predicte vicarie domina Beata, vxor nostra predicta, quamdiu vixerit, optinebit, et ea mortua, quecunque antiquior domina nostri ducatus exstiterit, idem ius patronatus habebit. Et pro nobis et nostris heredibus in hiis scriptis promittimus bona fide, quod nunquam vicario dicte capelle super dictis redditibus per nos vel per alios litem inferemus vel inferentibus consenciemus, sed predictum vicarium, quicunque pro tempore fuerit, ad percipiendum et colligendum dictos redditus decem marcarum cum omni fide et exacta diligencia defendemus. Nec vnquam nos debebimus, nec heredes nostri vnquam debebunt vendere, obligare vel locare aut donare alicui alteri redditus antedictos. Renunciamus ergo pro nobis et nostris heredibus omni excepcioni, actioni et iuris ciuilis ac iuris ecclesiastici beneficio et auxilio, per que premissa vendicio posset vnquam in iudicio vel extra iudicium infringi aut quomodolibet inpugnari. Et in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Et nos Beata dei gracia ducissa Saxonie, Angarie et Westfalie, vxor illustris principis domini Alberti ducis Saxonie predicti, omnibus et singulis premissis plene consentientes, in testimonium consensus nostri premissis adhibiti sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt strennui viri: Detleuus et Walrauenus de Duuense, fratres, Johannes Scharpenbergh et Marquardus Wlf, milites, Schophenborgh, Hinricus Smylowe[2], famuli, et alii quam plures fide digni ad premissa vocati specialiter et rogati. Datum et actum Molne, anno domini millesimo CCC° tricentesimo sexto, in vigilia assumpcionis beate Marie virginis.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek IV, S. 22, aus „dem Original auf der Trese“ [zu Lübek]. An demselben hangen:

1) das Siegel des Herzogs Albrecht IV. von Sachsen-Lauenburg, abgebildet in Gründl. Nachr. von d. Adv. Möllen, Tab. II, Nr. IX;

2) das hieneben abgebildete runde Siegel der Herzogin Beata. Es zeigt das Bild der Herzogin auf einer Bank sitzend, im Kopfschleier. Mit der rechten Hand hält sie den sächsischen Helm über den sächsischen Schild, mit der Linken über den quer getheilten Schild der Grafen von Schwerin den vorwärts gekehrten, an beiden Seiten mit einem Flügel besteckten, Helm dieser Grafen (vgl. die Abbildung des Helms in Bd. IV, zu Nr. 2599); Umschrift:

· ✠ S' BAATA . DVCISSA . SAXONIA :

Ueber Beata, die Tochter des Grafen Gunzel VI. von Schwerin, vgl. unten 3. Septbr. 1340 und Jahrb. XXXIV, S. 134 und 135. — Nach einer zweiten Original-Ausfertigung im Stadt-Archive zu Molln,

Digitized by Google

welche unwesentliche Abweichungen zeigt ([1]pr. dicte, [2]Scarpenberger et Johannes Busche) und auch noch das Siegel der Herzogin Beata trägt, das erste aber neuerdings verloren hat, gedruckt in der Schleswig-Holsteinschen Urk.-Sammlung II, S. 95.

1336. Aug. 30. (Rostock.) 5688.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bescheinigt den Rathmännern der Stadt Rostock den Empfang von 60½ Mk. Rost. Pf., welche auf die zu Ostern fällige Ordör abgerechnet werden sollen.

Nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstoch dominus vniuersis presencia visuris recognoscimus lucide protestantes, quod discreti viri consules ciuitatis Rozstock nobis dilecti nobis conquisierunt ac pro nobis exposuerunt pro sumptu(s) expensarum aliisque nostris necessariis, Warnemunde et Rozstock, cum de reysa Swecie[1] veniebamus, consumptis, LX marcas cum dimidia denariorum Rozstockcensium, qu[a]s ipsis de exactione in festo pasche nunc proxime futuro nobis danda gratanter defalcabimus ac presentibus defalcamus. Jn cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M. CCC. XXX. sexto, in crastino decollacionis beati Johannis baptiste.

Aus dem Stadt-Archive zu Rostock gedruckt in den Rostocker Nachrichten und Anzeigen, 1753, S. 177, und darnach in Jahrb. VII, S. 259, und bei Hildebrand, Diplomatarium Suecanum IV, p. 521. — [1]Vgl. Nr. 5677, Anm.

1336. Septbr. 1. Stavenhagen. 5689.

Johann III., Fürst von Werle, gründet eine neue Domherrn-Pfründe zu Güstrow und bewidmet sie mit dem Dorfe „Godtkendorpe“ (bei Mamerow) in der Vogtei Teterow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes tercius dei gracia dominus de Werle vniuersis Cristi fidelibus presencia uisuris uel audituris salutem in domino sempiternam. Vnusquisque manus munificencie sue eo liberalius aperire debet ad agendum cultum diuinum, quo ad hoc forcius tamquam ex debito obligatur. Nos igitur diuina gracia assistente de muneribus a deo receptis aliqualem uicem reddere desiderantes, ad ampliandum numerum prebendarum in ecclesia Guzstrowensi, honorabilium virorum dominorum Leonis prepositi, Thymmonis decani tociusque ibidem capituli grato occurrente consensu, sufficienti deliberacione prehabita, de maturo nostrorum heredum et vasallorum consilio et pleno consensu

Digitized by Google

instaurauimus, fundauimus et de nouo creauimus vnam prebendam maiorem et capitularem in ecclesia supradicta, dotantes ipsam prebendam cum nostra villa Godickendorpe, in aduocacia Theterowe sita, quam totam et integram, sicut iacet in suis terminis et distinctionibus, cum omni dominio et proprietate ac iure proprietatis, sicut ipsam habuisse dinoscimur, libere donauimus, apponimus et presentibus annectimus irreuocabiliter in perpetuum ad eandem prebendam in ecclesia Gustrowensi prefata iugiter permansuram, cum omnibus et singulis inhabitantibus et singulis ac cunctis mansis adiacentibus, qui quindecim sunt in numero, cum omni iudicio maiori et minori, cum agris cultis et incultis, pascuis, campis, viis et inviis, sespitibus, cum siluis et nemoribus, rubetis et vniuersis lignis, aquis, aquarum decursibus, paludibus, ita quod dicte ville terminos funiculus dimensionis non attingat, cum pactibus, censibus annone uel denariis lini, pecorum ac pullorum et cum omni decima minuta, quocumque nomine censeatur et ibidem esse dinoscitur, ac generaliter cum omnibus redditibus, fructibus, prouentibus, vtilitatibus et libertatibus vniuersis in predicta uilla habitis uel habendis, cum precariis annone, denariorum exactionibus, pencionibus rerum uniuersarum, cum omni seruicio, quocumque modo nominetur, ita quod nostri heredes et successores nichil omnino in predicta villa optineant in eternum, cum nos personaliter predictam uillam donamus et totaliter assignamus cum omnibus suis iuribus, fructibus et vtilitatibus vniuersis ecclesie Guzstrowensi ad prebendam supradictam in honorem omnipotentis dei et sue gloriose matris beatissime virginis Marie et in honorem sancti Johannis ewangeliste et beate Cecilie virginis et generaliter in honorem omnium sanctorum, in anime nostre ac omnium nostrorum parentum et heredum salutem ac remedium sempiternum, nolentes nostram presentem fundacionem uoluntariam et racionabilem quomodolibet a quocumque hominum impediri, sed per omnes nostros successores, amicos, officiales et vasallos efficaciter promoueri. Quam eciam villam, prebendam et possessionem ipsius, quicumque pro tempore fuerit, nos et nostri heredes ad nostram recipimus tuicionem, uolentes uiriliter defendere et promouere sicut alia nostra bona. Mandamus eciam omnibus et singulis nostris officialibus, aduocatis et vasallis, ut ipsam uillam omnesque inhabitantes non grauent aliquo labore uel seruicio quocumque, sed cum hiis omnibus tenebuntur illius ville et prebende possessori. Ut autem de nostro beneficio aliqualem prerogatiuam habeamus, de beneplacito et plena uoluntate venerabilis in Cristo patris et domini nostri domini Frederici episcopi Caminensis et honorabilium virorum dominorum prepositi, decani et tocius capituli supradictorum ecclesie Guzstrowensis, de quorum consensu hec omnia fecimus, nobis et nostris heredibus ac legitimis successoribus ius patronatus conferendi hanc prebendam, quociens legitime vacauerit, in perpetuum reseruamus. Quam nunc primo contulimus propter deum dilecto nostro notario Johanni Sterneberch, plebano in Theterowe, ipsum ad eandem prebendam et bona apposita legitime

Digitized by Google

presentantes, cum omni iure, vtilitate et libertate supradictis, volentes ipsum et sua bona et subditos defendere et disbrigare contra omnes ipsos inpedire uolentes. Ne igitur huius noue prebende instauracio canonice et racionabiliter celebrata a nobis seu nostris heredibus uel successoribus quibuscumque aliqualiter infringatur uel aliquam calumpniam paciatur, nos presens scriptum fecimus nostri maioris sigilli communiri robore et munimento. Testes huius nostre fundacionis sunt: nostri fideles et dilecti Gherardus in Yuenach, Thidericus in Dobertin prepositi, Godfridus plebanus in Parchem, Hinricus Nortman, miles, Nicolaus de Lobeke, Nicolaus Hane, Conradus Wnko, Wernerus et Johannes Pramule, Johannes Vlotowe ac alii plures fide digni. Datum in castro nostro Stouenhaghen, anno domini M°CCC°XXX° sexto, dominica ante natiuitatem sancte Marie uirginis gloriose, ipso die Egidii abbatis et confessoris.

Nach der Confirmationsurkunde des Bischofs Friedrich von Camin vom 28. Septbr. 1336 im Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 70. — Vgl. Nr. 5667 und 5686, auch 1336, Septbr. 28 und Novbr. 9; 1347, April 7 und Mai 26.

1336. Septbr. 1. Goldberg. 5690.

Johannes, der iunger Her von Werle, gibt dem Capitel der Thumbkirchen zu Gustrow den eigenthumb an funff hufen im Dorfe Butzin[1], welche Janeke vnd Ludolfus die Buggelmaste gehabt haben, ewig zu besitzen ohne ienigen dienst, mit dem sidesten gerichte, wisen, weiden etc., wie sie die andern hufen doselbst haben. Datum Goldtberch, 1336., dominica ante natiuitatem Marie virginis gloriosæ, ipso die Egidii abbatis.

Clandrian, Registratur etc., pag. 19. — ([1] Gr. Bützin.) Vgl. 1336, Septbr. 27 und Decbr. 5, und wegen der „andern Hufen“ zu Gr. Bützin Nr. 4526 und Nr. 4605.

1336. Septbr. 8. Schwerin. 5691.

Heinrich, Graf von Schwerin, verpfändet an Burchard von Lützow für eine demselben von Heinrich von Schwechow cedirte Schuld Hebungen aus Pampow.

Wy Hinrik, von der gnade go^{v}des greue tů Zwerin, bekennen vnde bethůghen openbare in desser scrift, dat wy vnzeme trůwen Hinrik Sweghowen,

Digitized by Google

knapen, sint schûldich van rechter schûld, van zyner weghene hern Borchard Lutzowen verhundert mark Lubescher pennynghe. Dar hebbe wy eme vnde zynen rechten eruen vo^{r}re ghezat tû weddescatte vertich mark gheldes Lubescher pennynge in vzeme dorpe tû Pampowe an vyfteyn ho^{r}uen, de de lûde bûwen, de hir na screuen stan: Albert Johannes ene ho^{r}ue, Sagher ene halue ho^{r}ue, Hermen Phyen ene halue ho^{r}ue, Vicke dre verdendil, Symon dre verdendil, Hinrik Enghelbertes ene ho^{r}ue, Bo^{r}cho^{r}rst anderhalue ho^{r}ue, Lemmeke en verdendil, Gerth by deme po^{r}le en verdendil, Johan Kerstens ene halue ho^{r}ue, Molter ene halue ho^{r}ue, Egbrech en verdendil, Barnekowe vnd Henneke ene halue ho^{r}ue, Detmer en verdendil, Hermen Tzart ene halue ho^{r}ue, Henneke Symens ene ho^{r}ue, Herman Holste ene halue ho^{r}ue, Weghener en verdendil, Hinrik Bûwman en verdendil, Thideke Cro^{r}gher ene halue ho^{r}ue, Johan Mildecro^{r}gher ene ho^{r}ue, Hermen Gheroldes ene hûue; vnde an sestehaluer mark Lubescher pennynghe an bede van den hûuen vptûborende, de desse lude bûwen, de hir na vo^{r}lghen: ver vnde twyntich schillynghe Lûbesch van anderhaluer ho^{r}ue, dese bûwet Vicke vnde Symon, ene mark Lûbesch van ener hûue, dese bûwet Hinrik Engelbrechtes, ver vnde twyntich schillinghe Lûbesch van anderhaluer ho^{r}ue, dese buwet Bochorst, ver vnde twyntich schillynghe Lûbesch van anderhaluer ho^{r}ue, dese bûwet Merten; vnde an den ko^{r}ten, de de lude bezytten, de hir na vo^{r}lghen: van Lemmeken twe schillynghe Lûbesch, van Gherde by deme po^{r}le ver schillynghe Lûbesch, Clawis ver schillynghe Lubesch, Peltzer ver schillynghe Lûbesch, Schortebûdel ver schillynghe Lûbesch, Ghert Ko^{r}ler ver schillynghe Lûbesch, Wynkelman ver schillynghe Lûbesch, Hinrik Hermens ver schillynghe Lûbesch, Thideke Cro^{r}gher drûtteyn schillynghe vnde ver pennynghe Lûbesch, Jacob Sûlowe verteyn ho^{r}nre, Tzart verteyn ho^{r}nre. Desse vo^{r}rsprokene vertich mark gheldes Lûbesch an dessen ho^{r}uen vnde an desser bede vnde an de ko^{r}ten scal he vnde zyne rechten eruen also langhe tû manrechte bezytten sûnder allerhande hindernisse, wanne wy eder vnse rechten eruen eme edder zynen rechten eruen gheuen de vorscreuenen verhûndert mark Lûbesch. Wanne wy eme gheuen hûndert mark, so sco^{r}len vns teyn mark gheldes lo^{r}s wesen; vnde wanne wy dat gheld van eme lo^{r}zet, dat verdendil, de helfte eder ganz altûmale, so sco^{r}le wy de pacht in deme ghude vynden. Vnde des holtes tû Pampowe scal he brûken tû syner no^{r}ttro^{r}ft, vnde anders nycht. Tû eyner bethûghynghe desser dynck so hebbe wy dessen bref darvp ghegheuen, bezeghelet myt vnzeme ynghezeghele. Thûghe desser dynck sint: her Borchard vnde her Antonius heren van Dambeke, her Hinrik vnd her Clawes heren Rauen, her Hartwich Pren, her Godscalk Pren, ryddere, her Johan van Zwan, vnze vicarius tû Zwerin, vnde Hinrik Ro^{r}senhaghen, vnse vo^{r}ghet tû Zwerin. Desse bref is ghegheuen tû Zwerin, na go^{r}des bo^{r}rt duzent iar drehûndert iar in deme sesvndedrûtteghisten iare, in vnzer vro^{r}wen daghe, also se wart ghebo^{r}ren.

Digitized by Google

Nach einem im Haupt-Archive zu Schwerin aufbewahrten (der beiden Siegel verlustig gegangenen) Original-Vidimus, welches „Ludolphus de Blu°chere et Johannes de Tzule, famuli", „sub anno domini M°CCC°LX° secundo, ipso die Elyzabet", ausgestellt haben.

1336. Septbr. 11. Vörde. 5692.

Burchard, Erzbischof von Bremen, verheisst den Rostockern seinen Schutz in Bezug auf den Verkehr in seinem Gebiete, auf geistliche Gerichtsbarkeit und Visitationen.

Nos Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archyepiscopus omnibus, ad quos presencia pervenerint, cupimus fore notum ac infrascripte rei lucidam constare veritatem: quod nos, meritis et speciali fauore honorabilium et discretorum virorum dominorum consulum ciuitatis Rozstok, quibus ad eos et ipsorum profectus et honores affectuose sumus inclinati, exigentibus, ipsos omnes ac singulos ipsorumque conciues, cuiuscunque condicionis existant, necnon eorum bona mobilia et immobilia, ecclesiastica et mundana, sub nostra perpetua defensione recepimus et nichilominus recipimus per presentes, volentes, eos et eorum bona omni securitate et libertate in dominio nostro per terras uel nauigio, qua inhabitantes vti consueuerunt, integraliter congaudere. Causas eciam eorum ecclesiasticas vel ciuiles, per appellationes vel alias qualitercunque ad nostri iudicii examen deuolutas vel inantea deuoluendas, quantum cum deo et honore poterimus, dirigemus contra quascunque personas, cuiuscunque dignitatis, preeminencie uel potestatis existant. Et specialiter ipsos et ipsorum quemlibet contra dominum Johannem Borghermester, quantum de iure poterimus, efficaciter iuuabimus, ne ipsos ammodo molestet et inquietet vel aliquas iniurias ipsis inferat; reuocantes omnia eidem domino Johanni Borghermester per nos commissa, per que contra eos aliquid potestatis sibi posset vsurpare; nec volumus talia predicto domino Johanni inantea concedere, per que aliquid iurisdictionis in eos valeat aliqualiter excercere. Jn visitationibus eciam, per nos vel nostros commissarios Rozstok ammodo habendis, cum omni mansuetudine, qua poterimus, transire volumus, ita tamen, quod per hoc non intendimus ipsis materiam concedere delinquendi. Quare vestram et omnium vestrorum requirimus et presentibus rogamus honestatem, quatenus supradictos dominos consules et conciues de Rozstok cum eorum bonis omnibus dignemini fideliter promouere nostri seruiminis et amoris ob respectum, vbicunque ipsis fuerit oportunum, vt illud circa singulos hoc facientes deseruire teneamur, specialiter requisiti. Datum Vordis, nostro sub sigillo presentibus appenso ad certitudinem perpetuam et cautelam, anno domini M°CCC°XXX. sexto, vndecima die mensis Septembris.

Digitized by Google

Nach dem Original im Rostocker Raths-Archive. An einem Pergamentbande hängt des Erzbischofs parabolisches Siegel aus geläutertem Wachs. Der Erzbischof sitzt unter einem Baldachin, in welchem man die Figur des Apostels Petrus erblickt; die Linke hält den Krummstab, die Rechte ist zum Segen erhoben; Umschrift:

S . BORCHARDI . DEI . GRA SCE BRAMAR . AAAA . ARCHIEPI .

— Abgedruckt in den Rostocker Nachrichten 1753, Stück 45, p. 177.

1336. Septbr. 20. Ratzeburg. 5693.

Volrath, Bischof von Ratzeburg, und Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), erkennen durch einen Schiedsspruch, dass die Bauern zu Buchholz (bei Ratzeburg) dem Dom-Capitel zu Ratzeburg den halben Zehnten zu geben haben.

Volradus dei gracia Razeburgensis ecclesie episcopus, Ericus eadem gracia dux Saxonie, Angarie et Westfalie tenore presencium recognoscimus publice, quod sub anno domini M° CCC° XXXVI°, in vigilia beati Mathei apostoli et euangeliste, honorabiles viri dominus prepositus videlicet et capitulum ecclesie Raceburgensis, ex vna, et Conradus dictus Winkelman et Hermannus dictus Hauerkaf, villani ville Bocholte, parte ex altera, super dissencione dudum inter ipsos habita de dandis decimis decidenda in nos tanquam in arbitros et amicabiles compositores compromiserunt, promittentes pronunciacionem nostram ex vtraque parte gratam et ratam inuiolabiliter obseruare. Nos vero litteris dictorum dominorum prepositi et capituli inspectis diligenter et examinatis iureque vtriusque partis et allegacionibus auditis, pronunciauimus in hunc modum: predictos Conradum et Hermannum ac alios et singulos dicte ville Bocholte colonos ad solucionem seu erogacionem dimidie decime esse ac fuisse de omnibus agris ad eandem villam situatis seu spectantibus, tam noualibus quam aliis, obligatos. Jnsuper predicti honorabiles viri prepositus et capitulum ad instanciam nostram pretactos colonos Conradum et Hermannum de decimis plurium annorum non datis, violenter et detentis, dimiserunt et dimittunt quitos penitus et solutos. Datum et actum anno et die premissis, in Razeborgh. Huius autem pronunciacionis testes sunt: Willekinus, Wedekinus et Henricus, perpetui vicarii in ecclesia Razeburgensi, ac discretus vir Luderus, notarius predicti illustris ducis Saxonie, et Bertoldus de Ritzerowe, necnon Hinricus et Volcmarus fratres dicti de Gronowe, milites, et Eghardus de Crumesse, Hartwicus et Bertoldus dicti de Ritzerowe, famuli, et alii quam plures ad hoc vocati specialiter et rogati. Jn quorum omnium testimonium presens scriptum appensione sigillorum nostrorum fecimus communiri.

Digitized by Google

Nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz. Angehängt sind:

1) das hieneben abgebildete parabolische Siegel des Bischofs Volrad von Ratzeburg. Es zeigt das Bild des Bischofs sitzend auf einem von 2 Thieren getragenen Sessel. In dem Bogen des Baldachins, welcher sich hinter dem Sessel erhebt, thront die Jungfrau Maria mit dem Christkinde über dem Bischofe; Umschrift:

S' . VOLRADI . DEI . GRACIA RACEBORCEN . ECCE . API

2) das Reitersiegel des Herzogs Erich, an beiden Seiten beschädigt.

1336. Septbr. 20. Ratzeburg. 5694.

Erich, Herzog von Sachsen (-Lauenburg), schenkt dem Dom-Capitel zu Ratzeburg das Patronat der Kirche zu Mustin nebst der Pfarre, welche der Bischof Volrath von Ratzeburg, doch unter Wahrung seiner bischöflichen Rechte, dem Dom-Capitel incorporirt.

Die Abweichungen dieser Urkunde von Nr. 4794 (1326, Decbr. 21) sind in der Anmerkung zu derselben (Bd. VII, S. 424) mitgetheilt nach dem Original im Ratzeburger Archive zu Neustrelitz, welches folgende 3 wohlerhaltene Siegel trägt:

1) an grüner Seide das zu Nr. 5693 abgebildete Siegel des Bischofs Volrath,

2) an rother Seide das grosse Reitersiegel des Herzogs Erich,

3) an grüner Seide das Siegel der Herzogin Elisabeth, beschrieben zu Nr. 4794.

Für das 4. Siegel ist ein Einschnitt gemacht, aber vom Bande und Siegel keine Spur vorhanden.

1336. Septbr. 20. Rühn. 5695.

Das Kloster Rühn überweiset der Kirche in Bützow zur Memorie des M. Gerhard und des M. Albert, weiland Domherren daselbst, Hebungen zu Krassow.

Nos Rotgherus prepositus, Johanna priorissa totusque conuentus sanctimonialium in Rüne tenore presencium recognoscimus publice protestantes, nos duorum talentorum Lubicensium redditus singulis annis perpetuis temporibus in

Digitized by Google

villa Crassow tollendos ad perpetuam memoriam honorabilium virorum dominorum et magistrorum Gherardi et Alberti, videlicet quondam ecclesie Butzowensis canonicorum bone memorie, peragendam assignasse, quorum quidem talentorum vnum in anniuersario domini Gherardi et alterum in anniuersario magistri Alberti iam dictorum per nos prepositum et nostros successores uel alium a nobis aut nostris successoribus ad hoc missum siue deputatum canonicis et vicariis dicte Butzowensis ecclesie in choro presentibus distribuetur, ita quod canonico duplum, vicario vero simplum tribuatur. Jn cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Rũne, anno domini M° CCC° XXXVI., in vigilia beati Mathei apostoli gloriosi.

Nach dem Cop. eccl. Butzow., fol. XXXVII b und LXXII.

1336. Septbr. 20. Damshagen. 5696.

Berndt von Plesse verkaufft seinem Oheim Hermanno Riken, Rhattmanne zu Gneuessmolen, 6 Mk. hebung auss dreien hufen, die Brusecow zu Dunkerstorpe bawet, mit allem rechte, freyheit vnd dienste vor 60 Mk.; vnd ist ihm nachgegeben den widerkauff in dreien Jaren zu thuen; wo solchs in der zeit nicht geschicht, soll der keuffer vnd seine erben dieselben ewig behalten. Datum Thomesshagen, anno domini 1336., in uigilia beati Mathei.

Clandrian, Protoc., fol. 20b. — Vgl. 1339, Novbr. 21, 1345, Decbr. 14.

1336. Septbr. 21 — Novbr 1. Wismar. 5697.

Heinrich, Müller von Arpshagen, und Reder, Müller von Gramkow, bekennen sich den Wismarschen Rathmännern Heinrich Ricquerstorp und Johann Kalsow verschuldet mit 16 Mk. Lübisch.

Hinricus mvllere de Erpishaghen, Reder mvllere de Gramekowe tenentur manu iuncta XVI marcas Lubicensium denariorum pro duobus molaribus proxima natiuitate Cristi soluendas dominis Hinrico Rikquerstorp et Johanni Kalsowen.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs, eingetragen zwischen Mathei apostoli und Omnium sanctorum 1336.

Digitized by Google

1336. Septbr. 21 — Novbr. 1. Wismar. 5698.

Nicolaus Leddege verpflichtet sich mit Bürgen zur Zahlung einer Schuld an M. Iwan von Klüz.

Albertus Leddeghe et eius frater, Hermannus de Krøpelyn et aduocatus noster Heghel promittunt pro Nicolao Leddeghen et cum eo iuncta manu pro VIIIꝑ tremodiis siliginis, ordei et auene, eque multum cuiuslibet, soluendis nunc die sancti Martyni proximo domino Ywano de Klvtze et suis heredibus, item pro IX tremodiis duri frumenti, siliginis videlicet et ordei eque, et pro duobus tremodiis auene de pensione retenta. Horum XI tremodiorum soluent medietatem in proxima natiuitate Cristi et reliquam medietatem vltra annum eodem festo. Albertus et sui duo fratres predicti tenebunt dictum aduocatum indempnem.

Nach einer Inscription des Wismarschen Zeugebuchs fol. 54, eingetragen zwischen Mathei apostoli und Omnium sanctorum 1336. — Vgl. 1344, Decbr. 21.

(1336—1347.) Ende Septbr. 5699.

[Albrecht], Fürst von Meklenburg, ersucht den Rath zu Lübek, seinen Ritter Raven Barnekow nicht durch die Bürger Stalbuk vor ein geistliches Gericht ziehen zu lassen.

Ex parte domini Magnopolensis. Quia causam, inter fidelem nostrum Rauonem Barnecowen, militem, et quosdam vestros conciues dictos Stalbuch super quadam summa pecuniaria ventilatam coram aduocatis nostris, ciuibus predictis id deposcentibus, sopitam nouimus penitus et sedatam, rogamus vos instanter, vt ipsos informet vestra discrecio, ne militem nostrum coram iure spirituali super hoc invtilibus vexent laboribus. Si enim ipsis videtur, quod in causa ipsorum processum esset minus iuste, ad nostram accedant presenciam assumptis duobus vestri consilii, et faciemus ipsis, quod consonum iuri fuerit exhibere. Scriptum feria quinta post Mauricii.

In dorso: Discretis viris dominis consulibus in Lubek detur.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek III, 96, aus „dem Original auf der Trese (zu Lübek), mit schwachen Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels, welches ein Secret des Fürsten Albrecht von Meklenburg gewesen zu sein scheint."

Digitized by Google

1336. Septbr. 27. 5700.

Janeke vnd Ludeke gebruder die Buggelmaste vorkauffen dem Capittel zu Gustrow funff Hufen zu Teutschen Butzin mit allen zugehorungen. Actum anno 1336., feria sexta proxima ante diem s. Michaelis archangeli.

Clandrian, Registratur, p. 19. — Vgl. Nr. 5690 und 1336, Decbr. 5.

1336. Septbr. 28. Stettin. 5701.

Friedrich, Bischof von Camin, bestätigt die vom Fürsten Johann III. von Werle gegründete und mit Godickendorpe in der Vogtei Teterow bewidmete Domherrn-Pfründe zu Güstrow, unter Transsumirung der Urkunde vom 1. Septbr. 1336 (Nr. 5689).

— — Datum et actum Stetyn, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, in vigilia Mychaelis archangeli gloriosi.

Nach der Abschrift im Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, fol. 69.

1336. Nach Septbr. 29. Lübek. 5702.

Johann Bardewik, Heinrich Herzog und Nicolaus von Lenzen schuldigen zu gesammter Händ dem Willeken von Stade, Pfarrer zu Proseken, 200 Mk. Pf.

Johannes Bardewich, Hinricus Dux et Nicholaus de Lenzen tenentur communi manu domino Willekino de Stadis, plebano in Prozeken, in CC mar. den. ab instanti festo beati Martini vltra annum. Qui dominus Willekinus si obierit, quod deus auertat, ante terminum solucionis, pecunia persolui debet Deghenhardo de Osterwich vel suo filio Jacobo ad vsum filiarum sororum dicti domini Willekini. Papeke de Sconenberghe et Vicko de Kerkdorpe eximent debitores predictos.

Aus dem ersten Niederstadtbuche der Stadt Lübek, 1336, post Michaelis, mitgetheilt vom Herrn Professor Mantels. — Getilgt.

Digitized by Google

1336. Septbr. 30. 5703.

Heinrich, Graf von Schwerin, verpfändet an Heinrich Rosenhagen Hebungen von der Bede zu Böken (im Amte Schwerin).

Vniuersis presencia visuris vel audituris nos Hinricus dei gracia comes de Zweryn recognoscimus publice protestantes, quod discreto viro Hinrico Rosenhaghen, nostro vasallo, suisque veris heredibus pro ducentis et decem marcis denariorum Zwerinensium, quorum XVIII° soluunt solidum Lubicensem, quas idem Hinricus discreto viro Johanni Pren pro nobis cum curia sua in Dauermůr[1] persoluit expedite, resignamus in recompensam et dimittimus viginti duas marcas reddituum eiusdem monete in villa Bocken de mansis, quos pronunc colunt videlicet Nicolaus Heynen ℔, Luder vnum, Jo Wedeghe vnum, Hinricus ante valuam vnum cum quartali, Hinricus Scelen ℔, Hinricus Wedeghe dimidium, Scobe vnum sui patris quondam subditi, annuatim in precariis perpetue tollendas, donec per nos aut nostros successores sibi aut suis dictorum denariorum summa, scilicet CCX marcarum, integraliter fuerit persoluta. Jn cuius rei testimonium magis euidens sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno domini M° CCC° XXX° sexto, sequente die beati Michaelis, presentibus honestis viris dominis Hinrico Rauen, Anthonyo de Dampbek, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen. — Gedruckt in Jahrb. XV, S. 236. ([1] Vgl. Note zu Nr. 1627.)

1336. Octbr. 22. In den Bergen bei Misdorf. 5704.

Johann II. und Johann III., Fürsten von Werle, schliessen mit dem Fürsten Albrecht von Meklenburg ein Landfriedensbündniss.

Wi Johan vnde Henningk, van der gnade godes heren tho Werle, bekennen vnde bethůghen openbare [in dessem breue, dat] wy mit vnsem leuen vederen hern Albrechte, heren tho Mekelenburch, ghedeghedi[n]get hebben, also hir [na gescreuen steyt]: Were, dat dar gherouet worde an sinemme lande van vnsen mannen edder van eren knecten, so scolde wi de man an[tasten] vnde de beschedene knecte; were ouer, dat dar knecte mede weren vnde nicht ere heren, so scolde wy de heren antasten, der it ere knecte weren, vnde scolden mit dessen beschedenen luden varen, also it eyn reycht were, vnde scolden dat wederdůn mit ereme gode; were ouer dat de lude vorvlůchtich worden, so scolde wy vns eres godes vnderwinden vnde scolden dat wederdůn vnde scolden se vorvesten. Were ouer, dat de vorbenomede here vnse vedere van Mekelen-

79*

bůrh berouet worde dor vnse lant van anderen luden, so schole wy vnde vnse voghede se vpholden, ofte wy moghen; mochte wy se nicht vpholden, so schole wy volghen mit viftich mannen vnsem vedderen van Mekelenbůrch, dat se it wederdůn, vp vnse eghene kost vnde vp vnse wyn vnde vp vnse vorlůs. Neme men ouer vromen, de scolde wesen na mantale. Were ouer, dat vnse veddere wene vmme ro°f, brant, moord edder důfte voruested, den scolde wy ok voruesten, vnde scolde vnse voruestede man also syn, wan he vns dat vnbode. Were ouer, dat sich sine man gheghen ene setteden edder ander heren koren vmme sake, de hir vor bescreuen stan, der en scolde wy nicht vns vnderwinden edder erer slote mer; wy scolden sine hulpere werden vppe se. Vor alle desse vorbenomeden dink ganslich vnde stede tho holdende hebbet mit vns ghelouet vntrowen mit ener sameden hant: her Wluinck van Oldenbůrch, her Ghemeke Koszebode, her Hinrick Nortman, ryddere, vnde Barolt van Wosten, eyn knape, vnde hebben vnse ingheseghele mit eren ynghesegheln tho samende tho ener bethůghync ghehenget vor dessen bref. Desse dink de sint ghescheyn by den berghen tho Misdorpe, na godes bort dusent iar drehundert iar sosendrittych iar, des dynstedaghes na der elf dusent meghede daghe.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. Das dünne Pergament hat durch Moder ziemlich stark gelitten; die wenigen entstandenen Lücken sind nach einer bei dem Original aufbewahrten alten Abschrift in [ ] ergänzt. An der Charte hangen drei Pergamentstreifen, welche jedoch, bis auf den mittleren, die Siegel ganz verloren haben; an der mittleren Pressel hängt noch das mittlere Stück von dem zu Nr. 5335 abgebildeten Secretsiegel Johanns III. von Werle, den kleinen, geradeaus schenden Stierkopf enthaltend. — Gedruckt in Jahrb. VII, S. 259.

1336. Octbr. 25. Wismar. 5705.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt die Bewidmung der von Heinrich Körneke, Bürger zu Wismar, in der St. Nicolaikirche daselbst gestifteten Vicareien mit Hebungen aus dem Hofe Auf dem Felde, dem Hofe der Fürstin Anastasia und Niendorf, sämmtlich auf Pöl; und Volrad, Bischof von Ratzeburg, bestätigt am 29. Octbr. die gedachten Vicareien.

In nomine domini. Amen. Cum felicitatis solacia ac animarum salubria, vndecumque claruerint, sint zelo intimo applectenda ac lumine claritatis publicanda, ne obiecte contrarietatis contacta in perniciosum ridiculum redigantur: hinc est, quod nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus constare volumus vniuersis presentibus et futuris, quod Hinricus Korneke, ciuis Wismariensis, zelo fidei accensus et deuocione ecclesiastice ampliacionis excitatus, in nostra constitutus presencia, sibi cupiens amminiculum subsidiale ac suis pre-

Digitized by Google

decessoribus et successoribus parare, efficere et instaurare, quondam filio suo domino Frederico Korneken, presbitero, instaurauit vicariam officiandam in ecclesia beati Nicolay in Wismaria, quam dotauit nouem lastis annone triplicis, siliginis, ordei et auene, quarum quatuor de curia sita in terra Pøle, que Oppenuelde dicitur, quinque vero laste annone triplicis de curia sita in terra Pøle, que quondam ad inclitam dominam Anastasiam, matrem patris nostri dilecti domini Hinrici Magnopolensis pie memorie, pertinebat, singulis annis in festo beati Martini solui debent et erogari ac infra muros Wismarienses illi, qui tenet et possidet dictam vicariam, presentari, cum omni libertate, vtilitate ac commodo, sicuti in primis instrumentis super hoc confectis plenius et liberius continetur. Dictus vero Hinricus volens et affectans dictam vicariam sic instauratam pro filio suo et vna persona post eum esse vnam et eis decedentibus in quatuor vicarias officiandas in dicta ecclesia beati Nicolay in Wismaria resoluendam modo et forma infrascriptis, ita videlicet, quod primo presentatus onere collectionis dicte annone et erogacionis faciende aliis tribus in primo anno oneretur, secundo presentatus secundo anno, et sic de singulis; postquam omnes quatuor collegerint, a primo inchoetur, et hic ordo semper a presentandis ad dictas vicarias vel eas possidendis habebitur obseruari circa collectionem annone memorate. Volens eciam dictus Hinricus Korneke primas duas personas plus aliis succedentibus libertare, adiecit, quod, quamdiu dicta vicaria sub tytulo vnius haberetur, (quod) eam possidens ad ipsius personalem residenciam, dummodo per alium deseruiuerit, artari per episcopum vel prelatum alium non possit vel constringi, aliis vero resolutione exstante succedentibus ad residenciam personalem artatis et obligatis ita stricte, quod nullus ad earum aliquam possit assumi vel presentari, nisi etatis viginti quatuor annorum exstiterit, filiis filie sue, si sub clericali degent tytulo, demptis solummodo et exceptis. Item aliam instauauit dictus Kørneke vicariam domino Johanni Mynnowen officiandam in ecclesia sancti Nicolay in Wismer predicta, quam dotauit decem et octo tremodiis annone duplicis; media pars siliginis et ordei et media pars auene de quatuor mansis in villa Nygendorpe, quos nunc colunt Rorehouet et Vincko ac priuingnus dicti Rorehouet, in festo beati Martini solui debent et erogari. Volens eciam dictus Hinricus omnes condiciones, que supra in instauracione quatuor vicariarum ponuntur resolucione exstante, in instauracione istius vicarie vltime obseruari; ipso vero Hinrico et filio suo Frederico mortuis, ius patronatus domino Johanni de Plesse, dilecto nostro militi, et post eius decessum nobis et nostris successoribus perpetue dedit et donauit suisque propinquioribus peticionem obseruando. Talem eciam adiecit condicionem: quandocumque dictas vicarias vacari[1] contigerit et si infra mensem a tempore vacacionis ille, ad quem presentacio pertinet, nullam personam presentauerit, mense elapso ius presentandi illa vice ad episcopum reuoluetur. Cum igitur actus quilibet pie conceptus effectiue sit adimplendus, supplicamus reuerendo in Cristo patri et

Digitized by Google

domino nostro, domino Volrado ecclesie Raceburgensis episcopo, studiose, quatenus dicti Hinrici Kørneken bone voluntatis affectum adimplendo instauracionem dictarum vicariarum confirmare dignetur auctoritate ordinaria modo et forma suprascriptis. Datum et actum Wismer, anno domini M°CCC° tricesimo sexto, feria sexta proxima ante diem beatorum apostolorum Symonis et Jude, presentibus honorabilibus viris dominis Johanne de Plesse, milite, Thiderico Zacke[l]uitze et Nicolao Kemerer, nostris capellanis, Johanne Kule et Gheuehardo de Monte ac aliis pluribus fide dignis. Et in saniorem euidenciam sigillum nostrum vna cum sigillo dicti Hinrici Korneken presentibus duximus apponendum.

Et nos Volradus dei gracia Raceborgensis ecclesie episcopus, annuentes iustis peticionibus nobilis viri domini Alberti domini Magnopolensis et discreti viri Hinrici Korneken, ciuis Wismariensis, instauracionem dictarum vicariarum et omnia premissa in perpetuum seruanda in modo et forma prehabitis ratificamus, approbamus et auctoritate ordinaria confirmamus, volentes, vt vicarii dictarum vicariarum missas suas legant vel cantent ad disposicionem et ordinacionem ad[2] voluntatem rectoris ecclesie sancti Nicolay predicte. Et in testimonium omnium premissorum sigillum nostrum de mandato nostro presentibus est appensum. Datum et actum Sconenberghe, anno domini M°CCC° tricesimo sexto, in crastino beatorum Symonis et Jude apostolorum.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Wismar. An Pergamentbändern hangen die Siegel des Bischofs und Heinrich Körneke's (beschrieben zu Nr. 5603); das fürstliche Siegel scheint nie eingehängt gewesen zu sein. (Lies [1] vacare — [2] ac.)

1336. Octbr. 27. 5706.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, trifft mit dem Kloster Ribnitz einen Tausch über Land zwischen dem Stadtholze und der Heide Müritz und versichert demselben mehrere Wiesen.

Allen loueghen luden, de desse ieghenwerdighen breue sen oder ho°ren, wi Albrecht, van der gnade ghodes eyn herre to Meklenborgh, to Rostok vnde to Stargarden, den wunsche wi gnade an ghode vnde eyn ewich leuent. Wi bekennen des an dessen ieghenwerdighen breuen, dat wi mit deme rade vser riddere vnde user man hebben angheghan eyne wesle mit deme clostere to Rybbenitze, dat use vader heft ghestichtet, also dat wi sco°len behalden den stremel vnde dat rwm, dat dar is twischen der stat holte to Rybbenitz vnde der Muritzen. Dar vmme gheue wi deme clostere eyne nyge scheyde vt van deme haue want an den wech, de dar gheyt bouen der Muritzen, als in de brinke bewisen, de wi hebben schoten laten, vnde van deme weghe vort vor der Muritzen hen, also de brinke hen then, weder dorch dat holt to deme luttiken strome; alle dat binnen der scheyde

Digitized by Google

begri°pen is, dat scal syn des closteres to Rybbenitz, mit alle deme rechte vnde vryheit, als it vse elderen ghehat hebben, dat richte an hant vnde an hals, to eyner ewighen besittunghe, vnde sco°len vnde moghen sik nutte maken alle, dat in der scheyde begrepen is, nach o°reme willen. Wi gheuen ok deme seluen clostere vry orlof, perde vnde quik to dryuene in de heyde, wor it eme bequeme is. Wi laten eme ok volghen ewichliken de wische by der kobrugghen vnde by deme Clokhagen, wo se ok ghenant syn, eder de grote ruschwisch edder de luttike ruschwisch edder de houewische, also als it de brinke nu bewisen. Weret ok, dat ghot nicht ne gy°ue, dat use bo°le Johan desse wesle vnde ghaue nicht stede wolde holden, wan he queme to sinen iaren, so scolde wi eder use broder deme vorsprokenen clostere twehundert mark Lubescher penninghe weder gheuen, de wi van deme clostere vntfanghen hebben vmme desse scheyde vnde vmme de gaue, de wi ghegheuen hebben an dessen breuen; vnde des closters breue, de vnse vader ghegheuen heft, de sco°len bliuen by o°rer macht. Desser dink sint tughe: use ryddere her Hinrik van Barnekowe, her Johan van Plesse, her Hinrik van Plesse, her Helmolt van Plesse, her Johan Molteke, her Johan Vmmereyse, Conrad uan Plesse vnde andere vse man, den man louen magh vnde scal. Dessen bref hebbe wi ghegheuen nach der bort ghodes dusent iar drehundert iar in deme sessendruttighesten iare, in deme hylghen auende der hylghen apostole Symonis vnde Judas.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Das Siegel ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgeschnitten. — Vgl. Nr. 5707 und 5708.

1336. Octbr. 27. 5707.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, bestätigt die Grenzen des Klosters Ribnitz in der Ribnitzer Heide und in den Wiesen bei Klokenhagen, wie sie der Ritter Johann von Plessen auf fürstlichen Befehl ermittelt und festgestellt hat.

Wi Albrecht, van der gnade godes herre to Meklenborgh, Rostok vnde Stargarden, bekennen an desseme openbaren breue, dat wi her Johanne van Plesse hebben beuolen vnde gantze wald ghegheuen to makene eyne schede in vser heyde to Rybbeniz tuischen deme clostere, dat use uader stichtet heft in der stat to Rybbenitz, bei der Muritzen; vnd also, alse her Johan van Plesse de brinke van user weghene scheten heft ghelaten, also halde wi dat stede vnde is us beheghelik. Dat sulue spreke wi van den wischen, de dar liegheu by deme Clokhaghen, de wi hebben laten deme clostere vnde ghegheuen, wo se ok ghenant syn, dat wi de scheyde stede halden, wo se her Johan van Plesse

Digitized by Google

mit den brinken bewiset. Desser beuelunghe, de wi her Johanne ghedan hebbe, sint tughe: use ryddere her Hinric van Barnekowe, her Hinric van Plesse, her Helmolt uan Plesse, her Johann Molteke, her Johan Vmmereyse, Conrad uan Plesse vnde andere vse man, den man lo°uen magh vnde scal. Dessen bref hebben wi ghegheuen nach der bort godes dusent iar drehundert iar in deme sessendruttighesten iare, in deme auende der hilgen apostele Simonis vnde Juden.

Nach dem Original auf Pergament, in einer dicken Minuskel, im Archive des Klosters Ribnitz. An einem Pergamentstreifen hängt das grosse, runde Siegel des Fürsten Albrecht von Meklenburg, abgebildet zu Nr. 5676. — Vgl. Nr. 5706 und 5708.

1336. Octbr. 29. Wismar. 5708.

Johann von Plessen bezeugt, dass er auf Befehl des Fürsten Albrecht von Meklenburg die Grenzen der dem Kloster Ribnitz gehörenden Wiesen bei dem Dorfe Klockenhagen und der Müritz (Ribnitzer Heide) durch Grenzhügel festgestellt hat, und entsagt zugleich mit seinem Bruder Heinrich den Rechten, welche dieser an den Scheiden haben könnte.

Vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presencia peruenerint, Jo. dictus de Plesse salutem in domino. Recognosco presentibus publice protestando, quod, sicut a magnifico domino meo domino Alberto Magnopolensi domino in mandatis recepi, prata, que sita sunt iuxta Clockenhagen, et terminos nemoris, quod dicitur Muritze, que a predicto domino claustro sancte Clare in Ribbenitz sunt collata, a silua seu merica collibus, que vulgariter scedebrincke nuncupantur, distinxi predictoque monasterio assignaui perpetuo possidenda. Jnsuper ego et frater meus Hinricus sepedicto monasterio, quicqu[id][1] iuris Hinricus in predictis terminis pratorum videlicet et nemorum ratione pignoris [habet], resignamus. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Wismarie, anno domini M°CCCXXXVI., quarto calendas Nouembris.

Nach einer beglaubigten Abschrift aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrh. im Haupt-Archive zu Schwerin. ([1] quicquam, [2] fehlt.) — Vgl. Nr. 5706 und 5707.

1336. Novbr. 1—25. Wismar. 5709.

Heine Below macht für Heinrich von Embek, Scholasticus, und Heinrich Lüneburg, Schulmeister zu Wismar, eine Anleihe bei Nicolaus Göde.

Heyno Belowen tenetur Nicolao Gøden VI marcas proximo Martyni soluendas, quarum nomine ipsum Heynonem tenebunt indempnem Hinricus de Embek,

Digitized by Google

scolasticus et notarius Wismariensis, et Hinricus Lvneborch, rector scolarium ibidem, expedite et sine briga.

Nach einer getilgten Zeugebuchschrift, eingetragen zwischen Omnium Sanctorum und Katherine

---

1336. Novbr. 7. Doberan. 5710.

Gerhard von Schnakenburg leistet für sich und seine Familie dem Kloster Doberan Verzicht auf alle etwanigen Ansprüche an Admannshagen.

A.

Ego Gherardus dictus de Snakenborch, filius quondam Georgii de Snakenborch, frater autem Johannis de Snakenborch militis, adhuc famulus, omnibus, ad quorum noticiam presens scriptum deuenerit, notum facio protestans et publice recognoscens, quod adhuc sanus corpore et animo, matura deliberacione prehabita, donaui et resignaui, necnon presentibus totaliter dono et resigno religiosis viris domino Conrado abbati et conuentui fratrum monasterii in Doberan, Cysterciensis ordinis, omne ius, si quod michi aut meis heredibus in bonis ville Adameshagen in futurum qualitercunque reperiatur competere, in redempcionem meorum peccaminum ac eciam mee anime ob salutem. Jn cuius euidens testimonium sigillum reuerendi viri domini Gwylhelmi de Crak, canonici Zwerinensis necnon decani Lubicensis ecclesiarum, qui huic mee donacioni personaliter presens affuit, vna cum meo sigillo presentibus est appensum. Actum et datum in Doberan, anno domini M°CCC°XXX° sexto, feria quinta proxima ante festum beati Martini episcopi.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentbändern hangen 2 Siegel:

1) schildförmig: auf einem rechten Schrägebalken eine aufwärts kriechende Natter (Snâk); Umschrift:

✠ S' + GhG + SNAKGNBORhG

2) rund: Johannes der Täufer mit dem Agnus dei in der Linken; Umschrift:

S' . DGGANI ⁑ GGGLGSIG ⁑ LVBIGN

B.

Ego Gherardus dictus de Snakenborch, filius quondam Georgii de Snakenborch, frater autem Johannis de Snakenborch militis, adhuc famulus, omnibus, ad quos presens scriptum deuenerit, cupio fore notum, quod adhuc corpore et

Digitized by Google

animo sanus et incolumis, memorans nouissima, mea iuxta consilium sapientis perpendi et inueni, quod monasterium in Doberan plurima dampna ab amicis meis et consanguineis dictis de Snakenborch iam sustulit et adhuc, ut timetur, in futurum sufferre poterit racione ville Adameshaghen, in qua ius proprietatis amici mei sibi vendicant antedicti. Ne igitur racione predicte ville, pro qua prefatum monasterium iniuste ab amicis meis meo iudicio grauatur et inpetitur, meam aut alicuius heredum meorum animam aliquod salutis dispendium pati oporteat, recognosco publice presentibus et protestor, quod in supradicta villa Adameshaghen ego et omnes heredes mei ac eciam meo iudicio fratres et patrui mei nichil penitus iuris aut alicuius requisicionis habemus; et si quid preter hoc in eadem villa Adameshagen michi aut meis heredibus aliquis in futurum iuris qualitercunque crederet posse conpetere, huic nomine meo et omnium heredum meorum ex toto renuncio presentibus, eo quod in consciencia mea dicendo veraciter sciam, in sepedicta villa me penitus nil habere. Jn cuius euidens testimonium sigillum reuerendi viri domini Gwilhelmi de Crak, canonici Zwerinensis et decani Lubicensis ecclesiarum, qui premissis omnibus personaliter presens affuit, vna cum meo sigillo presentibus litteris est appensum. Actum et datum in monasterio Doberanensi, anno domini M° CCC° XXX° sexto, feria quinta proxima ante festum beati Martini episcopi Turonensis.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin, welches an Pergamentstreifen dieselben Siegel trägt wie A. — Vgl. Nr. 5412 und die daselbst citirten Urkunden.

1336. Novbr. 9. Güstrow. 5711.

Des Capittels zu Gustrow brieff, darin sie anzeigen, das Johannes tertius von Werle in der Thumbkirchen eine Präbende, deren Hebung zu Godekendorp, gestifftet habe, daruber er vnd seine Nachkomlinge, die Hern von Werle, so zu Parchim Hern sein vnd regiren werden, das Jus Patronatus haben sollen. Datum Güzstrow, anno 1336, sabbato proximo ante festum sancti Martini episcopi.

Dises Jnhalts ist noch ein brieff.

Clandrian, Registratur etc., p. 34. — Vgl. Nr. 5689.

1336. Novbr. 11. 5712.

Zabel und Heinrich von Möllenbek verkaufen das Dorf Seedorf[1] an Boldewin, Konrad, Johann und Nicolaus vom Kruge für 40 Mk., wiederkäuflich auf 6 Jahre.

We Tzabel Molenbeke vnde Heyneke, Philippes Molenbeke sone, knapen, bekennen vnde betughen in dessem breue, dat we vsen vrunden, de hir be-

Digitized by Google

screuen stad, Boldewin, Conrad, Johan, Clawese vamme Crůghe, knapen, vnde eren rechten eruen hebben ghesat vnde ghelaten dat dorp to Sedorpe mit alleme rechte, also we id hebben ghehat vnde (vnde) vse vorvaren, vor vertich mark Stendelsch suluers. Dat gůt moghe we weder losen vor de suluen vertich mark van desseme daghe vorth ouer ses iar in sunte Mertines daghe. Were, dat we des nicht en deden, so scholden se des to eren wrunden gan, weder se dat gůt vs weder laten scholden vmme dat sulue ghelt, eder nicht. Dat we dit holden willen, dat loue we entruwen den vorbenomeden vamme Crůghe vnde bethughe det mid vsen ingheseghelen to desseme breue. De is ghegheuen na godes borth dusent iar vnde drehundet iar in deme sessendruttighesten iare, in sunte Mertens daghe, des hylghen byschoppes.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An zwei Pergamentstreifen hangen zwei Siegel von grünem Wachs:

1) das runde Siegel des Zabel von Möllenbeck, doch nur die untere Hälfte desselben, so dass das Zeichen nicht erkennbar und von der Umschrift nur erhalten ist:

....BELLI . MO.....

2) das schildförmige Siegel des Heinrich von Möllenbeck mit einem liegenden Instrumente, wie einer Zange (Mühleisen); Umschrift:

✠ S' . HINRICI MOLENBEKE .

[1] Seedorf liegt bei Eldenburg in der Mark.

1336. Novbr. 12. 5713.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, überlässt dem Priester Gottfried das Eigenthum von Hebungen zu Golm für die von Henning und Heinrich von Granzin in Friedland gestiftete Vicarei.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ne mater erroris obliuio nostris successoribus dubium nunti[e]t et inducat, expedit et cautum est, vt humane actiones litterarum inpressioni[bu]s sigillorumque apposicionibus autenticorum solidentur. Hinc est, quod nos Albertus dei gracia Megapolensis, Stargardensis et Rostockcensis dominus presentibus recognoscimus publice protestantes, quod ob memoriam perpetuam nostrique ipsius nostrorumque parentum ac heredum nobis succedencium dilecto nobis domino Godfrido sacerdoti presentibus dimisimus et dimittimus proprietatem super redditus quatuor talentorum Brandenburgensium denariorum, colligendos pariter et tollendos singulis annis de vltramensura mansorum, quod auerland dicitur, quinque curiis adiacencium in villa Golmhe, ad maiorem ampliacionem cultus diuini, videlicet de curia Manduuels et Hermanni Holtebotels et de curia Trostes, simul duo talenta vltra pactum debitum, quod auerpacht dicitur, similiter de duabus curiis, scilicet Hennyngi Conradi et

Digitized by Google

Henningi Kerstiani duo talenta, qualibet contradictione postposita et semota. Precariam tamen et alia debita ad nos communiter pertinencia nobis nostrisque successoribus ac heredibus penitus et integraliter reseruamus. Hos inquam redditus ad qua[n]dam vicariam deputatos, quam Hennyngus et Hinricus fratres dicti de Grantzin, c(r)iues in Vredeland, primitus fundauerunt, constructam in ecclesia beate Marie virginis gloriose, in honorem beati Martini episcopi et confessoris consecratam, dumtaxat volumus pertinere. Prohibemus eciam presentibus in hiis scriptis vnicuique [ac] specialiter (ac) singulis nostris aduocatis, simul eciam officiariis quibuscunque, sub obtentu nostre gracie, ne quispiam eorum eidem domino Godtfrido ac suis successoribus in hiis redditibus et proprietatibus prenotatis violencias inducat nec molestias inferat aliquales. Datum anno domini etc. M° CCC° tricesimo sexto, in crastino beati Martini episcopi gloriosi, presentibus dominis Hinrico de Barnecow, Gotschalco Storm, Hinrico de Plesse et Nic[o]lao Helpte, militibus, et Sabello de Helpte, famulo, et aliis pluribus fide dignis.

Nach einer im Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen, dem Anfange des 16. Jahrh. angehörenden Abschrift aus der Confirmation der Herzoge Magnus und Balthasar d. d. „Ankelem, die Mercurii ante purificacionem Marie, anno domini etc. M°CCCC° octuagesimo septimo". — Der Kanzler Caspar von Schönaich bemerkt auf der Rückseite: „Das Original hat der Kochmester von Stargardt".

1336. Novbr. 12. (Wismar.) 5714.

Heinrich Körneke, Bürger zu Wismar, errichtet sein Testament.

Ego Hinricus Korneke, corpore infirmus, racione tamen sanus, testamentum meum in hunc modum ordino et dispono. Primo do et assigno filie mee Öbeken et pueris eius ducentas marcas Lubicenses, in quibus tres fratres de Plesse michi obligati tenentur, prout paruus liber ciuitatis hoc demonstrat. Jtem do et assigno eisdem omnia debita, in quibus dominus Bernardus Pren, miles, michi obligatus tenetur, pro quibus dicti fratres de Plesse michi promiserunt, ut littere eorum hoc demonstrant. Jtem do et assigno eisdem octo marcarum redditus in curia et in agris Vickonis Mey apud dotem, michi in libro ciuitatis asscriptos, cum centum tamen marcis liberi[1] redimendos. Jtem do eisdem filie mee et pueris eius omnem censum meum et redditus huius anni perceptos et percipiendos, per meos testamentarios vendendos et in redditus perpetuos ad vsum predictorum conuertendos. Jtem do et assigno eisdem granarium meum lapideum, in platea molendini situm, quandocumque prouisoribus meis placuerit, vendendum et in redditus perpetuos ad vsum predictorum conuertendum. Hos omnes et singulos redditus factos et faciendos cum bonis premissis dicta mea filia et pueri eiusdem geniti et generandi ad tempora vite sue libere possidebunt et non habebunt potestatem premissos redditus vendendi, alienandi, mutandi seu minorandi, sed

Digitized by Google

post mortem omnium ipsorum dicti redditus facti et faciendi secundum consilium et beneplacitum dominorum consulum necnon prouisorum meorum ad elemosinas et ad missam seu missas perpetuas in domo sancti Spiritus huius ciuitatis perpetue celebrandas poni debent et assignari, ita quod in ipsis faciendi et dimittendi nullus alius in mundo, siue ecclesiastica persona fuerit aut secularis, penitus nullam habebit facultatem. Preterea mei prouisores, quicumque fuerint pro tempore, annis singulis perpetuis temporibus a dicto meo lapideo granario vel ex redditibus cum eo emptis tres marcarum redditus perpetuos dominis consulibus debent erogare, cum quibus annue in vna comestione insimul debent procurari mei ob amorem, vt eo benignius predicte filie mee et pueris presint in omnibus et ipsos et redditus protegant et defendant. Preterea do et assigno predicte filie mee et pueris eius octo marcarum redditus in domo Karowen in platea institorum reemendos, ut liber ciuitatis hoc docet, ad tempora vite sue tollendos per omnia, ut superius in aliis redditibus est condicionatum. Preterea habeo centum marcas Lubicenses in domo Hinrici Ghůdiar et quoddam aliud debitum, que omnia et singula relicte dicti Hinrici et pueris suis (remitto) pie dimitto vsque ad sexaginta marcas Lubicenses, in quibus Wybe Boyeken viginti marcas Lubicenses, ut in paruo libro ciuitatis eidem sunt asscripte, habet et optinebit; residue quadraginta marce sepedicte filie mee et pueris in redditibus ad vsum ipsorum ad vite sue tempora per omnia, ut premittitur, poni debent et conuerti. Preterea filia mea predicta et pueri eiusdem redditus in[2] bona mea in Metenstorpe pertinent[3] et tollent, quamdiu vnus puerorum meorum vixerit, ut in litteris meis super hoc traditis continetur. Post mortem omnium meorum puerorum redditus dicte ville infirmis domus sancti Spiritus in lectis iacentibus perpetue cedent et debentur. Jnsuper mei prouisores, quicumque sint pro tempore, duabus filiabus meis in Růne annis singulis, quamdiu ambe aut vna earum vixerit, XII marcarum redditus Lubicensium denariorum ex omnibus bonis suprascriptis primitus ante omnia sine aliqua prorogacione debent erogare. Preterea emi VIII marcarum redditus in manso Abben, quem dominus Kadowe habet, qui redditus pro centum marcis Lubicensibus reemi poterint, quando alius alteri ad annum integrum id duxerit predicendum. Preterea habeo in domo Merten Kerstens trium marcarum redditus et in domo domine Cylien vnius marce redditus et in domo Kalepetri vnius marce redditus, ut liber ciuitatis testatur, reemendos. Hos XIII marcarum redditus do et assigno ad elemosinas, cum quibus omnibus vna missa perpetua debet celebrari ob salutem anime mee et meorum progenitorum. Jsta vero missa Cristiano filio Martini predicti conferri debet a meis prouisoribus in anno integro scilicet post mortem meam, si ipsum ad ordines sacerdocii procedere contingerit, quam optinebit, quamdiu se bene rexerit et meis testamentariis placuerit. Si vero ipsum, ut premittitur, procedere non contingerit, tunc dicti mei prouisores dictam missam alteri conferri[4] debent, qui ipsorum

Digitized by Google

placuerit voluntati et pro quo parentes mei saltem duxerint supplicandum. Preterea do et assigno rectori ecclesie sancti Nicolai in Wysmer duarum marcarum redditus perpetuos in curia Supra Campum dicta, [in] insula Pöle sita, annis singulis percipiendos, pro quibus bis in anno, scilicet in octauis pasche et Mychaelis, annis singulis perpetue memoria anime mee et mee vxoris et puerorum meorum peragere debet cum omnibus suis sociis. De hiis redditibus predictus rector quiscumque pro tempore dabit annis singulis in qualibet mea memoria vnicuique vicario uel vicariam uel missam in sua ecclesia officianti et cuilibet capellanorum suorum sex denarios Lubicenses, qui nichilominus ad dictam mei memoriam duxerint veniendi, hos vero sex denarios vnicuique, ut premittitur, annue bis exsoluendos. Si, quod absit, dictus rector exsoluere nollet vel maliciose negligeret, tunc mei prouisores dictos duarum marcarum redditus tollere debent rectore irrequisito et ob salutem anime mee distribuere, prout ipsorum fuerit voluntatis. Preterea residuos tres marcarum Lubicensium redditus, quos vltra ista in dicta curia Supra Campum dicta habeo, do et assigno tribus conuentibus bagutarum in Wysmer, vnicuique conuentui marcam vnam annis singulis perpetue percipiendam. Pro hiis redditibus vnusquisque conuentuum bis in anno, quando memoria mei peragitur, decem psalteria anime mee legere debent pro salute in ecclesia, vbi tunc mei memoria peragitur et celebratur. Preterea missa vicarie, quam dominus Fredericus filius meus nunc in ecclesia sancti Nicolai tenet et habet, summo mane, videlicet in ortu diei, in dicta ecclesia perpetuis temporibus debet celebrari, super quo dominus Wilkinus, nunc rector dicte ecclesie, litteram domini episcopi Razeburgensis sub vero suo sigillo promisit procurare et id ipsum suo proprio sigillo confirmare. Jtem dictus dominus Wilkinus promisit litteram ut supra procurare super eo, quod quatuor misse siue vicarie post mortem Zakelvitzen per ordinem vnam post aliam inmediate et hoc post primam dictam missam in dicta ecclesia sancti Nicolai perpetue debent celebrari. Preterea ad structuram ecclesie sancti Nicolai predicte do octo tremodiorum redditus perpetuos in villa Nyendorpe percipiendos, de quibus prouisores dicte ecclesie singulis annis dabunt custodi dicte ecclesie vnius marce redditus et vnicuique prouisorum meorum vnum bonum par calligarum, ut eo beniuoliores sint ad omnia premissa custodienda fideliter [et] laboranda. Jtem dicti prouisorès dicte ecclesie perpetue comparabunt vnam candelam ceream ad leuacionem eukaristie predictarum quinque missarum incendendam. Residua quatuordecim tremodia annone in villa[5] dicta do et assigno ad vnam missam perpetuam in domo sancti Spiritus celebrandam, quam dicti mei prouisores per aliquem sacerdotem pro ipsorum voluntate de singulis dictis redditibus facient perpetue celebrari. Jtem do et assigno sex lastarum annone in Trywalk redditus ad tres missas perpetuas, videlicet ad quamlibet missam duas lastas. Due harum missarum in domo sancti Jacobi videlicet leprosaria et residua in domo sancti Spiritus debe[n]t perpetue

Digitized by Google

celebrari. Has tres missas domini consules conferre debent illis, pro quibus semper mei propinquiores consa[n]gwinei duxerint supplicandum. Preterea, si aliqua persona siue potestas ecclesiastica se de predictis missis preterquam confirmatis intromittere vellet aut ipsas aliqualiter inbrigare, tunc domini consules vna cum meis testamentariis dictus[6] redditus dictarum missarum tollere debent et in alias elemosinas conuertere, donec dicte misse iterum forent disbrigate. Preterea habeo cum Tydekino Borghermester sexaginta marcas Lubicenses, ut paruus liber testatur, quorum denariorum dimidietatem do dicto Tydekino optinendām et reliquam dimidietatem do Andree fratri suo percipiendam. Preterea prouisores mei tollent annis singulis decem et septem tremodia annone in villa tota Karowe perpetue et dabunt annue dimidietatem horum redditum conuentui fratrum predicatorum et reliquam medietatem conuentui baruotorum in Wysmer, quamdiu mei et meorum memoriam debite, ut tenentur, peragunt et missas per ipsos seruandas debite, ut est condicionatum, duxerint celebrandas; quam si, quod absit, ipsi debite non custodirent, tunc mei prouisores dictos redditus ad alias elemosinas et pia opera ponere debent et assignare. Jtem do duodecim marcas Lubicenses ad melioracionem strate tendentes[7] ad molendinum sancti Spiritus huius ciuitatis. Preterea ambo conuentus predictorum fratrum gerere debent dampnum equaliter intra se, si, quod absit, aliquem defectum ex quacumque casu[8] in premissis redditibus quandocumque paterentur, et mei prouisores manebunt indampnes[9] et immunes. Super omnia, si, quod deus nollet, in singulis meis donacionibus aut in aliquibus earum defectus fieret, aut aliquod dampnum siue incommodum suboriretur, aut dicti mei prouisores aut aliquis eorum in aliquo inbrigaretur, ita quod dampna, incommoda, expensas aut labores super hoc ipsos facere oporteret, tunc ipsi de vniuersis bonis et donacionibus suprascriptis tantum accipere deberent, quod se plenarie defenderent et dampna recuperarent et indampnes[9] per omnia permanerent. Preterea de omnibus et singulis aut postponendis aut premissis nec filius meus, nec filia mea, nec maritus eiusdem, nec aliquis puerorum meorum, nec quisquam in mundo debet se intromittere nec in aliquo inbrigare, nisi soli mei testamentarii, qui omnia disponent cum consilio dominorum consulum, prout superius est expressum. Preterea do domino Frederico filio meo sexaginta marcas Lubicenses in bonis in Hornestorpe tollendas. Jtem do eidem dimidietatem domus mee, quam inhabito, et alia dimidietas sua est. Hanc domum ad tempora vite sue possidebit, et post mortem suam super pueros mee filie cadet, et post mortem eorundem per meos prouisores vendi debet et ad elemosinas poni et conuerti. Omnia namque et singula bona superius distributa non hereditate, sed per meos graues labores acquisiui. Preterea do et assigno Alheydi ancille mee redditus vnius marce Lubicensis, quamdiu ipsa vixerit, percipiendos et per meos testamentarios eidem ex singulis supradictis meis bonis et donacionibus annue exsoluendos. Post eiusdem vero mortem dictos redditus mei prouisores ad

Digitized by Google

elemosinas ponere debent, ut supra, et largiri. Jn testamentarios et prouisores eligo et statuo honorabiles viros dominos Johannem Cropelin, Jwanum de Clutze, consules Wysmarienses, necnon duos consules, iuratos et prouisores ecclesie sancti Nicolai per communes consules pro tempore in tempus ad hoc deputatos, perpetuis temporibus presenti mee ordinacioni fideliter preessendos. Preterea, quando vnus testamentariorum meorum predictorum preter iuratos et quocienscumque decesserit, tunc alii tres superstites alium in loco defuncti eligent et assument. Datum et actum anno domini milesimo tricentesimo XXXVI., in crastino Martini episcopi, presentibus predictis dominis Johanne Cropelin et Jwano de Clutze, meis testamentariis, consulibus ad hec missis.

Nach dem Original im Wismarschen Rathsarchiv. (Flüchtigkeiten: [1]st. libere, [2]st. et, [3]st. percipient? [4]st. conferre, [5]st. villa, [6]st. dictes, [7]st. tendentis, [8]st. causa, [9]st. indempnes.) Angehängt ist mittels eines Pergamentbandes das roth überzogene Siegel des Testators. Derselbe starb nach einer Note zu einer Abschrift des Testaments, welche in einem Copiar der St. Nicolaikirche aus dem Ende Sec. XV. enthalten ist, 1335 (am 13. Novbr.): Anno domini M°CCC°XXXV° in die Brixii obiit Hinricus Korneke. Diese Notiz ist aber nicht allein in Bezug auf das Jahr, sondern auch auf den Tag falsch, denn auch nach Nr. 5717 lebte er noch 1336, Novbr. 29, war aber 1337, Mai 10 gewiss todt; im Zeugebuch findet er sich zuletzt Novbr. 1, 1336. — Gedruckt, aber mit Lücken, in Schröders P. M., S. 1177, wahrscheinlich nach einer Abschrift im Lib. missar.

1336. Novbr. 25. Güstrow. 5715.

Johann II., Fürst von Werle, bestätigt den Vergleich des Ritters Johann von Linstow und seiner Verwandten mit dem Kloster Doberan wegen der Mühle zu Kl. Sprenz vom 4. April 1332 (Nr. 5318).

Johannes dei gracia dominus de Werle senior omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris in perpetuum. Vt gesta labencia hominum ad memoriam perueniant posteriorum, scriptis autenticis et testibus eadem perpetuanda statuit prudentia discretorum. Hinc est, quod nos tam presentibus quam futuris notificando recognoscimus et presentibus litteris publice protestamur, nos vidisse et audiuisse litteras fidelium nostrorum, videlicet Johannis de Linstowe, militis, et amicorum eius, in nullo penitus viciatas, quarum tenor sequitur in hec verba: *[Hier folgt Nr. 5318].* Nos igitur dei gracia dominus de Werle Johannes supradictus ad honorem beate et gloriose virginis Marie, ob fauorem quoque Doberanensis monasterii predicti, ad petitiones eciam domini Conradi abbatis et fratrum ibidem deo iugiter seruiencium, premissa omnia et singula(s) iuxta omnes suas clausulas et articulos grata et rata habentes, dicto Doberanensi monasterio confirmamus presentibus et in perpetuum obseruari volumus, mandantes omnibus, quorum interest uel interesse poterit in futurum, quatenus premissa omnia et singula fratribus de Doberan in perpetuum inpleant et obseruent. Jn huius eciam

Digitized by Google

confirmationis, ratificationis et approbationis nostre pleniorem euidenciam sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto. Testes huius sunt: Wlfinghus de Oldendorp[1] miles, marscalcus noster, Johannes de Belin, famulus, Mychael notarius noster, Johannes Braghen monachus in Doberan et quam plures alii fide digni. Datum Gustrowe, anno domini M° CCC° XXXVI°, de beate Catherine virginis et martyris gloriose.

Nach dem Diplomatarium Doberan., fol. XCV[a]. ([1] Lies Oldenborch.) — Gedruckt bei Westphalen, Mon. III, p. 1618; Schröder, P. M., p. 1123.

1336. Novbr. 26. 5716.

Reimar von Wachholz, Ritter, verkauft dem Kloster Dargun die Ueberschlagsäcker zwischen den Dörfern Varchmin, Curdshagen, Wulfshagen und Banzin und dem Klosterhofe Bast mit der halben Mühle und dem halben Grenzflusse Nitzen, welche Güter die von Kameke und von Strachmin von dem Kloster auf Lebenszeit zu Lehn getragen und an ihn verkauft haben.

Vniuersis presencia visuris similiter et audituris Reymarus miles de Wachholth salutem et cognoscere veritatem. Ea, que aguntur in tempore, simul labuntur cum tempore, si non litterarum testimonio fulciantur. Quapropter nouerint vniuersi, ad quos presentes peruenerint, quod ego Reymarus miles de Wachholth de consensu et bona voluntate omnium heredum meorum vendidi iuste vendicionis tytulo venerabilibus dominis abbati et conuentui monasterii Darghunensis agros quosdam dictos ouerslach, sitos inter terminos villarum videlicet Verghemyn, Conradeshagen, Wlueshagen et Bandessin, cum media parte molendini et agris ipsi molendino adiacentibus mediaque parte fluuii Nyssene piscineque molendinarie et media parte piscature eorundem fluuii et piscine, cum omni vtilitate et obuencionibus nunc existentibus aut in posterum fieri potentibus, quos quidem agros Petrus miles de Kameke cum filiis suis Swantho et Tesmaro et Tessen de Straghemyn miles cum filiis suis Bysbrao milite et Tessen famulo ad tempora vite sue in feodo ab eadem ecclesia Darghunensi tenuerunt et iusto vendicionis ac empcionis tytulo ad me vsque peruenerunt, pro quingentis marcis denariorum minus octo marcis currentis monethe michi per omnia solutis perpetuis temporibus possidendos, ita sane, quod in dictis agris, molendino et aliis rebus superius expressis nichil michi reseruabo aut amplius vendicabo, sed quidquid in ipsis iuris hactenus habere videbar, predictis dominis Darghunensibus dimisi et dimitto totaliter per presentes. Obuenciones eciam siue prouentus prefatorum agrorum et molendini, quociens necesse fuerit, ego Reymarus miles de

Digitized by Google

Wacholth et mei successores ad manus dominorum Darghunensium predictorum per inpignoracionem sev per quemcunque alium modum sicut proprios scilicet prouentus per famulos nostros requisiti faciemus fideliter extorqueri. Preterea, si contingat, prefatos dominos Darghunenses emere predictos agros a subditis meis in Conradeshagen, extunc ab inpignoracione huiusmodi facienda erimus liberi et soluti. Et nos Petrus miles et Swanthus filius eius famulus dicti de Kameke, Bysbraus quoque miles, Tessen famulus dicti de Straghemyn vendicionem prefatam gratam et ratam nos habere presentibus protestamur. Jn horum omnium testimonium ac euidenciam pleniorem sigillum proprium vna cum sigillis militum ac famulorum predictorum, videlicet Petri et Bysbrai militum, Swanthi quoque et Tessen famulorum, duxi presentibus appendendum. Testes huius rei sunt: dominus Hinricus decanus Kolbergensis, dominus Conradus Schuuer canonicus Kaminensis et Kolbergensis, dominus Mathias vicarius ibidem, Hinricus Harthmodi et Wicboldus tunc proconsules, Hermannus Damyz, senior Holk, . . Wesenberch, . . Gladbeke, . . Smelthebake, Thi[dericus] Brunswik, Petrus Holk, Pe[trus] de Rosthok et alii quam plures, tam consules quam ceteri fide digni, ad hoc rogati specialiter et vocati. Actum et datum anno domini M° CCC° XXXVI°, in crastino beate Katherine virginis et marthiris gloriose.

Nach dem Original im pommerschen Provincial-Archive zu Stettin. An Presseln hangen 5 Siegel von ungeläutertem Wachs:

1) das zu Nr. 5512 beschriebene Siegel des Reimbern von Wachholz;

2) das zu Nr. 3752 beschriebene Siegel des Peter von Kameke;

3) schildförmig: ein rechts gekehrter Ziegenbockskopf mit dem Halse; Umschrift:

✠ S' DNI BISPR — — MILITIS

(abgebildet bei Bagmihl I, Taf. XXIX, Nr. 3.)

4) das zu Nr. 5512 beschriebene Siegel des Swanthus von Kameke;

5) das eben daselbst beschriebene Siegel des Tessen von Strachmin.

— Vgl. Nr. 3928, 5512 und unten 4. Decbr. 1336.

1336. Novbr. 29. (Wismar.) 5717.

Heinrich Körneke, Bürger zu Wismar, trifft im Einverständnisse mit seinem Sohne, dem Priester Friedrich, nähere Bestimmungen bezüglich der von ihm bei den Predigerbrüdern, bei den Minderen Brüdern, zu St. Jacob, zum Heil. Geist und zu St. Nicolaus zu Wismar gestifteten 11 Vicareien.

In nomine indiuidue trinitatis. Amen. Vniuersis Cristi fidelibus presencia visuris seu audituris salutem in domino. Cum non modicum sit proficuum deoque

Digitized by Google

acceptum tempore sanitatis de statu cogitare perpetue salutis: hinc est, quod ego Hinricus Korneke, ciuis Wismariensis, compos racionis et vita incolumis, tenore presencium publice recognosco et omnibus, quorum interest vel interesse poterit pro futuro, nosse desidero, quod de maturo consilio, beneplacito et consensu filii mei domini Frederici testamentariorumque meorum, dominorum scilicet Johannis Cropelin et Ywanus (!) de Clutze, proconsulum dicte ciuitatis Wismariensis, ob dei reuerenciam et amorem [et] anime mee omniumque progenitorum meorum salutem XI fundaui et fundo vicarias, ita tamen distincte, vt ex elemosina vnius vicarie fratres predicatores in antedicta Wismariensi ciuitate vnam legant missam in ortu diei, et fratres minores ibidem ex elemosina alterius similiter vnam, que dormiencium appellari solet, legant missam. Duas vicarias ad sanctum Jacobum extra muros dicte ciuitatis Wismariensis, duas ad sanctum Spiritum et quinque ad sanctum Nicolaum intra muros ciuitatis eiusdem condidi et condo, ita dumtaxat, vt quilibet sacerdos secundum quantitatem sui laboris ipsorum reddituum percipiat fructum mercedis. Jnsuper collacionem dictarum vicariarum confero dominis consulibus sepedicte ciuitatis Wismariensis, demptis duabus penitus et exceptis, quarum scilicet vnius prouentu gaudet dominus Hermannus Vicke Mey, cuius redditus in villa Niendorp in terra Pûle sunt fundati, alterius vero vtitur fructu dominus Fredericus filius meus, cuius similiter redditus in eadem villa cum IIII^{or} mansis pariter sunt locati. Jstas inquam duas vicarias, quas sic volo a collacione dominorum consulum esse exceptas, filii Obeken filie mee meis consangwineis secundum eorum beneplacitum libere et licite conferre possunt, personis religiosis siue secularibus, contradictione quacumque vel cuiuscumque omnino postergata. Atque hoc volo, vt, vbicumque antedictum dominum Fredericum filium meum siue intra siue extra dictam Wismariensem ciuitatem morari contig[er]it et missam legere placuerit sibi, ibi elemosinas seu fructus dictarum vicariarum libere et licite percipere valeat reddituum. Jdem intendo de meis consangwineis, ad quos post obitum sepedicti domini Frederici filii mei elemosine seu redditus dictarum vicariarum peruenerint, vt et ipsis vbilibet legere missam sit licitum et recipere prouentus ex eisdem. Preterea, si misse et omnia secundum intencionem subscriptorum, quod absit, non seruarentur, tunc filii filie mee et consangwinei mei de consilio et assensu d[omi]norum consulum sepedicte ciuitatis Wismariensis de singulis vicariis redditus possunt recipere et ob salutem anime mee omniumque progenitorum meorum pauperibus Cristi distribuere. Jtem domini consules Wismarienses et mei consangwinei libere et licite possunt sine contradictione cuiuscumque redditus antedictarum vicariarum exstirpare pigneribus, quomodo, quando et quociens fuerit necessarium. Jn omnium enim premissorum robur et ampliorem presencium municionem, ne propter temporum volubilitatem et memorie labilitatem a recordacione aboleantur mortalium, ego Hinricus Korneke et filius meus dominus

Digitized by Google

Fredericus sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Jn euidencius testimonium testes predictorum sunt: honorabiles et discreti viri dominus scilicet Johannes Cropelin, dominus Ywanus de Clutze, dominus Rodekoghele, dominus Andreas Laschen et dominus Slawestorp, proconsules et consules ciuitatis Wismariensis. Datum et actum anno domini M°CCC°XXXVI°, in vigilia sancti Andree apostoli.

Nach dem Original im Raths-Archive zu Wismar. Angehängt sind an Pergamentbändern das schildförmige Siegel Heinrich Körneke's und das parabolische seines Sohnes, des Priesters Friedrich, beide roth überzogen, aber beide so verdrückt, dass man auf dem zweiten nur erkennt, dass das Siegelfeld eine Heiligenfigur mit einem Betenden daneben enthielt. — Vgl. Nr. 5705 und 5714.

1336. Novbr. 30. 5718.

Konrad, Bernhard und Reimar, Gebrüder von Plessen, Knappen, stiften eine Vicarei in der Kirche zu Elkelberg mit dem Eigenthum einer Rente von 10 Mk. Lüb. aus 5 Hufen im Dorfe Oster-Golwitz, und Ludolf, Bischof von Schwerin, bestätigt diese Stiftung.

In nomine domini. Amen. Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris Conr[adus], Ber[nardus] et Reymarus fratres dicti de Plesse, famuli, in vero salutari salutem. Tenore presencium recognoscimus publice constare cupientes vniuersis, tam presentibus quam futuris, nos diuino nutu, necnon amicorum nostrorum consilio preuio et ob salutem animarum Thezen et Hinrici fratrum dicti (!) de Cernyn pie memorie, ad vicariam perpetuo duraturam, in Ekeneberch officiandam secundum iussum plebani et profectum, quosdam reditus infrapositos, videlicet decem marcarum Lubicensium, qui annuatim de quinque mansis situatis in villa dicta Ostergolvitze, que est sita in terra Pole, sunt colligendi; horum mansorum predictorum Hince filius Thechen colit duos mansos, de quibus annuatim IIII^{or} marcas Lubicenses erogabit et sui successores; item filius Frederici duos mansos colit, de quibus etiam quatuor marcas Lubicenses dabit et sui successores; item Rüyman colit vnum mansum, de quo dabit duas marcas Lubicenses et sui successores post eum; quorum etiam redituum dimidietas in quolibet festo beati Martini episcopi et alia dimidietas in festo ephyphanye domini est persoluenda: hos reditus memoratos ad predictam assignamus vicariam. Quam quidem vicariam dotamus ea libertate et proprietate, qua monasteria seu ecclesie suis liberius reditibus perfruuntur. Jus patronatus seu collacionis huius vicarie ad manus honesti famuli Werneri de Cernyn suorumque proximorum heredum integraliter et perpetue resignamus, ita quod iam dictam vicariam absque nostro consensu nostrorumque heredum conferre uel porrigere poterit

Digitized by Google

cuilibet persone sibi competenti. Damus insuper et concedimus sacerdotibus, qui in predicta vicaria constituti fuerint, quod suos reditus, si necesse habuerint, per pandaciones siue vare possent extorquere. Nos eciam dei gracia Ludolfus episcopus Zwerinensis, rogati a famosis et prouidis viris et fratribus Conr[ado], Ber[nardo] et Reymaro sepedictis de Plesse, quod presignatos quinque mansos decem marcarum reditus annuatim soluentes in potestatem protectionis ecclesiastice recipere ipsique vicarie nomine dotis vellemus applicare: nos itaque desiderantes cultum diuinum nostris augeri temporibus, iustis peticionibus prenominatorum fratrum duximus annuendum ac in ecclesia Ekeneberch ville consensu rectoris ecclesie obtento simplex beneficium seu vicariam in nomine patris et filii et spiritus sancti instauramus, autoritate ordinaria confirmamus bonaque predicta, videlicet quinque mansos ville Ostergolvitze presignatos vna cum omnibus et singulis reditibus memoratis et cum proprietate ac libertate superius dicta, in protectionis potestatem ecclesiastice recipimus et ipsi simplici beneficio seu vicarie nomine dotis perpetue applicamus. Jn quorum omnium premissorum et singulorum testimonium sigillum nostrum, ut prescripta omnia robur perpetue firmitatis obtineant, vna cum sigillis prenominatorum fratrum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini M° C° C° C° XXXVI., ipso die beati Andree apostoli.

Nach dem Original im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen:

1) ein Bruchstück des zu Nr. 5333 abgebildeten runden Siegels des Bischofs Ludolf, mit dem ebendaselbst abgebildeten Secretsiegel auf der Rückseite;

2) 3) 4) drei schildförmige Siegel mit dem Plessenschen Stier. Dieselben sind schon sehr verwischt und theilweise zerbrochen; von den Umschriften ist noch zu lesen:

2) — S' ✲ ꝏVꝛ — — — S
3) ✠ S — — — — ꝏ
4) ✠ S' ✲ Rꝏ — — ꝏ PLꝏSSꝏ

1336. Decbr. 4. Colberg. 5719.

Friedrich, Bischof von Camin, bezeugt, dass der Ritter Peter von Kameke und sein Sohn Swantus und der Ritter Bisprav von Strachmin und sein Bruder Tessen die Ueberschlagsäcker des Dorfes Curdshagen seinem Schwager, dem Ritter Reimar von Voteshagen (von Wachholz), überlassen haben, welcher sie sogleich dem Kloster Dargun wieder abgetreten hat.

Nos Fridericus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis recongnoscimus et presentibus lucidius profitemur, quod in nostra et testium infrascriptorum presencia

Digitized by Google

constituti fideles nostri Petrus miles et Swantus eius filius famulus dicti de Kamicke, necnon Bispraus miles ac Thessen famulus frater eius dicti de Strachemyn (et) matura deliberacione prehabita omne ius successionis vel vitalicii, quod in quodam campo, qui ouerslach dicitur, habuerant, sito circa villam Cordeshaghen, cum omnibus eius pertinenciis, sicuti in suis terminis continetur, honesto militi Reymaro de Vůceshaghen[1], suagero nostro, libenter resingnarunt, qui in continenti eundem campum, prout superius premittitur, honorabilibus viris et religiosis fratribus abbati totique conuentui monasterii et ecclesie Darghunensis integraliter resingnauit et dimisit perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendum, nichil penitus in eodem campo sibi vel suis successoribus reseruando. Testes huius resignacionis sunt: honorabiles viri domini Bernardus prepositus, Fredericus de Steghelis vicedominus, Conradus Schuuer scolasticus ecclesie Caminensis, et strenui viri Sifridus Lodo, Nicolaus Troye, Thezlaus de Necene, milites, Hermannus Damisse, Petrus Kamicke, Godscalcus Wedelstede, Hermannus Bruzeuiz, Hinricus Heruerde, Gherardus Grube, Hince Heydebrake, famuli, aliique plures fide dingni. Jn cuius rei testimonium euidens sigillum nostrum huic littere, ne in posterum dubium alicui oriatur, duximus appendendum. Datum et actum Colberg, anno domini M° CCC° XXXVI°, in die Barbare virginis gloriose.

Nach dem Original im königl. Archive zu Stettin. An einem Pergamentstreifen hängt ein rundes, rothes Wachssiegel. Es zeigt den Kopf Johannis des Täufers auf einer Schüssel mit becherartigem Untersatz; Umschrift:

✠ SECRETVM FREDERICI EPI CAMINEN

[1] Ohne Zweifel ist Vu°teshaghen zu lesen; vgl. die Urkunde vom 20. Decbr. 1338. Voteshagen gehörte den von Wachholz mindestens noch 1428. (Bagmihl I, S. 174.) — Vgl. Nr. 3928, 5512 und 5716.

1336. Decbr. 5. Goldberg. 5720.

Ein brieff Hern Johannis von Werle, darin er bekennet, das Janeke vnd Ludekinus gebruder die Buggelmaste vor ihm funff hufen im Dorff Butzin, welche sie von ihm zu lehne gehabt, auffgetragen vnd resignirt haben, mit bitte dieselben der Thumbkirchen vnd Capittel zu Güstrow hinwider zu vorlehnen, welchs gedachter Her gethan. Vnd bekennen daneben erwente Buggelmaste, das ihnen das geldt, dafür sie die hufen vorkaufft, gentzlich entrichtet und bezalet sey. Datum Goldtberg, 1336., in profesto sancti Nicolai episcopi.

Clandrian's Registratur etc., p. 20. — Vgl. Nr. 5690 und 5700.

Digitized by Google

1336. Decbr. 5. Ratzeburg. 5721.

Das Dom-Capitel zu Ratzeburg bestimmt für empfangene Memoriengelder, welche es zur Einlösung seines Dorfes Oldendorf verwandt hat, 6 Mk. jährlicher Hebungen aus der Mühle bei Lokwisch, desgleichen 20 Mk. aus Wahlstorf und 16 Mk. aus Thandorf zu den Memorien.

Nos Eghardus dei gracia prepositus, Hinricus prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum omnibus Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, cum oracionibus salutem in domino Jesu Cristo. Tenore presencium recognoscimus et ad noticiam futurorum cupimus peruenire, nos in numerata et parata pecunia quadringentas et viginti marcas percepisse, nobis et ecclesie nostre tam a presbiteris, clericis, tam militibus, famulis armigeris ac vtriusque sexus hominibus, nostris familiaribus pie recordacionis, datas et in ordinacionibus seu extra suorum testamentorum ob reuerenciam domini Jesu Cristi et gloriosissime virginis et matris Marie pure legatas ad comparandos certos reditus in anniuersariis memoriis eorum, prout apud nos moris est et consuetum, distribuendos perpetuis temporibus annuatim. Vnde, cum huiusmodi redditus perpetuos cum prescriptis pecunie summis minime ad presens rite et commode emere seu comparare valeamus, partem maiorem ipsius pecunie in reempcionem seu redempcionem ville nostre videlicet Oldendorpe exposuimus grauiter obligate, alias vero summas predicte pecunie in varios vtiles et maxime necessarios vsus ecclesie nostre pluribus necessitatibus nos grauiter vrgentibus conuertentes. Ne autem ipsorum defunctorum anime in suis anniuersariis memoriis et ipsas memorias peragentes in suis porcionibus percipiendis non defraudentur, speciales redditus deputauimus et deputamus annuatim percipiendos. Scilicet in molendino nostro sito prope curiam Minoris Locwisch sex marcarum redditus in anniuersariis memoriis infrascriptorum defunctorum distribuendos: Agnetis vxoris Johannis de Gotendorpe, militis, vnam marcam, Hartwici sacerdotis, quondam concanonici nostri, de Ritzerowe, duas marcas, sororis Bu[r]ghardis, familiaris nostre, vnam marcam et in cena domini ad consolacionem omnium nostrum de vespere, prout fieri solet, duas marcas. Jtem in villa nostra Walestorpe viginti marcarum redditus, quorum quinque marce in anniuersariis quondam Luderi prepositi Zwerinensis, Volcmari Dop due marce, Hermanni Pelz due marce, Conradi Vnrowe famuli vna marca, Hermanni Clendenst vna marca, Reyneri Juuenis vna marca, Trudis, prioris vxoris Walraueni de Crumesse militis, due marce, et residue sex marce in summo festo gloriosissimi corporis domini Jesu Cristi distribuentur, per prenominatum dominum Walrauenum de Crumesse comparate. Jtem in septem mansis et quartali ville nostre Tanendorpe sedecim marcarum

Digitized by Google

redditus, quorum mansorum vnum colunt Hinricus, Nicolaus, Bertoldus fratres dicti Doneke et dant duas marcas et tres solidos, magnus Marquardus colit nisi vnum quartale, Hinneke tria quartalia, Johannes Friderici dimidium mansum, Johannes Bůngher vnum quartale, Gherardus Parin, Jacobi filius, vnum quartale, Jacob antiquus magister ciuium dimidium mansum, Margareta vidua dimidium mansum, Thomas dimidium mansum, Tymmo et Hermannus filii longi Thiderici dimidium mansum, Hermannus swagerus Struven dimidium mansum, Henneke Rust dimidium mansum, paruus Jacobus et Martinus swagerus eius dimidium mansum, Thideke Tessekowe vnum quartale. Deficientes vero duo solidi cum tribus denariis in predicta summa ab Hilborch sorore Rustes sunt percipiendi. Qui sedecim marcarum redditus in anniuersariis infrascriptorum defunctorum in hunc modum sunt distribuendi: Johannis de Colpin, militis, due marce, Yde laice de Colpin vna marca, Johannis Scarpenberch, militis, tres marce, Volcmari senioris de Gronowe, militis, et vxoris eius Ermetrudis due marce, Hartwici de Luneborch, famuli, due marce, item vna marca ad infirmariam et due marce ad structuram. Jnsuper collector memoriarum vel huiusmodi reddituum nil iuris in illis villis seu in colonis ipsorum sibi vindicabit, nisi quod, quandocunque coloni moniti infra festa beati Michaelis et omnium sanctorum predictos redditus non exsoluer[i]nt, per inpignoracionem per se vel suos nuncios poterit extorquere et pignora ducere in bona ecclesie nostre, vbicumque sibi visum fuerit expedire, ceteris omnibus et singulis iuribus, iudiciis, seruiciis, exaccionibus et correccionibus domino preposito, qui tunc tempore fuerit, reseruatis; hoc eciam adiecto, quod, quandocunque deo fauente ex piis donacionibus fidelium familiarium vel ex superfluis pecuniis terre Boytin ac aliorum bonorum et reddituum nostrorum tantas summas pecunie prenarrate conquisiuerimus seu congregauerimus, extunc, quando commodius potuerimus, tantos redditus annuos et perpetuos ad vsus predictos spectaturos in bonis nouis conquirendis et emendis debebimus comparare. Vt autem hec ordinacio nostra tam conueniens et laudabilis, deliberacione et tractatu diligentibus prehabitis, de consensu et beneplacito omnium nostrorum ordinata, firma permaneat, nec ab aliquo nostrum seu successorum nostrorum immutari valeat vel infringi, sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Datum Raceborch in nostro capitulo, anno domini millesimo trecentesimo XXXVI°, in vigilia beati Nicolai episcopi.

Nach dem Copiar II der Ratzeburger Kirche zu Neustrelitz.

Digitized by Google

1336. Decbr. 6. Rostock. **5722.**

Albrecht, Fürst von Meklenburg, verleiht dem Kloster zum Heil. Kreuz in Rostock 28 Mk. Rostocker Pf. jährlicher Hebung aus Schmachthagen (bei Ribnitz), welche der Knappe Hermann von Zäle für 280 Mk., mit denen er seine Töchter Walburg und Cäcilie in das Kloster gegeben hat, zurückkaufen kann.

Vniuersis presencia visuris uel audituris nos Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus tenore presencium enodamus, quod dilectus nobis Hermannus de Zulen, armiger, diuine pietatis ex instinctu, animaduertens et considerans, quod propter necessariorum defectum et penuriam oracionum frequencia solet minui, supplicum quoque pia deuocionis constancia prorsus impediri, nostro non solum, verum eciam consiliariorum nostrorum ac omnium suorum propinquorum, quorum interest uel interesse poterit in futuro, pleno accedente consensu, vendidit et coram nobis domino Alberto Magnopolense (!) domino bono animo et matura deliberacione prehabita resignauit honorabili viro preposito Alberto totique conuentui sanctimonialium sancte Crucis in Rozstock pro ducentis et octoginta marcis denariorum Rozstockcensium, cum quibus dilectas suas filias Walburgem et Ceciliam ex earum pio consensu et desiderio ac sui ipsius deuocione salubri, quam dudum ad monasterium sancte Crucis iam dictum habuisse dinoscitur, in ipso sepedicto monasterio deo et beate Marie dei genitrici semper virgini in sanctimonia desponsauit, vt dicte sue filie cum sanctimonialibus dicti monasterii eo tucius et felicius in oracionibus deuotis valeant persistere ac summo plasmatori et matri eius virgini Marie gratam seruitutem exhibere, viginti octo marcarum eorundem denariorum redditus annuos, sitos in yndagine sua Smachteshaghen, singulis annis quolibet festo beati Martini a villanis ad hoc in alia ipsorum littera super hanc vendicionem et resignacionem specialiter conscripta deputatis et ab ipsorum successoribus absque quolibet seruicio nobis uel quibuslibet aliis quomodolibet faciendo percipiendos et cum omni libertate, iure et vtilitate, sicut dictus Hermannus de Zulen prefatos redditus hactenus habuit et possedit, libere et quiete possidendos, ac eciam per ablaciones pignorum, quociens et quando necesse fuerit, licite et absque quolibet excessu extorquendos; nichilominus hoc adiecto, quod antedicti Hermannus et sui heredes ex speciali donacionis gracia ipsis a prelibatis preposito et conuentu fauorabiliter prestita potestatem habent reemendi antedictos viginti octo marcarum redditus pro summa et quantitate pecunie antedicte, qu[and]ocunque ipsis videbitur expedire. Et si prefati Hermannus et sui heredes in festo Johannis baptiste dictos redditus reemerint, extunc ipsis pactus in festo Martini tunc proximo dandus pertinebit; si autem prefati Hermannus et sui heredes eosdem redditus post festum Johannis baptiste predictum reemerint, tunc redditus dandi in festo

Digitized by Google

Martini tunc futuro sepedictis preposito et conuentui cedent totaliter cum summa pecunie capitalis. Eciam, si dicti redditus parcialiter uel totaliter alias essent venditi, obligati aut quomodolibet occupati, hoc antedictus Hermannus et sui disbrigare debent et facere eos dicto monasterio quitos et solutos. Jnsuper, si aliquis antedictos prepositum et conuentum in ipsis dictis redditibus inbrigare niteretur uel impedire, hoc dictus Hermannus et sui heredes disbrigare tenebuntur, ita quod indempnes conseruentur. Nos igitur ad hanc vendicionem racionabilem coram nobis factam dictos viginti octo marcarum redditus antedictis preposito et conuentui sub omnibus condicionibus prius positis contulimus et in presentibus conferimus iusto tytulo pheodali. Seruicium uero de predictis redditibus faciendum apud predictum Hermannum et suos heredes suo ipse (!) inueniemus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Rozstok, anno domini M° CCC° XXX° sexto, ipso die Nicolai. Testes sunt: fideles nostri Hinricus Barnecow, Johannes Molteke, Goscalcus Storm, Johannes de Bulowe, milites, et plerique alii fide digni.

Nach dem Original im Archive des Klosters Ribnitz. Das Siegel ist von dem angehängten Pergamentstreifen abgeschnitten. — Ueber das Dorf Schmachthagen vgl. Nr. 4174, 5375 Note und 20. Jan. 1339.

1336. Decbr. 6. 5723.

Arnold, Sohn des weil. Ritters Berthold von Stade, Knappe, verkauft an Berthold und Marquard von Zestersvleth, Ritter, und deren Erben die Hälfte einer bei Lu (Mittelnkirchen im Altenlande) an der breiten Brücke belegenen Hufe für 60 Mk. Hamb. Pf.

— — Cuius mansi inpheodacionem antedictis militibus et eorum heredibus tamdiu reseruabo, quousque ipsam a nobili viro . . comite Zwerinensi poterint procurare; et postquam ipsam procurauerint, eam presentibus tunc resigno, adeo ratum habiturus, sicut ore et manu coram domino pheodi resignarem. — — Datum anno domini M° CCC° XXX. sexto, ipso die beati Nicolai confessoris.

Aus einem Pergament-Copiar der Familie von Zesterfleth (aus der zweiten Hälfte des 14. Jahrh.) im Familien-Archivo zu Bergfried, mitgetheilt vom Auditor Möhlmann. — Vgl. Nr. 5542.

Digitized by Google

1336. Decbr. 6. Lenzen. 5724.

Gumpert, Bernhard, Richard und Burchard, Gebrüder von Alsleben, und deren Vetter Friedrich von Alsleben, Herren von Lenzen, und Boldewin und Konrad vom Kruge verpfänden an Heinrich und Sabel von Möllenbeck jährliche Hebungen von 5 Pfund brand. Pf. und 3 Schock Hühner und die Fischerei in dem Dorfe Rudow.

Nos Gumpertus, Bernardus, Richardus, Borchardus fratres, Vritso noster patruus, dicti de Alsleue, domicelli in Lentzen, Boldew[inus] et Cu[nradus] dicti de Crughe, famuli, coram vniuersis presentem paginam inspecturis seu audituris recognoscimus publice protestando, quod obligauimus, dimisimus ac contulimus rite et racionabiliter quinque talenta denariorum Brandenburgensium antiquorum et tres sexagenas pullorum et stagnum seu piscaturam, que bona iam dicta sita sunt in villa Rudo, et stagnum seu piscatura[m] prope villam eandem pro L marcis argenti Stendaliensis famoso famulo Henrico de Mollenbeke Sabelloque fratri suo, scolari, eorumque heredibus veris et legitimis, cum omni iure et libertate, prout et antecessores nostri et nos possedimus usque ad tempus hodiernum; tali condicione interposita, quod infra triennium, a festo pasce proxime nunc venturo continue numerando, quandocumque medio tempore decreuerimus, plenam facultatem et posse pro eadem pecunia supradicta bona habebimus reemendi. Verumtamen, si prefata bona transacto triennio predicto non reemerimus a predictis, extunc ipsi bona prefata hereditarie possidebunt. Preterea, si castrum Lentzen vendere seu resignare nos contingeret, tenemur et debemus placitare cum illis dominis seu principibus, quibus iam dictum castrum per nos fuerit venditum seu resignatum, quod conferant supradicta bona cum omni iure Henrico et Sabello et eorum heredibus. Sed, si posse non habebimus cum illis dominis, tunc prenarrati illas L marcas ex priori pecunia percipient, quam nos racione persolucionis eiusdem castri fuerimus percepturi. Si eciam predicti, necessitate compulsi uel libero arbitrio, bona predicta alii uel aliis decreuerint pro eadem pecunia predicta dimittere seu resignare, tenemur et uolumus tunc eandem certificacionem l[iber]atoriam, quibus ipsi dimiserint seu resignauerint, ad talem terminum facere suo modo. Jsta quidem supradicta omnia coniuncta manu fidetenus promittimus eciam Erponi de Weyga, Cu[nrado] Kappellen, Johanni de Crughe, Hen[rico] de Quidso, Reynekino Minstede firmiter obseruare. Jn huius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in castro Lentzen, anno domini M° CCC° XXXVI°, ipso die beati Nicolai episcopi et confessoris gloriosi.

Nach dem Original unter den Urkunden des Klosters Eldena im Haupt-Archive zu Schwerin. An Pergamentstreifen hangen folgende sieben Siegel:

1) das runde Siegel des Gumpert von Alsleben: ein vorwärts gekehrter Helm mit einem Flügel an jeder Seite; Umschrift:

✠ . S' . GVMPaRTI . Da . ALSLaVa .

Digitized by Google

2) das runde Siegel des Bernhard von Alsleben: im geranteten Felde ein rechts gelehnter, quer getheilter Schild, im oberen Felde mit einem halben Löwen, im untern mit drei Rosen; über dem Schilde ein Helm wie auf dem 1. Siegel; Umschrift:

✠ . S' . BαRNΛRDI . Dα . ΛL SLαVα .

3) das runde Siegel des Richard von Alsleben: in dem mit Blumenranken belegten Felde ein rechts gelehnter Schild mit dem Schildzeichen wie auf dem 2. Siegel; Umschrift:

✠ . S' . RIαhΛRDI . Dα . ΛL . SLα . Vα .

4) das runde Siegel des Burchard von Alsleben: ein stehender Schild mit dem Schildzeichen wie auf dem 2. Siegel; Umschrift:

✠ . S' . BORαhΛRDI . Dα . ΛLSLαVα .

5) das schildförmige Siegel des Fritze von Alsleben, mit dem Schildzeichen wie auf dem 2. Siegel; Umschrift:

✠ . S' . FRαDαRIαI . Dα . Λ.....α .

6) das runde Siegel des Boldewin vom Kruge: in einem stehenden Schilde ein aufgerichteter, rechts gekehrter Einhorn; Umschrift:

✠ . S' . BOLDαWINI . Dα . αRO...

7) das schildförmige Siegel des Konrad vom Kruge mit einem aufgerichteten, rechts gekehrten Einhorn; Umschrift:

✠ . S' . αOMRΛDI (!) . Dα . αRVαhα .

— Wegen Lenzen vgl. Nr. 5683 und 1337, März 26.

1336. Decbr. 8. Wismar. 5725.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, schenkt dem Kloster Dobbertin das Eigenthum des Dorfes Dabel, welches dasselbe von Gisela von Mallin und ihren Söhnen Nicolaus und Reimar gekauft hat.

In nomine domini. Amen. Quoniam humanum genus obliuione fallitur et ipsius actus de facili sub obliuionis vmbra deciduni, prouide scripturarum testimonio solidari consueuerunt. Nos igitur Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie ac Rozsthoc dominus vniuersis presencia visuris uel audituris fore volumus manifestum publice et aperte presentibus protestando, quod honesta matrona domina Ghisele, relicta quondam Reymari militis dicti de Mallyn bone memorie, cum filiis suis Nicolao et Reymaro in nostra presencia constitutis nobis diligencius supplicarunt, quatenus villam Dable, Zuerinensis dyocesis, quam commendabili viro preposito et religiosis dominabus priorisse totique conuentui sanctimonialium monasterii in Dobertyn, ordinis sancti Benedicti, dicte Zuerinensis dyocesis, rite et racionabiliter vendiderunt et libere ac simpliciter ad eorum manus, videlicet prepositi et conuentus predictorum, coram nobis resignarunt, ad quos ipsa villa et eius resignacio pertinebat et qui fuerunt in dicte ville pos-

Digitized by Google

sessione pacifica et tranquilla, eisdem conferre dignaremur. Nosque ad ipsorum instanciam ac animarum nostre nostrorumque progenitorum ob salutem, plena deliberacione maturoque consilio nostrorum fidelium vasallorum prehabitis, totam villam predictam, prout iacet in suis finibus seu intra suos fines et terminos distinctiuos, preposito ac conuentui monasterii antedicti contulimus et dimisimus presentibusque conferendo dimittimus et donamus temporibus perpetuis pacifice et quiete possidendam, cum omnibus et singulis attinenciis suis, agris cultis et incultis, viis et inviis, pratis, pascuis, palludibus, cespitibus, lignis, siluis, rubetis, stagnis, aquis, aquarum decursibus, piscinis, piscaturis, molend[in]is, aduocacia, vsufructibus, que in ipsa nunc existunt aut in posterum nominari et euenire poterint vel haberi, et cum ceteris eidem adherentibus, cum iudicio maiore et minore, videlicet manus et colli, supremo et infimo, cum omni seruicio ac seruitutibus, quocunque nomine censeantur, ac omni et pleno dominio et proprietate atque iure, cum omnibus iurisdicionibus, libertatibus, vtilitatibus, fructibus, prouentibus, deriuacionibus ac ceteris sui[s] pertinenciis vniuersis, secundum quod situata existit in suis terminis suprascriptis, ac sicut prefatam villam pater noster karissimus dominus Hinricus felicis recordacionis possessisse (!) dinoscitur ac habuisse, nichil nobis in ipsa villa, precaria dumtaxat excepta, reseruantes; quin immo omni iuri in eadem nobis et patri nostro predicto, dum vixerat, de consuetudine, gracia vel de iure aut quouis alio modo competenti ex certa sciencia penitus renunciamus in hiis scriptis, omnibus nichilominus nostris aduocatis et vasallis nostre gracie sub optentu districtius inhibentes, ne se de predicta villa et omnibus ac singulis suprascriptis quoquo modo intromittere aut prepositum et conuentum pretactos in eisdem inquietare, inpedire seu turbare audeant uel presumant. Vt igitur factum nostre donacionis tam pium et racionabile et omnia et singula superius expressa inconwlsa maneant atque rata, presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari in euidencius testimonium eorundem. Datum et actum in opido nostro Wismarie, anno domini M° CCC° XXX° sexto, ipso die concepcionis Marie virginis gloriose. Testes huius sunt Hinricus et Johannes de Plesse.

Nach dem Original im Archive des Klosters Dobbertin. An einer grünseidenen Schnur hängt das vollständig erhaltene runde Siegel des Fürsten Albrecht von Meklenburg, abgebildet zu Nr. 5676. — Gedruckt bei Schröder, P. M. I, p. 1171. — Vgl. 1337 (o. T.) und 1339 (o. T.).

(1336. Decbr. 14?) 5726.

Albrecht, Fürst von Meklenburg, schliesst einen Landfrieden mit Herzog Erich von Sachsen-Lauenburg.

Wi Alberd, van der gnade godes here to Meclenborch, to Stargarde vnde to Rozstock, bekennen in desme breue, dat wi vns vorenet vnde vorbundet

hebben mid vseme truwe louede mid vsem leuen veddere, hertoghen Ericke to Sassen, in desser wise. Were, dat wi sine man oder he vse schuldegheden, de scolde dar to hand lik vmme don sunder ede, id en were, dat vser welch de sine vntledighen wolde mid sinen eden. Anders scholde wi mid em vnd he mid vs sine veste breken vnde ene vordriuen vnde vorderuen, vnde de here, des dat ghůt in sime lande licht, scal sich sines ghůdes vnderwinden. Och en sal vser nyn den leyden oder velighen, oft sine veste steden weder to buwende, id en si mid des andern willen. Wolde sich dar yench here oder andere man anstrengen, vser nyn scolde des andern afgan, wi en hadden des stuckes en hende, dat van desser vorbindinge werre vppestan. To ener bethuginge heng(w)e wi vse ingheseghel vor dessen bref, de ghegheuen is na godes bort drutteynhunderd iar[1], des sunnauendes na sunte Lucien daghe.

Nach dem Original im königl. Archive zu Hannover. An einem Pergamentstreifen hängt ein kleines rundes Siegel mit einem Helm. ([1] Es fehlt offenbar die mindere Zahl. Die Urkunde fällt zwischen 1329 und 1348, wahrscheinlich aber noch vor den allgemeinen Landfrieden vom 11. Jan. 1338 und vielleicht bald nach Albrechts selbständigem Regierungsantritt (1336), als er widerspänstige Vasallen zu bekämpfen hatte.)

(Vor 1337.) Vor Decbr. 21. 5727.

Wipert Lützow, Ritter, fordert den Rath zu Lübek auf, zwei seiner Mitglieder nach Selmsdorf zu einer Verhandlung mit ihm zu senden.

Prudentibus viris dominis consulibus in Lubeke Wipertus Lutzowe, miles, operosam in omnibus voluntatem. Noueritis, quod diuina admittente gracia propono feria tercia proxima, hora prime, constitui in Celmerstorppe. Quare peto intime vestre dominacionis prouidenciam, quatenus duos de vestris ibidem in dicta hora et die michi obuiam destinetis gracia colloquendi. Quod fideliter promerebor. Scripta feria quinta ante festum beati Thome apostoli.

Nach dem Urk.-Buch der Stadt Lübek II, S. 619, aus „dem Original auf der Trese, mit den Resten der Umschrift des aufgedrückt gewesenen Siegels“. Bis zum Jahre 1336 erscheint urkundlich Wipert Lützow (s. oben Seite 608); der obige Brief wird also spätestens im Decbr. 1336 ausgestellt sein, vielleicht aber schon einige Jahre früher, während der Vormundschaft des Fürsten Albrecht von Meklenburg.

Digitized by Google

Berichtigungen und Zusätze.

a. **Text.** S. 116, Z. 5 trenne: de uotiuis. — Nr. 5145 a. E. l. Tswizowe st. Tywizowe. — Nr. 5169, Z. 15 l. Janeke, Wulf. — Nr. 5265, Z. 10 tilge beide Kommata. — S. 240, Z. 1 corr. Gedine in G[rimm]e. — Nr. 5415, Z. 9 corr. Ke[n]broch. — Nr. 5433, Z. 18 l. auene, fructuum — S. 384, Z. 1 v. u. l. zelo st. ezlo. — Nr. 5469, [5] l. Septbr. 4 st. 5. — Nr. 5541, Z. 4 l. Hinricus. — Nr. 5543 B., Z. 5 l. ac discretos (st. ad). — S. 507, Z. 3 l. Word. — Nr. 5612, Z. 21 l. agro st. argo. — Nr. 5638, Z. 4 v. E. l. Heinricum. — S. 588, Z. 11 l. 4860 st. 4680. — Nr. 5698, Z. 1 tilge das Komma; gemeint ist Herm. Leddeghe, Vogt zu Kröpelin. — S. 645, Z. 3 wohl sine vare.

b. **Ueberschriften.** Nr. 5064 l. Höfen st. Hufen. — Nr. 5077 l. 1286 st. 1288. — Nr. 5172 l. Ehefrau st. Schwester. — Nr. 5203 l. Borgermester st. Burmeister. — Nr. 5243 l. Gödeke st. Gotthard. — Nr. 5408, Z. 2 l. Johann st. Nicolaus. — Nr. 5657 l. 1336 st. 1335.

c. **Noten.** Nr. 5115. Die Priorin Mechthild war (nach Römer) nicht eine Gräfin von Schwerin, sondern Mechthild von Polchow. — Nr. 5128, Z. 2 l. bis st. bei. — Nr. 5384 gehört vielleicht noch ins Jahr 1332, vor Nr. 5362. — Nr. 5403, Z. 6 l. tricentesimo tricesimo tercio. — Nr. 5435. Da auch 1329 die von Lützow noch nicht alle Ritter waren, wird die Jahreszahl richtig, der Name Guntzelinus aber falsch überliefert sein. — Nr. 5505, Sgl. 15 ist abgebildet bei Lisch, Maltzan. Urk. Taf. VIII, 2. — Nr. 5508 ist vermuthlich identisch mit der bei Riedel im Supplementbande S. 19, Nr. 21, abgedruckten Urkunde d. d. Egbesin, Reminiscere (20. Febr.) 1334. — Nr. 5605, Sgl. 4 ist abgebildet bei Lisch, Maltzan. Urk. Taf. VIII, 6. — Nr. 5617 tilge den Satz: „Irrthümlich — angenommen.“ Das Datum ist richtig der 12. April 1336.

Digitized by Google

GENERAL BOOKBINDING CO.
72 438AA A 30
QUALITY CONTROL MARK

6112

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 03064 6627

DO NOT REMOVE
OR
MUTILATE CARD

Digitized by Google